in persona ... ubi unien-dus erat, & ad opus tam mirabile convenerunt, & coopera... omnes tres Personæ Divinæ: *Faciamus.*

4 Creavit Deus ad imaginem, & similitudinem suam; dedit illi potestatem super terram, & super omnia viventia, omnesque creaturas posuit ad sui dispositionem ad deliciam, & usum juxta suum arbitrium prohibuit solum esum fructus illius arboris scientiæ, quod si transgrederetur, mulctabit pœna privationis omnium ... gurabantur.

6. Tria genera viventium (asserit Textus) creare Deum in ipsa ..., in qua formavit hominem: *Reptile, bestias, & jumenta*, & quod ex terra creata fuerunt. Significare voluit, ait Hugo, triplicem concupiscentiam quæ in homine invenienda erat, quam refert Joannes: *Concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Hæc triplex concupiscentia habet pro origine terram affectum hominis ad terrena: *Hæc tria de terra oriuntur, quia* 1. Joan. 2. Hugo hic.


de.

& deliberatio: *Tria notantur per faciamus, adjutorium, consilium, & deliberatio*; ait Hugo. Erat homo mappa, compendiumqne cæterarum creaturarum, quas creaverat, quia in esse convenit cum inanimatis, in vegetare cum plantis, & sentire cum animalibus, & cum Angelis in intelligere. Erat enim homo, propter quem Deus mundi Palacium efformavit, & alias creaturas produxit, ubi collocavit sui ipsius imaginem, & totius Sanctissimæ Trinitatis: *Ad imaginem, & similitudinem nostram*. Erat enim natura

donorum, quæ in formatione donavit. Opus hujus diei vidit Deus cum omnibus, quæ creaverat, & ab ipso appellata, sextus dies perfectus est: *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona, factum est vespere, & mane dies sextus*. Hæc fuerunt opera hujus diei creationis in esse naturali, & historico.

5 Sed cum in omnibus operibus figurasset, descripsissetque mysteria legis gratiæ, quæ Deus homo factus operaturus erat ad universi restaurationem in homine, etiam

figurabantur animę contemplativæ, ex fluentibus Eucharisticis animæ efformantur veluti Aves, quæ elevantur affectibus ad restaurationem vitæ Universi in homine per vitam Sacramenti: *Caro mea est pro mundi vita.*



ORATIO SEPTIMA EUCHARISTICA DE SEXTA DIE CREATIONIS.

Caro mea est pro mundi vita. Joann. 6.



Extra dies ordinatè per-

re *suo.* Videnſque Deus omnia hæc viventia bonitate omni

LEONIS

HEBRAEI DOCTISSIMI, ATQVE SAPIENTISSIMI VIRI

De Amore Dialogi Tres,

NVPER A IOANNE CAROLO Saraceno puriſsima, candidiſsimaq; Latinitate Donati.

NECNON AB EODEM ET SINGVLIS Dialogis argumenta ſua præmiſſa, & marginales Annotationes ſuis quibusque locis inſertæ, Alphabetico &, locupletiſſimo Indice his tandem adiuncto, fuerunt.



f. Joseph de herrera

Corregido conforme al nuevo expurgatorio del año de 1632

VENETIIS, APVD FRANCISCVM SENENSEM. M. D. LXIIII.

CAROLO PERRENOTO GRANVELLANO

Ampliß. atque Reuerendiß. Abbati Fauuernienſi, Conſiliorumq́; priuatorum PHILIPPI *Regis Hiſpaniarum Conſiliario dignißimo*

Ioannes Carolus Saracenus.



AGNVM *Quid profectò, Carole præſtantiſsime, nec iniuria quidem, à mortalibus exiſtimatur inter omnia viuẽtium genera in hoc inferiori mũdo collocata Dei Optimi Maximi liberalitate humanam conditionem, humanamq́ dignitatem obtinuiſſe. Verùm longè maius atque præclarius id eſſe videtur, poſtquam natura in tam illuſtrem ordinem te cooptauerit, tùm appetitũ optimis moribus virtutibusq́ deinde exornando, tùm etiam intellectum li=*

a ij be=

beralibus artibus ac disciplinis tandem eru diendo te haud facie tantùm, specieque exteriori; verùm etiam animo, interiorique forma humani generis summam nobilitatem atque præstantiam confirmare. At illud denique maximum, diuinumque propemodum meo quidem iudicio existit, cùm utrunque iam propositorum fueris assecutus, vires omnes à natura tibi traditas, necnon omnes virtutes maximo labore, summoque studio à teipso acquisitas ad aliorum hominum utilitatem, ac beneficium tandem conferre. Hæc tria nempè ea esse dicuntur, quæ hominem formosissimũ, & perfectissimũ reddere à sapientissimis viris existimantur: vt enim sis homo, naturæ; ut autem prudens ac sapiens euadas, arti; vt deniq; humano generi prosis, profectò diuino numini debes. Unde nil mirum existit, si homo & à natura, & ab ar

te,

te, & ab ipsamet diuinitate tandem excul tus summam rerum omnium perfectionẽ, pulchritudinemq́ in semetipso quasi in microcosmo quodam cõplecti videatur. Cùm igitur tres iam commemoratæ conditiones, quæ genus humanum quàm maximè illustre, conspicuumq́ reddere solent, ante ocu los mihi die noctuq́ obuersarentur, mox ardentissimas quasdam faces animo meo sensi iniectas fuisse, quæ eum ad illam per fectionis & pulchritudinis, quæ sibi deficit, partem capessendam mirificè accenderent, atq; inflammarent. Quapropter cùm ipse sese primùm diuino numinis fauore purissimam quandã, cælestemq́ naturam assecutum fuisse: deinde liberalium artium disciplinarumq́ beneficio rerum ipsarum scientiam, necnon linguarum insuper cogni tionem etsi non exactã nec absolutam fortasse, at mediocrem saltem sibi comparasse

perspiceret, ad id, quod reliquum esse videbatur, sese accingens aliquid in cõmunem humanæ societatis vsum, cõmuremq; studiosorum omnium utilitatem conferre tandem decreuit. Cui quidem sanctissimæ pijssimæq; deliberationi ea nuper occasio oblata fuisse videtur, ut nulla cõmodior, nullaue opportunior profectò accidere unquam potuisset. Cùm enim superioribus diebus in Leonis Hebræi doctissimi atq; eruditissimi viri dialogos, qui de Amore inscribuntur, incidissem; eosq;, propterea quòd lingua nec admodum splendida aut eleganti, nec studiosis omnibus communi ab ipsomet authore olim conscripti fuerunt, à paucissimis legi animaduertissem: quin etiam eos compluribus locis corruptos, deprauatos, ac mutilatos esse perspexissem, tantam ignominiam æquo animo ferendam esse minimè duxi. Quapropter & cõmuni omnium

nium utilitati primùm inſeruiens, & propriæ quoque laudi, propriæq; gloriæ, ut verum fatear, nonnihil intentus, præclarum hoc onus, quod quàmplurimi doctiſsimi uiri tanquam nimis moleſtum fortaſſe atque laborioſum ſubire noluerunt, alacriter quidem prompteq; ſuſcepi. Propoſitos igitur dialogos, qui meo quidem iudicio totam ſe rè Ariſtotelicam & Platonicam philoſophiam vnà cum ſacrorum quoque voluminum diuina reconditaq; ſcientia complectuntur, Latina oratione, eaq;, niſi me animus fallit, ſatis propria atque eleganti, prout rerum, quæ hic pertractantur, natura conditioq; requirit, illuſtraui; ipſoſq; inſuper, et ſingulis dialogis argumenta ſua præmittendo, & pulcherrimas atque vtiliſsimas annotationes ſuis locis inſerendo, necnon copioſiſsimo quoque rerum omnium, quæ ſparſim toto opere continentur, indice

 tan=

tandem adiuncto, mirum in modum au=
ctiores atque locupletiores videor reddidiſ
ſe. Obſcurè inſuper dicta dilucidaui, ſu=
perflua abieci, corrupta emendaui, imperfe
cta reſtitui, & totum hoc opus denique à
quàmplurimis erroribus diligentiſsimè re=
purgaui. Poſtremò nullum laboris aut
incommodi genus, quod cuiuſcunque ani=
mum à tam præclaro inſtituto reuocare po
tuiſſet, non forti & conſtanti animo mihi
ſubeundum propoſui: vt ſtudioſorum om
nium vniuerſitati pro meis viribus conſu=
lerem, atque proſpicerem. Quod quidem
eò libentius feci: quoniam ex innumera fe
rè librorum multitudine, qui vel à Græ=
cis, vel ab Hebræis, vel ab alijs complu
ribus exteris authoribus varijs diuerſiſq;
linguis conſcripti fuerunt, alium, qui Lati=
narum literarum æquè ac iſte ſplendorem
lumenq; mereatur, uix credo poſſe repe=
ri=

riri. Quod enim doctrinæ aut eruditionis genus excogitari ab aliquo potest, quod hic abundè, copioseq́ pertractatum non inueniās? Quam scientiã obsecrò tam arduam, quamq́ adeò reconditam disciplinã in medium proferes, cuius cõmunia saltem principia, & præclara quædam fundamenta hic iacta fuisse non cernas? Quodnam tam illustre argumentum, quamue materiam adeò splendidam seu luculentam reperies, cuius nullam prorsus mentionem hic habitam fuisse mihi demonstres? Quam demùm insignem antiquorũ disceptationem, quamue præclaram ueterum philosophorum atq; Theologorum controuersiam adduces, quam hic tùm ad vtramq; partem subtilißimè disputatam, tùm egregiè denique terminatam compositamq́ fuisse tibi ostendere nequeam? Omnium profectò rerum, cuiuscunque ordinis seu conditionis

ipsæ

ipsæ esse dicantur, tam simplicium quàm compositarum, tam cælestium quàm elementarium, tam diuinarum quàm humanarum, tam spiritalium quàm corporaliũ, tam superiorum quàm inferiorum naturas, vires, atque virtutes tam doctè, eruditè, splendidè, atque eleganter hic descriptas pertractatasq́; fuisse comperies, vt ex huius diuini propemodum operis studiosa attentaq́; lectione te & maximam vtilitatem cepisse, & summam quandam iucunditatem sensisse haud immeritò quidem existimabis. Nec mirum certè. Eiusmodi nanque argumentum in præsenti volumine pertractandum in medium propositum fuisse videmus, quo nullum aliud communius, nullum illustrius, nullum denique sanctius profectò excogitari vnquam potuisset. Commune hoc argumentum appello: quid enim amore ipso amplius

plius

plius siue communius in rerum cunctarum vniuersitate obsecrò reperitur? Quodnã aliud præter amorem tot oppositas contrariasq; naturas ad mundi constitutionem requisitas & quondam in vnum compulisse, & in hodiernum vsque diem inter sese adeò coniunctas deuinctasq; retinere valuisset? Amore intercedente & Deus mundum condidisse, & mundus in Deum ipsum reuerti; & intelligentiæ cælestes globos mouere, & cæli spiritalem intelligentiarum suarum consequi motionem existimantur. Amoris opera Cælorum ipsorum quamuis diuersæ oppositæq; motiones in vnum concorditer conspirare, omnesq; simul pro mundi inferioris conseruatione perpetuò vigilare cernuntur. Arctissimo inquam atque indissolubili amoris uinculo & elementa cælorum ipsorum imperium, corporaq; cælestia elementorum propin=

pinquitatem æquo animo ferũt. Amoris causa eadem elementa quãuis cõtrariis naturis, & qualitatibus insignita nõ solùm in propriis regionibus sese quàm cõmodissimè tolerare, & unum alteri cedere, eiq; libenter subesse; uerùm etiã omnia unanimia ad plurium mixtorũ genera conficienda postremò descendere conspiciuntur. Quid tibi plura dicam? Amoris vis atque potentia ea quoque, quæ omnium remotissima, maximeq; contraria esse censentur, ueluti actũ et potestatem, necnon spiritalem corporeãq; naturam in vnũ tandem copulare atq; coniungere valet: quemadmodum ex admirãda illa formæ materiæq; permixtione, et in primis ex diuini ĩtellectus, humaniq; corporis societate vnicuiq; nostrum percipere licet. Præclarè igitur Plato in conuiuio de Amore disertè copioseq; pertractãs maximum hunc Deum per omnia tam diuina, quàm

quā humana latiſsimè ſeſe diffundere pro=nuntiauit. Præclarè quoq; Ariſtoteles tantam uim atq; cõmunitatem amoris eſſe exiſtimauit, vt primā quoq; materiā, quæ vt rerū cunctarū imperfectiſsima ab omni affectiōis ſiue appetitionis genere aliena prorſus uidetur, inſigni quodam erga formā ipſam amore affici teſtatū reliquerit. Præclarè tandem Virgilius, qui velut amoris tantam vim atque potentiam iniquo animo ferret, in illud carmen quaſi iratus prorupiſſe uidetur. Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis? Alibi quoque eum dixiſſe comperimus. Omnia vincit Amor, & nos cedamus amori. Haud immeritò igitur propoſitorum dialogorum argumentum amplitudinis atque communitatis laude iandudum commendaſſe uidemur. Cui deinceps alteram, quæ à præſtantia atque nobilitate ſumitur, addendam eſſe iudicauimus

mus

mus. Quid enim amore ipso præclarius illustriusue poteris vnquam reperire? Patriæ ipsius amore impellente tot clarißimos & fortißimos viros certißimæ morti sese exposuisse, & hac ratione sempiternam sui memoriam posteris reliquisse videmus. Quid Horatios, quid Brutos, quid Pisones, quid Decios, quid Scipiones, quid innumerabiles propemodum alios, qui ingenti quodam patriæ amore accensi præclara admirandaq́ facinora gesserunt, & mortem ipsam tandem prompto alacriq́ animo subierunt, nunc tibi memorem? Excellentißimorũ istorum virorum laudes à Poetis, Historicis, atq; Oratoribus vbiq; celebratæ, atque immortalitati, vt ita dicam, consecratæ fuisse videntur: quarum quidem omnium amorem potißimam caussam extitisse profectò reperies. Quin etiam id insuper addam, eos, qui vsu mili-

ta-

tari, bellicaq́ scientia quàm maximè præstantes vtrunque ad interitum atque perniciem patriæ conuerterunt, quemadmodum Coriolanus, Sertorius, Sylla, & Cæsar apud Romanos olim fecisse traduntur, virtutum suarum gloriam atque splendorem tanto dedecore infirmiorem profectò obscurioremq́ reddidisse: quasi ipsæmet uirtutes, si debito & conuenienti amore destituuntur, in vitia, eaq́ intolerabilia plerunque conuertantur. Quid amplius? Eloquentia quoque, quam Cicero pacis comitem, ocijq́ sociam, & rectè constitutarum ciuitatum alumnam, ingenijq́ lumen tandem appellat, nisi cum patriæ ipsius amore, & charitate coniungatur, tanquam furia quædam armis & facibus instructa ab omnibus quàm maximè detestanda atque execranda profectò esse videtur. Eloquentia igitur, militarisq́ virtus,

tus, quæ solæ, ut Cicero testatur, nos in altißimo gradu dignitatis possunt collocare, si ambæ cum Amore ipso consocientur, egregios nimirum & præstantißimos; si verò ab eo sçparentur ac diuidantur, prauos utique ac scelestissimos homines reddere consueuerunt. Magna quidem hæc ad amoris præstantiam, atque nobilitatem comprobandam existunt. Verùm si uirtutum, sapientiæq; ipsius studium in propositæ rei confirmationem adducemus, vix aliud quicquam maius, quod in tam præclara materia expeti desiderariue posit, superesse videbitur. Huiuscemodi amor quàm conspicuum obsecrò, quamq; illustre humanum genus reddere solet? Mirifico sapientiæ ipsius amore Pythagoras impulsus patria, parentibus, propinquis, atque amicis tandem relictis Aegyptios primùm adijsse, et sacerdotum illorum antiquissimorum scripta,

pta, commentariaq́ diligenter euoluisse; postea ad Persas sese contulisse, ibiq́ à Magis sapientissimorum virorum genere astrologiam, pluresq́ alias scientias insuper didicisse: deinde Cretam & Lacedæmonem nauigasse, harumq́ duarum præclarissimarum vrbium leges atque instituta percepisse; demùm in Italiam descendisse, magnamq́ Græciam vniuersam propemodum perlustrasse commemoratur. Quodnam aliud obsecrò præclarum hunc virum à patriæ charitate, à parentum & propinquorum complexibus, ab amicorumq́ tandem jucundissima consuetudine seiungere ac separare, eumq́ tot Asiæ, Aphricæ, atque Europæ regiones ac populos peragrantem ad remotissimas usque mundi oras tanquã exulem quendam propellere præter ardentissimum quoddam sapientiæ studium potuisset? Quod quidem ipsemet quoque con-

firmasse uidetur: cùm nonnullis eius artem & conditionem sciscitantibus sese haud sapientem, sed philosophum potius, hoc est sapientiæ ipsius studiosum atque amantissimum esse respondit. Huiuscemodi etiam præclaro ac præstantissimo amore diuinum illum Platonem correptum penates suos reliquisse, Aegyptiosq́ sacerdotes mox adeuntem geometriam, astrologiã, atque Theologiam ab ipsis accepisse, demùm in Italiam nauigantem ab Archita atque Timæo Pythagoræ præcepta, eiusq́ dogmata diligenter didicisse videmus. At hominem ingenti sapientiæ ipsius amore & pulchritudine captum patriam deserere, parentes postponere, propinquos contemnere, amicosq́ relinquere magnum quidem, haud tamen nouum aut incredibile alicui videri forsitan posset. Esto. Verùm quid de Democrito tandem dicemus? Qui cùm sapien=

entiam vehementissimè adamaret, amplissimum patrimonium, & ingentes opes à maioribus sibi traditas, vt eam facilius atque expeditius complecteretur, traditur reliquisse, & hac ratione bona fortunæ cum ipsius animi bonis libentissimè permutasse? Innumerabilia profectò præclarissimorum virorum, qui sapientiæ præstantissimo diuinoq; propemodum amore correpti, vt ea potirentur, omnia posthabuisse dicuntur, exempla possem recensere. Verùm hæc tantùm superioribus adiecta ad Amoris, sicut iam proposuimus, splendorem nomenq; celebrandum satis superq; videntur. Id solùmmodo nobis in præsentia reliquum esse censetur, vt, postquam huiusce operis argumentum & communissimum, & quàm maximè illustre existere demonstrauimus, illud quoque sanctissimum, & summo quodam honore ac re-

uerentia dignum esse postremò ostẽdamus; ut quæcunque iam polliciti sumus, plenè cumulateq́ persoluisse videamur. In huiusce autem rei confirmationem quodnam præclarius obsecrò, quodue accõmodatius, quàm CHRISTI *ipsiusmet exemplum potest adduci? Qui, ut sacra volumina referunt, cùm uniuersum genus humanum propter primorum parentum ingratitudinem, atque arrogantiam in formidolosissimã diuini numinis iram, & ultionem incidisset; uehementissimo atque incredibili quodam amore compulsus, ut humana scelera expiaret, diuiniq́ parentis in eius liberos iustissimam iram leniret atq; placaret, in terras descendisse, mortalemq́ formam induisse, necnon admirando illi* CRVCIS *sacrificio propter totius humani generis impunitatem atque salutem sponte se deuouisse commemoratur. Magnum quidem,*

imò

imo maximum potius amoris argumentũ atque ſpecimen & pater, & filius reipſa tunc vtique dediſſe exiſtimantur; cùm vterq; iniquam mortalium ſortem & conditionem miſeratus, & pater filium certiſſimæ morti expoſuiſſe, & filius parenti morem gerere ſtudens mortem ipſam forti et conſtanti animo pertuliſſe videatur. Nec Deus præclaro atque admirando huiuſcemodi exemplo amoris diuinitatem tantùm modo confirmaſſe; verùm etiam eundem, vt ad beatitudinem conſequendam mirificè conducentem mortalibus quàm maximè commendaſſe reperitur: cùm & legem vniuerſam, & totam inſuper prophetarũ doctrinam in Dei, proximiq; ſolius ſtudio atq; amore quaſi in cõpendio quodam concludi, & contineri pronuntiauerit. A quo quidem diuinũ illud amoris elogium Paulus accepiſſe videtur, qui, ut Apoſtoli ver

 bis

bis utar, in proximi ipsius dilectione uni=uersam legem postremò consistere, ac termi nari audacter legitur protulisse. Maxi=mum quidem ad Amoris diuinitatem, et sanctimoniam comprobandā hæc adiumen tum præstare existimantur. Verùm quid illa quæso? quid inquam de charitate arden tißimum quoddam in Deum, & in proxi=mum studium, atque amorem significante rursus dicemus? Quàm præclarè Salomon charitatem omnia delicta tegere atque oc=cultare pronuntiauit. Quàm magnificè de eadem Paulum quoq; ubique loquentem reperimus: qui primùm ad Corinthios uer ba illa diuinitus scripta reliquit. Si linguis hominum loquar & Angelorum, nec cha ritatem habuero, æri sonanti persimilis ero: et si prophetiæ, cunctorumq; mysteriorū co=gnitione, necnon scientia insuper, fide, atq; miraculis quàm maximè excellam, sola au

tem

tem charitate deficiam, nequicquam me profecisse iudicabo: siq́ facultates omnes in pauperum commoda ac vsus erogauero, siq́ mortem ipsam alacriter prompteq́ tandem subiero, sola charitate destitutus, nullam prorsus utilitatem ex tam præclaris et admirandis operibus me percepturum scitote. Quibusnam illustrioribus, atque efficacioribus uerbis amoris sanctitatem, ac reuerentiam commendare aliquis vnquam potuisset? Quinetiam paulò inferius Apostolus trium diuinarum illarum, & quàm maximè spiritalium virtutum, Fidei scilicet, Spei, & Charitatis facta comparatione, Charitatem cæteris duabus longè præposuisse videtur. Alibi quoque Charitatem fructum ipsius spiritus, vinculum perfectionis, & præceptorum omnium finem sanctissimum hunc virum legimus appellasse. Verùm neminem melius aut illu-

 strius

strius, quàm Ioãnem amoris pietatem atq; diuinitatem vnquam expreßiße reperimus: qui Deum ipsum charitatem esse, & in charitate manentem in Deo ipso manere, numenq́ diuinum perpetuò secum gere re dixit. Vnde Theologi nostri id potißimùm accepisse uidentur, SPIRITVM SANCTVM *nihil aliud quàm patris & filij mutuum amorem, mutuãq́ amborum beneuolentiam quandam esse definiri. Hæc utiq; ad amoris diuinã sanctißimamq́ naturã, quemadmodũ iam proposuimus, aperiendam atq; dilucidandam meo quidem iudicio satis esse cẽsentur. Verùm, ut unde iam est exorsa, eodem nostra referatur oratio: cùm tam commune, tam illustre, tamq́ diuinum huiusce operis argumentum esse iam constet; cumq́ illud splendidè admodũ atque eleganter hic pertractatum fuisse omnes intelligant, nihil quicquã amplius mihi*

iam

*iam ſupereſſe uidetur, niſi ut ad tam præ=
clari, diuiniq́; propemodũ operis attentam,
aſſidueq́; repetitam lectionem ſtudioſorum
cunctorum vniuerſitatem, teq́; Carole ge=
neroſiſsime in primis adhorter: quem quidẽ
vnum ex complurium uirorum illuſtrium
numero mihi deligendum eſſe perſuaſi, cui
præclarum hoc munus, veluti ſingularis a=
nimi mei in te ſtudij, et obſeruantiæ grauiſ
ſimum quoddam teſtimoniũ offerrem, atq;
dicarem. Tibi enim nullam certè earum
conditionum ſeu virtutum, quæ homini cu
mulatam abſolutamq́; fælicitatem largiri
ab omnibus exiſtimantur, deeſſe perſpicio.
Primùm quidem, ſi generis nobilitatem re
quiris, is tibi parens traditur extitiſſe, qui
prudentia, rerumq́; humanarum ſcien=
tia, ac vſu quàm maximè excellens à bel=
licoſiſsimo, & fælicisſimo* IMPERA=
TORE *in omnia eius conſilia Princeps*

ſem=

ſemper adhibitus fuiſſe commemoratur. Ea inſuper fratrum manu tanquam nobiliſsima quadam corona ſtipatus, ac circunſceptus eſſe videris, qua aliam præſtantiorem illuſtrioremue uix credo poſſe reperiri. Item ſi diuitiarum ac opum affluentiam in medium adduces, fortunæ liberalitatem atque munificentiam in te neminem vnquam deſideraturum opinor. Si corporis formam quoque & elegantiam efflagitabis, liberalem quendam aſpectum cum ſumma grauitate atque humanitate ſimul coniunctum à natura tibi tributum fuiſſe omnes intelligunt. Poſtremò ſi ad animi mores virtutesq́ deſcēdere libet, quis vitæ innocentiam atque integritatem, quis inquam morum probitatem atque facilitatem, quis denique doctrinam atque eruditionem tuam non perſpicit, commendat, ac admiratur? Memini profectò, te in Pa-

ta-

tauino olim gymnasio commorante, quanta assiduitate doctissimorum illorum virorũ conuentus atque lectiones frequentares: Memini inquam, quàm solicitè liberaliũ artium, disciplinarumq; studijs die noctuq; tunc operam dares: Memini denique, qua hominum lætitia atque iucunditate quinquennium in præstantissimo illo Gymnasio consumpseris, & quo studiosorum omnium mærore, quoq; cunctorum propemodum luctu ex eo tandem discesseris. Hæc quidem omnia cùm memoria optimè teneã, cumq; ad iam commemorata animi tui incredibile quoddam in me studium, summaq; propensio etiam accedat, quid mirum, si has vigilias atque lucubrationes meas tibi vni tãquam huiusce muneris dignissimo, meiq;, rerumq; omnium mearum amantissimo dicare statui atque decreui? Accipe igitur læto & hilari animo Carole præstan=

ſtantiſſime hoc meæ in te obſeruantiæ ac pietatis præclarum, ni fallor, monimentum: quod quidem, ſi tibi, quemadmodum ſpero, gratum atque iucundum ſenſero extitiſſe, maioribus nimirum indicijs, & amplioribus ſignis immenſum animi mei in te ſtudium, maximamq́ ad nomen tuum celebrandum, atque immortalitati, vt ita dicam, conſecrandum alacritatem mortalibus poſthac aperire contendam. *Vale.*

VENETIIS, *Calendis Ianuarijs Anno à partu Virginis* M. D. LXIIII.



N TIBI benigne & candide lector Dialogorum illorum de Amore tam doctè eruditeque pertractantium dilucida, ni fallor, & perelegans interpretatio: in qua quidem, ut & rerum ipsarum synceritati ac ueritati, & orationis insuper proprietati atq; suauitati pariter inseruirem, necnon horum utrunque purum & illibatum conseruarem, me haud parum quidem fateor laboris sensisse. Quantum autem in ambobus profecerim, tibi uni ut equitatis amantissimo uiro, iudicandum relinquo: totiusque huiusce pugnæ atque colluctationis meæ à te non secus ac à iustissimo iudice, si id meritus tibi fuisse uidebor, palmam coronamque denique expecto. Verùm id solum prius te admonitum esse uolo, quòd hoc opus tanquam fons quidam uberrimus tam uaria, tamque multiplici cunctarum ferè scientiarum scatet doctrina, ut in hac tanta rerum pertractatarum uarietate atque diuersitate nonnullis uocabulis, quę apud antiquos & probatissimos scriptores minimè reperiuntur, necesse fuerit uti. Nec enim ueteres Latina oratione omnia scientiarum genera complexos fuisse uidemus: quod quidem si præstantissimi illi uiri fecissent, & noua nomina excogitare, & uocabula propria, rerumque ipsarum naturis quàm maximè accommodata, quamuis forsitan inaudita, profectò effingere coacti fuissent. Ne igitur humanissime Lector huiuscemodi scrupulus iniectus animum tuum ad tam præclari operis sedulam ac studiosam lectionem properantem impediat obsecrò siue retardet: quin potius & hac re tãquam minimi certè momenti spreta atq; contempta; & nonnullis erroribus insuper, qui in excudendo typographorum, ut plurimùm fieri solet, incu-

ria admiſſi fuerunt, prout tabula ad hunc uſum poſt indicem mox collocata tibi monſtrauerit, diligenter repurgatis atque emendatis; totum hoc opus quaſi Olympicum quoddam ſtadium à carceribus, ut aiunt, ad metam uſque expeditiſſimè ſtatim percurre: idque tibi firmiſſimè perſuade, quòd in trium propoſitorum Dialogorum breuiſſimo ambitu ac circuitu tota ferè & Ariſtotelis, & Platonis quanuis latiſſimè ſeſe diffundens doctrina; necnon inſuper tota propemodum & moralis, & naturalis, & diuina Philoſophia tanquam in elegantiſſimo quodam compendio concluditur ac terminatur.

RERVM OMNIVM INSIGNIORVM, QVAE

ſparſim toto opere pertractantur, copioſiſſimus atque locupletiſſimus Index alphabetica ſerie digeſtus, & mira quadam facilitate diſtributus.

A

 ctio-

fu-

Amor

pri-

fæ-

tu

ex

quænam

Ani-

B

C

mo-

D

pre-

E

F

in spi-

G

H

I

L

M

Materia

præte

N

O

P

Per-

Plato ca

Prudentię

Quæsti

Q

R

S

V

Voluptas diuina

Z

FINIS.

ERRATA ANIMADVERSIONE digna: primo numero paginam, secundo columnam, tertio lineam absque ullo errore tibi mõstrante.

14.	2.	27.	Ad id: At id.
25.	1.	28.	comparauerunt: compararunt.
26.	1.	20.	& hostatis: & honestatis.
34.	1.	12.	homine: hominem.
40.	2.	27.	sospiri: sopiri.
41.	1.	1.	persequeris: prosequeris.
43.	2.	3.	dicitur, esse: dicitur esse,
47.	2.	29.	debet: delet.
51.	2.	4.	laudantes: laudantur.
53.	1.	27.	pedetentium: pedetentim.
59.	1.	12.	geuus: genus.
60.	2.	29.	capescenda: capessenda.
64.	1.	2	diligendo: deligendo.
67.	1.	9.	reperitur: reperiuntur.
69.	1.	20.	ipsis: ipsi.
74.	2.	3.	qui: quod
79.	2.	20.	illi: illis.
82.	2.	20.	unum: unus.
84.	2.	28.	persimilis: persimile.
87.	2.	28.	firmi & immoti: firma & immota.
88.	2.	5.	eorum: earum.
90.	1.	3.	accensus: accensum.
90.	2.	12.	uilibus: utilibus.
93.	2.	14.	circunuolentibus annis: circunuoluentibus annis.
103.	2.	28.	oppotionis: oppositionis.
104.	2.	26.	eum hodie: Deum hunc hodie.
112.	1.	16.	qui: quod.
125.	2.	5.	genitusq; genitasq;.
130.	2.	24.	lacidus: lucidus.

134. 1. 14.

134. 1. 14. condore: candore.
138. 2. 4. humidaq; globo : humidoq; globo.
140. 2. 29. laticabit: latitabit.
145. 1. 18 Solistitium. Solstitium.
145. 1. 21. Solistitii:Solstitii.
147. 1. 9. prouincias? pronuntias?
148. 1. 9. utriusq; eorum : utriq; eorum.
149. 1 26. ignis : signis.
166. 2. 24. ęternam: æternum.
174. 1. 31. suenmum: summum.
176. 1. 26. potitissima: potissima.
178. 1 10. unum: uno.
184. 1. 1. superuacanti : superuacanei.
211. 1. 13. consumemus: consumamus.
212. 1. 17. posuerimus: proposuerimus.
213. 1. 5. formossimam: formosissimam.
221. 2. 29. amor: amore.
243. 1. 8. quadam: quandam.
255. 2. 23. grauis: graue.
283. 1. 1. quæ: qui.
316. 2. 23. corporaia: corporalia.
318. 1. 29. status: statim.
339. 2. 23. deberent: deberet.
345. 2. 6. insculpiti: insculpti.
350. 1. 14. migrentur: migrent.
354. 2. 27. mostra: monstra.
356. 2. 5. intelligibiliũ formã·ĩtelligibiliũ formarũ.
357. 2. 25. certa,dubia, : certa dubia,.
359. 2. 4. coporales : corporales.
359. 2. 11. prfecta; perfecta.
372. 2. 22. pulchritudine conferens : pulchritudinem conferens.
373. 2. 29. cunpę: cunctę.
399. 1. 5. censeruat : conseruat.
409. 2. 25. preditos esse: præditas esse.
421. 1. 28. diuina illi formæ: diuinæ illi formæ.

IN DIALOGVM PRIMVM DE AMORIS NATVRA ATQVE ESSENTIA

ARGVMENTVM.



E DIFFERENTIA inter amorẽ ac desideriũ primò pertractat, amborumq; istorũ voluntatis affectuum essentias atq; naturas declarat. Tria deinde bonorũ genera, vtile videlicet, iucundum, atq; honestũ recenset, in quibus amorẽ ac desiderium diuersis quibusdã rationibus sese habere demonstrat. Diuitias ad moralẽ ciuilemq; uitam q̃ maximè cõferre, contẽplationi verò vitæq; speculatiuæ nõ parùm officere ostendit. Morales insuper uirtutes mediocritatẽ, intellectuales verò excessum laudabilẽ admittere docet. De nõnullis etiã bonis, veluti de ualetudine, prole, cõiugio, potentia, dominatione, atq; imperio, honore, fama, & gloria, quę cõfusam quãdam permixtamq; naturã sortita fuerunt, separatim dispu tat. Ad amicitias deinde, quæ tũ vtilitatis, tum etiã iucũditatis, tum deniq; honestatis gratia inter homines contrahi solẽt, orationem deflectit: honestamq; amicitiam q̃ maximè cõmendat, cæterisq; duabus amicitiarum specie bus longè præponit. Posteà ad diuinũ amorem conuersus, eum graui quidem & luculẽta prosequitur oratione, ipsamq; diuinitatem omnium honestorũ actuum principiũ, medium, & finem existere docet; necnon Deum optimũ maximum ab humano intellectu imperfectè cognosci, ab humanaq; voluntate parùm ac tenuiter diligi ostendit. His perfectis atq; absolutis de humana fælicitate disceptationẽ instituit: & cõpluribus reiectis erroribus eam in sapientia, & in intellectus agentis, hoc est in Dei diuiniq; intellectus pura & syncera à nobis habita cognitione, si-

ue, ut in dicendo philosophos imitemur, in intellectu no-
stro potestatis cum agente illo diuinoq; intellectu fælici[ssi]-
ma copulatione sitã esse cõcludit : quinq; habitus anim[æ]
intelligẽtis enumerat, eosq; sigillatim describit: sapienti[am]
quãmaximè extollit: humani ingenii ignorãtiã atq; imbe-
cillitatem deplorat: intellectum nostrum duabus ration[ibus]
bus ad spiritalium intelligentiam pertingere patefacit. [Ex]-
stremam hominis beatitudinem nec in diuitiis, nec in u[o]-
luptatibus, nec in artibus, nec in artificiosis operibus,
nec in moralibus uirtutibus, nec in solo habitu ab actio-
ne seiuncto, neq; in omniũ, pluriumue rerũ distincta sep[a]-
rataq; cognitione : sed in unius tantùmmodo rei, Dei
optimi maximi actuali cõiunctaq; intelligentia, & eius[dem]
clarissima uisione, atq; in actu dũtaxat intimę illius cop[u]-
lationis, & unitæ diuinæq; illius cognitionis consist[ere]
satis superq; declarat : & diuinã hanc copulationẽ atq[ue]
beatitudinem, post mortẽ longè facilius q̃ in præsenti ui-
ta à nobis haberi continuariq; posse demõstrat. Ad uol[u]-
ptates deinceps pertransit: & corporales citò in odiosa[m]
quandam satieratem fastidiumq; conuerti, spiritales a[u]-
tem minimè ostendit : naturæ solertiam ac prouidentiam
admiratur: corporum externã & imperfectã copulation[em]
internam perfectamq; unionem animorum corroborare,
& arctius colligare testatur, amorẽ in imperfectum à de[si]-
derio prodeuntem, atque perfectũ à recta cognoscente
ratione primùm proficiscentem, & desiderium postea [in]-
ducentem diuidit, atque distinguit. Cupidinis formam
à poetis decantatã, ipsiusq; uires admirandosq; effectus,
necnon amantium miseram atque iniquam condition[em]
eleganter admodum interpretatur. Postremò uerũ atq[ue]
perfectum amorem, propter mutuos corporum comple-
xus uires & incrementum assumere : necnon ipsum, co[n]-
suetæ rationis monitis spretis atque contemptis, nouam
quandam & extraordinariam rationem tanquam ducem
præeuntem sequi complectiq; demonstrat.

DE

DE AMORIS ESSENTIA, ATQVE NATVRA

DIALOGVS PRIMVS,

A IOANNE CAROLO SARACENO

Nunc primùm latinitate donatus.

Philo & Sophia Interlocutores.



OGNITIONEM tui ò Sophia ad amorem, & desiderium quoddam animum meum sentio excitasse. SO. Hi duo affectus quàm maximè dissentientes esse videntur: verùm cruciatus quidam animi interior pugnantia te loqui fortasse cogit. PH. A' tuis nimirum dissentiūt, ab omni symphonię genere alienis. SO. Quinimo amor, & desideriū contrarij inter sese voluntatis affectus existunt. PH. Qua nam ratione contrarij? SO. Quia eorū, quæ uel re uera, vel opinione sunt bona, ea, quibus fruimur post ipsorū acquisitionem, amari; ea verò, quę nobis desunt, optari dicuntur: vt desiderium amorem prçcedat, amorq; deside-

Amor, & desiderium contrarii inter sese uoluntatis affectus esse videntur.

Bona, uel re uera, uel opinione sunt bona.

rium sequatur; & amoris principium, ac ortus sit ipsius desiderij finis, atque interitus. PH. Quænã obsecrò te in hanc sententiã induxerũt? SO. Rerum, quæ amantur & exoptantur, varia exempla. Quis non perspicit vires amissas desiderari, minimeq; adamari? iamq; recuperatas desiderio abeũte tatũmodo amari? Opes, hæreditates, vniones antequam habentur, exoptari, neq; amari dicuntur: iam autem habitæ amantur, nec amplius exoptantur. PH. Etsi vires atq; diuitiæ, quando nobis desunt, amari minimè possunt, quòd eis caremus, amamus tamen eas acquirere & cõparare. SO. Impropria quidem hæc est elocutio, si quis dicens se aliquam rem amare, amoris nomine significare voluerit quandam inclinationẽ & propensionem animi ad rem illam habẽdam: est enim amor ipsiusmet rei amatæ, desiderium verò eã habendi & consequendi: neq; hi duo animi motus in vnum posse videntur conuenire. PH. Rationes, quas adducis Sophia, acumẽ ingenij potius quàm sententiæ tuæ veritatẽ ostendũt: nisi enim quod amamus, optauerimus, optabimus id, quod nulla ratione amatur, & ex eo id, à quo natura aliena est atq; abhorret: quod quidem secũ quàmmaximè pugnare videtur. SO. Non equidem fallor, vt existimas Philo: dico enim me illud optare, quod etsi cùm absit, amare minimè queam, cùm tamen aderit, maximè

Amor ipsiusmet rei amatæ, desiderium uerò eam habendi & consequendi esse uidetur.

ximè diligā desiderio iam extincto: nec tamen propterea adducor, vt fatear me illud optare, quod vel auersor, vel amo; amatū enim adest, optatum verò deest: cuius quidem rei quodnā illustrius, quàm liberorum exemplum possumus afferre? quos nondum natos desiderare, non amare; iamq; natos amare, nec amplius desiderare parentes dicuntur. PH. Exemplū quidem parentum & liberorū tuæ opinioni fauere videtur. Verùm quid ad viri & vxoris exemplum respondebis? quorū vterq;, aut saltem alter, antequā simul coniungātur, alterū et desiderat et amat: post coniunctionem verò semper desideriū, aliquando etiam amor interire perspicitur, etsi in multis amorem non solùm vigere, verū etiā augeri frequenter videmus. Nonne exemplū hoc ad opinionem meā confirmandā, quàm superius à te adductum ad eam cōfutandā aptius esse videtur? SO. Ab exemplorum varietate atque oppositione ita animū meū distrahi sentio, vt opinioni tuæ non omnino, sed solùm aliqua ex parte iam incipiā adhærere. PH. Cōmunius igitur loquar. Amorem vel eorum, quæ sunt bona, vel eorum, quæ à nobis bona iudicantur, esse non ignoras: nā quodcunque bonum amabile existit. Idcirco cùm tres sint bonorum ipsorum species, vtile, iucundum, & honestum; tres quoque amoris species esse dicentur, quarum quidem prima iu-

Amatum quidē adest, optatum uerò deest.

Amor uel eorū, quæ sunt bona; uel eorum, quæ à nobis bona iudicātur, existit.

Bonum quodcunque est amabile.

Bonū triplex existit, utile, iucūdū, & honestum.

Amor triplex exiſtit, utilis, iucūdi, & honeſti.

cundi, ſecunda vtilis, tertia honeſti amor rectè nuncupabitur. Horum trium duo extrema vtile ſcilicet & honeſtum, quando iam poſſidetur, vel ante, vel poſt eorum acquiſitionē diligi debent. Iucundum verò poſt ipſius fruitionē non amplius amatur: quæcūque enim ſenſibus noſtris imperfectioribus voluptatem afferūt, ea natura prædita exiſtunt, vt iam habita ſatietatem potius quàm amorem inducant. Huiuſcemodi igitur bona, antequam comparātur, dum cupiuntur, vnà etiam diliguntur: poſtquàm autem omnino comparata fuerunt, & iam ſine vlla controuerſia poſſidentur, extinguitur deſiderium, plerunque etiam amor: ex quo amorem & deſiderium ſimul poſſe reperiri neceſſe eſt concedas. S O. Rationes iſtæ, mea quidem ſententia, etſi opinionem tuam ſatis cōfirmāt, meam tamen tuæ aduerſantem haud funditus tollūt, nec falſitatis arguunt. Quo pacto igitur poteſt veritas ipſi veritati aduerſari, et oppoſitio vlla inter duas veritates inueniri? Huius ambiguitatis, quæ nō mediocriter animū meum perturbat, determinationem tuam audire expecto. P H. Mallem equidem Sophia auxilium aliquod calamitatibus meis à te impetrare, quàm ænigmata tua diſſoluere atque explicare: ſed ſentio te admodum callidè, ne querimonias meas audias, dubitationum tuarum ſolutionem à me efflagitare: fortaſſe etiā

Iucūda antequā cōparantur, ſimul cupiuntur et amātur: quibus iam habitis & deſiderium, & amorē eorum ſæpè extingui uidemus.

id

id facis, quia minori forsitan odio rudis & imbecillæ mentis meę conceptus prosequeris, quàm perturbationes ægræ meę uoluntatis. S O. *Negare haud possum, quin longè maiorē vim ad animum meum alliciendum habeat suauis puraq; mens, quàm amatoria voluntas: neq; propterea tibi iniuria esse credo, cùm tui partem omnium aliarum nobilissimam cæteris præponā: si enim amor erga me tuus, vt sæpè narras, syncerus nec fucatus existit, intellectum meum potius sedari, quàm appetitum excitari contendere debes. Quapropter, omnibus rebus omissis, difficultatem propositam facmihi soluas.* P H. *Et si defensio, quam pro te adducis, facillimè dilui posset, tamen iussis tuis durissima quadam amoris lege obtemperare cogor. In proposita igitur materia, quidam opinioni tuæ omnino aduersantes, amorem & desiderium reipsa conuenire arbitrantur: dicunt enim quodcūq; optatur, necessariò etiā amari.* S O. *Tota errant via: etsi enim quispiam illis fortasse concesserit, quod optatur, amari: plurima tamen amari, quæ non optantur, manifestè perspicitur, ut ea, quæ iam possidētur.* P H. *Rectè hanc primam opinionem confutasti. Alii verò sibi persuadēt amorem esse quoddam veluti genus vniuersitate sua, tùm quęcunq; desiderantur, nec habentur; tùm etiā quæcunq; bona iam habentur, nec amplius desiderātur,* tan-

Sententia nonnullorum, qui amorē ac desideriū idē penitus esse uoluerunt.

Opinionis huiusce confutatio.

Sententia aliorū, qui amorē uelut quoddā genus, desideriū & amorē propriè dictum tā quā duas species cōprehendere existimarunt.

tanquam species communiter cõplectens. SO. Horum quoque sententia à veritate aliena esse videtur: multa enim passim desiderari conspicimus, quæ cùm essentia careant, nequeunt amari. Vnde amor est rerum existentium, desiderium verò non existentium. Qua enim ratione sobolem aut valetudinem amare vnquã poterimus, nisi eas prius consecuti fuerimus, etsi ipsarum maximo teneamur desiderio? Propterea in hanc opinionem inducor, vt amor ac desiderium duo contrarij voluntatis affectus existãt: tu verò ipsos vnà posse reperiri modò dixisti. Huic difficultati quamnam afferes obsecrò solutionem? PH. Si amor est solùm rerũ existentium, cur desideriũ quoq; non erit ipsarũ? SO. Quia vt amor rerum essentiam, ita desiderium earum priuationem supponit. PH. Qua de causa rerum essentiam supponit amor? SO. Quia cognitio necessariò amorem præcedere debet; nihil enim diligi posset, nisi prius sub ratione boni cognosceretur: nihil autem sub nostram descendit cognitionem, nisi anteà re ipsa existat. Mens enim humana est velut speculum, & exemplũ, vel imago, et simulachrũ quoddã potius ipsarum rerum, vt nihil queat amari, nisi prius existat. PH. Verum quidem dicis: sed propter eãdem rationem desideriũ quoq; rerũ essentiã respiciet: nihil .n. expetimus, nisi quod prius tanquam bonũ apprehendimus, vnde philosophus

Confutatio huiusce opinionis.

Mens humana est uelut speculum & exemplum, siue potius imago quædam ipsarum rerum.

Nihil potest amari, nisi prius existat.

losophus illud bonũ esse definiuit, quod omnia appetunt. Eodem igitur argumento tam amorem, quàm desiderium rerũ existentium esse demonstrare poterimus. SO. Certè cognitio nõ minus desideriũ, quàm amorem præcedere videtur: verũ pro opinionis meæ defensione cognitionem non solùm rerum existentiũ, sed etiam rerum non existentium esse pronũtiarem: cùm enim differentia inter existentia & non existentia ab intellectu iudicetur, oportet vt vtrunq; eorum ab ipso prius seorsum cognoscatur. Amorem igitur notitiam eorũ, quæ sunt, desideriũ verò eorum, quæ non sunt, queq; nobis desunt, supponere, dici forsitan posset. PH. Tam amorem, quàm desideriũ, ipsius rei vel amatæ, vel expetitę cognitio sub specie boni præcedat oportet: si enim res amata vel exoptata, sub ratione mali, nõ boni ab intellectu apprehenderetur, huiuscemodi cognitio animum ad odium potius & fugam, quàm ad amorem & prosecutionem induceret: vnde vterque istorum duorũ voluntatis affectuum tam ex parte rei, quàm ex parte cognitionis, obiecti essentiam suppone re videtur. SO. Si essentia rerum desiderium præcederet, quando aliquid esse bonum & expetibile iudicamus, iudicium nostrum semper verum futurum profectò consequeretur: cuius rei falsitatem quis non perspicit? cùm multa, quæ à nobis bona existimantur, suapte natura

Bonum est illud, quod omnia appetunt.

Tã amor, quàm desiderium rei cognitionem sub specie boni necessariò supponit.

natura sint mala. Dicendum igitur vide
desiderum non semper rerum expetita
sentiam supponere. PH. Hoc non
amore, quàm in desiderio vsu venire con
tur: quæ enim bona et amabilia esse puta
mala & fugienda sepenumero existunt.
sicut à veris rectisq; iudicijs recta desid
honestiq; amores proficiscũtur, è quibus p
omnes virtutes, & temperatæ actiones,
claraq; facta deriuantur: ita ex falsis
uersisq; iudiciis mala desideria, & im
amores originem deducunt, ex quibus tam
tanquam ex sentina quadam omnia homi
vitia, atq; errores prodire consueuerũt. V
que igitur istorum duorum affectuum esse
rei sibi requirit. SO. Nequeo tecum ò P
tam sublimè volare, humiliora rursus p
mus. Nullam earum rerum, quas maximè
petimus, quæq; amari propriè dici non poss
esse, manifestissimè videor perspicere. P
Enimuero ea semper optamus, quæ non ha
mus, minimè tamen ea dicemur expetere,
non sunt: quinimo desiderium eorum solet
se, quæ sunt quidem. verùm ea habere neq
mus. SO. Non solùm hęc, sed illa etiam
quenter appetimus, quæ reipsa minimè e
stunt, quæ quidem esse, nec idcirco nos ea h
re exoptamus: quemadmodum cùm æst
pluuiam, serenitatem hyeme, reditum am

Amores, ac desideria pro iudiciorũ diuersitate diuersa quoque, ac multiplicia reddũtur.

Tã amor, quã desiderium rei essentiam sibi requirit.

& his consimilia desideramus; quæ quidem omnia, quia non sunt, propter commodum nostrum tantùmmodo, non propter eorum possessionem habendā euenire exoptamus, nec propterea tamē hæc à nobis amari dicentur. Desideriū igitur rerū nō existētiū esse satis superq́; probatū fuisse censeo. PH. *Quod omni essentia caret, nihil est; nihil autem nec amari, nec appeti, nec haberi denique potest: quæ verò modò enumerasti, etsi cùm desiderantur, præsenti essentia careant, esse tamen possunt; & hoc certè in ipsis desideratur, vt à possibili ad actualē essentiā transferantur: quemadmodū eorum, quæ iā sunt, necdū à nobis habentur, solā exoptare possessionem solemus. Desiderant igitur homines vel vt ea, quę non sunt actu, ad actualem essentiam perducantur, vel vt rerū iam actu existentium, quæ ipsis desunt, sibi possessionem acquirāt. Qua ergo ratione affirmas desiderium rei modò essentiam, modò priuationem supponere, eiusq́; integram perfectamq́; essentiæ absolutionem appetere? Quapropter desiderium, & amor essentia, non priuatione rerum fundantur. Res enim tam amandæ, quàm expetendæ tres conditiones sibi ordine quodam succedentes requirunt, primùm essentiam, secundò veritatem, tertiò bonitatem: quæ quidem tres conditiones simul iunctæ, earum amorem ac desiderium nobis infundunt.*

Desiderium etsi non actualem, possibilem tamen rei essentiam frequēter supponit.

Homines uel rei possibilis actualē essentiam, uel rei actu existētis præsentem possessionē desiderare consueuerunt.

Res tā amandæ quàm expetendæ tres conditiones sibi requirūt, essentiam, ueritatem, & bonitatem.

dunt. Nam hi duo animorum nostrorũ af-
ctus excitari minimè possent, nisi res prius bo-
iudicarentur: hoc autem iudicium nunq̃
vtique fieret, nisi prius verè esse cognosce-
tur; hæc tandem cognitio rerum ipsarum ex-
stentiam manifestò supponit: primùm e-
res existit, secundò intellectui imprimitur, d-
tiò bona esse iudicatur, extremo loco dilig-
atque exoptatur. Et hac de causa Philosop-
dicit esse, verum, et bonum inter sese conue-
solũ autem differre, quòd essentia in reip-
sistit: veritas, postquã intellectui fuerit ...
sa: bonitas, quando ab intellectu et volunt-
per amorẽ ac desideriũ, quasi per media q-
interiecta, ad ipsius rei acquisitionem pes-
descendimus. Aeque igitur amorem ac de-
rium essentiã rerum supponere vides. S O-
tamen multa, quæ nec in optante, nec in s-
existunt, à nobis expeti sæpe cõspiciuntur.
beri & valetudo ab eorũ vtroq; carenti-
quibus quidẽ rebus nõ amoris, sed deside-
tùm nomẽ potest accõmodari. P H. Quod e-
tur, etsi optãti desit, neq; in seipso existat, f-
mẽ, vt putas, omni essentia destitutũ reperi-
sed vt aliqua sit ratione, profectò oporte-
cus tãquã bonũ neq; cognosci, neq; exopta-
riq; posset: quod quidẽ ęgroto cõtingit va-
dinem expetenti, quæ in multis sanis id t-
ris existit, et qua ipse ante morbum frui-

Esse, uerum, & bonum inter sese conuertuntur.

Differẽtia inter esse, uerum, ac bonum.

us erat. Idem de liberis fieri debet iudicium; iam huiuſcemodi bonum etſi in nonnullis eos ſummopere expetentibus minimè exiſtit, tamē n alijs quàm plurimis reperitur, cùm omnis homo vel eſſe, vel iam fuiſſe filium ſeſe fateatur: et propterea qui eis caret, ipſos bonū quoddam eſſe tùm cognoſcens tùm iudicās, toto ani mo eos exoptat. Vnde hæc ſimiliaq; exiſtēdi genera, valetudinis ægroto, & prolis eā quàm maximè expetentibus ſpeciem ſatis aptè impri mere poßunt. Amorem igitur & deſiderium earum eſſe rerum, quę aliqua ratione exiſtunt, quæq; ab intellectu bona exiſtimātur, eſt quoddam vtriq; cōmune: differre autē hi duo affectus vidētur, quòd amor omnia bona, tùm quæ iam poſſidentur, tùm quorū poſſeſſionem nōdū habemus, indiſcriminatim cōplectitur; deſiderium verò eorū eſt tantùm, quę minimè poſſide mus. SO. Illorum opinioni aßentiri videris, qui volunt omne, quod optatur, amari; et amorem eſſe genus quoddam omnia, quæ bona iudi cantur, cōmuniter cōprehendens: et tam ea, quæ cupiuntur nec poſſidentur, quàm ea, quæ poſſidentur nec cupiuntur, indifferenter amari. Ego verò neutiquam fieri poſſe exiſtimo, vt aliquis ea diligat, quæ non habet, quæque nulla ſunt ratione, etſi ipſa vehementer exoptet: eſſentia enim, quam huiuſcemodi res in alijs obtinere dixiſti, nec ad ſui cognitionem imprimendam,

mendam, nec ad beneuolentiam sibi concil-
dam sufficiens esse uidetur, cùm nec liberos
rũ sed nostros; nec alienã incolumitatem,
propriam diligamus: quæ quidem si nobis
cerint, quo pacto amari poterũt unquam
etsi uehementer ea desiderauerimus? PH.
ritatis scopum fermè attingimus. Quam
enim uulgò quæ exoptantur, tanquam b
amari quoque affirmentur: tamen, nisi am
nomine abuti fortasse uoluerimus, quæ pro
carent essentia, quemadmodũ proles ac u
do ab hominibus eas cupientibus, amari m
quam dicentur, si de amore extra animam
in ipsarum rerum numero existente locuti
rimus. Imaginarius autem amor propter
scuram quandam existentiam rerum in
imaginatione uersantium, omnium erit eorum
quæ desiderantur: ex hac uerò rerum im
ginaria existentia oritur quidam amor, cu
subiectum non est ipsamet res, quæ exopta
cùm ea ex parte sui nullam omnino hab
existentiam, sed solùm conceptus quidam
eius communi essentia ab ipsa phantasia for
tus. Huiuscemodi autem amor subiectum h
re impropriè dicitur, nec uerus existit a
cùm uero et extra animam consistente ca
subiecto; sed amor quidã obscurus, fictus, ne
imaginarius appelletur: ex quo quidem de
rium earum esse rerum, quas proprio, u

Amor ẽ duplex, uerus, atque imaginarius.

Amor imaginarius cum desiderio in unum concurrit, uerus autẽ minimè.

que amore prosequi minimè possumus, tādem deducitur. Diuidētes igitur dicamus rerū, quæ amātur et exoptātur, tres species reperiri: quarū quidem prima est earū, quę simul diligūtur et expetūtur, ut uirtus, sapientia, et uir aliquis eruditus, cùm hæc procul a nobis existunt. Secunda est earum, quæ amantur, nec desiderantur, ut omnia bona, quę iam fuimus consecuti ac possidemus. Tertia est earum, quę absq; ullo amore exoptantur, quemadmodum liberi ac uires, quando eorum utroque caremus, & his similia propriam consistentiam non habentia. Quæcunq; igitur bona existimantur et reipsa consistunt, cùm desunt, amorem & desiderium simul in nobis excitant; cùm autem possidentur, amorem, non desiderium inducunt: quę uerò non solùm nobis desunt, sed neque propriam in seipsis habent existentiā, desiderium tantùm ab amore seiunctum accendunt. SO. Sensum animi tui probè intellexi, quem quidē totū pręter illud vnum confirmo, quòd multa extra intellectū existentia uideo reperiri, quæ nōdum habita optātur quidē, haud tamen diliguntur, nisi postquā à nobis cōparata fuerunt, tūc enim non amplius expetūtur, sed solū amātur: vt diuitiæ, ædes, prędia, gēmæ, & his cōsimilia in aliorū potestate existētia, desiderātur quidē tantùmmodo, non diliguntur; postquàm autem à nobis fuerint comparata, desiderio

Rerum amabiliū atque expetibiliū quædā amantur simul, et expetuntur; quædam autem amantur, nec expetuntur; quædam deniq; expetuntur, minimeq; adamantur.

optime.

abeunte

abeunte incipiunt amari. Quapropte
quam sint acquisita, tantùmmodo ex
tur, non amantur; post eorum verò acq
nem amantur solùm, nec amplius expet
PH. Sumus certè reipsa cõcordes, etsi p
exemplorum varietatem discordes fort
deamur: nec enim omnia, quæ præter i
ctum existentia desiderantur, simul etiã
ri me dixisse reperies; sed desideriũ cũ
coniunctum, essentiã rerũ expetitarum
animã requirere tantùmmodo pronuntia
hac de causa non opũ, nõ sumptuosarũ a
non agrorum, nõ preciosorũ lapidũ exem
adduxi, sed virtutis, sapientiæ, aut viri d
insignis, in quo hæc insunt: huiuscemodi
bona, cũ desunt, æquè amantur & expe
SO. Rationẽ, obsecro, huiusce discriminis
de, quod in rebus optatis propriã consist
præter animã habẽtibus inuenitur, qua d
sa quędam ipsarum desiderantur simul &
tur; quædam verò nullo intercedente a
tantùmmodo expetuntur. PH. Ratio d
tiæ pendet ex diuersitate ipsorum amabil
quæ cùm, vt optimè nosti, vel vtilia, vel i
da, vel honesta existãt, in amore ac desider
uersa ratione sese habere conspiciuntur ..
Amoris ac desiderij differẽtiã, quæ deduc
ex his tribus obiectis, nisi tibi molestũ fu
audire quãmaximè cupio. Vnde clarioris

Amabile triplex existit, utile, iucundum, atque honestum.

Et

ctrinæ gratia uellem ut duas communes definitiones, quarum altera amoris, altera uerò desiderij singulas species complecteretur, excogitares. PH. Non tam est facile, quàm existimas, communi aliqua definitione uel amoris uel desiderij omnes species comprehēdere, quòd eorum natura pro obiectorum uarietate uaria quoq; ac multiplex redditur: neq; ullum exemplum ueterum philosophorum, qui communem aliquam eorum definitionem attulerint, in medium adducere possumus: attamen quantùm ex superioribus queo conijcere, desiderium quidem uoluntarium affectum, ut res, quæ bona existimatur & deest, uel existat, uel possideatur; amorem verò affectum uoluntarium maxima quadam copulatione fruendi re, quæ bona iudicatur, cōmuniter esse definirem. Ex his autem duabus definitionibus non solùm differentiam istorum duorum uoluntatis affectuum perspicies, cū alter, ut dixi, reipsa sibi copulata frui; alter uel ipsam existere uel eam possidere uelit; uerùm etiam intelliges desiderium semper earum esse rerum, quæ desunt; amorem uerò earum quæ uel iam posſidentur, uel minimè, ex æquo esse posse; huiuscemodi enim uoluntatis affectus, qui in rebus coniunctissimè fruendis consistit, tum ad ea, quæ nobis desunt, tum ad ea, quæ iam possidemus, extenditur: neq; enim solam rei possessionem, neque eius so

Desideriū est uolūtarius quidam affectus, ut res, quæ bona existimatur & deest, uel existat, uel possideatur.

Amor est uoluntarius quidam affectus quàm coniūctissimè re, quæ bona iudicatur, fruendi.

Desiderium semper est earum rerum, quæ desunt.

Amor earū, quæ uel iā posſidētur, uel minimè, ex æquo esse potest.

lam priuationem sibi determinat, sed utri- communis existit. SO. Etsi definitiones ampliorem requirerent explicationem, ta- pro ratione diuersitatis, quæ tam in amo- quàm in desiderio ex trium obiectorum, u- iucundi, & honesti uarietate pendet, in- genda satis superq; esse uidentur. Inceptum tur iam iter continua. PH. Vtilia bona, diuitiæ, nunquam simul amari & expeti sunt, sed cum non habentur, exoptantur, diliguntur, in aliorum enim sunt potesta- postquàm uerò fuerint acquisita, desideri- nescente eorum exoritur amor, tanquam nostrarum, eisq; ut proprijs coniunctissime mur: uerùm in bonis utilibus illud frequen- mè accidit ut quanquam eorum, quæ iam - demus, desiderium extinguatur, aliorum men consimilium penes alios existentium, - tim noua accedantur desideria; unde qui - lium bonorum amore sunt irretiti, infinita - pemodum nouaq; semper habent desideria, - rum uno pereunte mox alterum priori m- & ardentius exoritur: & hac de causa eorum uoluntates nũquam huiuscemodi desiderijs - plentur, maioremq; possessionem semper m- concomitatur desiderium, & cum illis rect- mè comparandi uidentur, qui sitim falsa - dam potione expellere frustrà conantur, qu- tò plus enim bibunt, tantò magis sitiunt:

Vtilia bona nunquã amari simul et expeti possunt. Vtilia bona antequàm habentur, exoptantur, non diliguntur: iã au tem habita diliguntur, nec amplius exoptantur.

Vtiliũ bonorum desideria in ifinitũ proficiscuntur.

rum autem utilium bonorum immodicum desiderium cupiditas propriè appellatur; mediocritas uero necessarij tantùm appetentia & sufficientia dicitur, estq; excellentissima quædam virtus, unde sapientes eum uerè diuitem esse iudicant, qui suo contentus existit: & sicut huius eximiæ uirtutis alterum extremorum excedens superflui cupiditas, ita reliquum in expetendo necessario deficiens, negligentia nuncupatur. SO. Quid ais Philo? nonne plures philosophi diuitias contemnendas esse prorsus existimarunt? nonnulli etiam ipsas dereliquerunt? PH. Hæc fuit opinio Stoicorum & Academicorum: uerùm diuitiarum contemptus, rerũq; necessariarum maxima incuria, quam isti philosophi & uerbis laudant, & uita confirmant, non est uocanda negligentia, cum ad uitam speculatiuam, & intimam contentamq; rerum contemplationem referatur, cui quidem nobilissimo uitæ generi diuitias maximo impedimẽto esse perspiciebant, quia totam mentem occupant, ipsamq; a speculatione, & contemplatione, in quibus summa perfectio, summaq; eius felicitas consistit, auertunt. Verùm Peripatetici diuitias maximo studio acquirendas esse arbitrantur, cùm ad vitam ex uirtute agendam necessariæ existant; easq; etsi non uirtutem, tamen instrumentum quoddam ad multas uirtutes capescendas ualdè accommodatum esse dicunt;

In utilium bonorum appetitione excessus cupiditas, defectus negligentia, mediocritas necessarij tantùm appetentia rectè proprieq; dicuntur.

Is uerè diues apud sapientes habetur, qui suo contentus existit.

Diuitiæ a Stoicis & Academicis paruipenduntur, a Peripateticis uerò magni æstimantur.

Diuitiæ ex Peripateticorum sententia sunt instrumẽta quædã ad multas uirtutes capessendas necessariò requisitæ.

cunt; neq; enim liberalitatem, neq; magni⸗ tiam, neq; pietatem, neq; charitatem sine uitijs unquam exercere possemus. S O. *Q ad has uirtutes comparandas nonne satis præparatio & promptitudo quædam animi actiones eis similes exequendas, si diuitiæ peterent? Et quidni pauper quoq; studiosus set existere?* P H. *Sola præparatio ab actione seiuncta sufficere nequaquàm videtur: nam uirtutes enumeratæ sunt habitus rectè agendi, bonarum & laudabilium actionū diuturna exercitatione tandem acquiruntur: cum igitur actiones istæ sine bonis fortunæ nequeant exerceri, sequitur uirtutes illas sine huiuscemodi nis comparari minimè posse.* S O. *Nonne ci quoque hoc cognouerunt? Peripatetici et quopacto diuitias a summa illa felicitate, in contemplando consistit, intellectum abdi re non perspexerunt?* P H. *Concedunt quide Stoici moralem, ciuilemue uirtutem sine terioribus fortunæ bonis acquiri minimè po sed felicitas humana Stoicorum iudicio neq quam in illis est reponenda, uerùm potius uita intellectuali & contemplatiua, cuius ca sa non solùm diuitiæ sunt paruifaciendæ, etiam ciuiles virtutes, quæ ex illis emanant haud quidem in uitia, sed in præstantiores, maq; felicitati propinquiores uirtutes sunt uertendæ. Neque hoc aliquis doctus peripa⸗* ti-

Virtutes sunt habitus rectè agēdi. Virtutes bonarum & laudabilium actionum diuturna exercitatione tandem acquiruntur.

Bona fortunæ exteriora, diuitiæ præsertim ad uitam ex morali ciuiliue uirtute traducendam, necnō ad humanas actiones quàm maximè necessariæ existunt. Ad contemplationem uerò, uitamque speculatiuam impedimēto potius quàm ad iumēto esse comperiuntur.

ticus unquam negaret. Neque istæ duæ sectæ in alio differre uidentur, nisi quòd Stoici præstantius ignobiliori anteponentes, bona utilia, quibus virtutes quædam morales tanquam necessarijs instrumentis utuntur, penitus neglexere, hoc certè nomine magnitudinem & generositatē animi sui ostendētes, quòd ultimam felicitatem quærentes, ad lucem Solis, non ad splendorem lucernæ aciem oculorum suorum direxerunt, cum præsertim cōpertum haberent, externa bona plerunq; uitijs potius quam uirtutibus materiam suppeditare. Peripatetici verò cùm diuitias celeberrimis atq; excellentissimis istis uiris minimè esse necessarias cognouissent, alias uirtutes præclaras quidem, illis tamen inferiores existere docuerunt, quarum nonnullas fortunæ bonis indigere dixerunt. Vtrique igitur concedunt negligentiæ uitium in eo potissimùm consistere; vt homines fortunæ bona necessaria ad quasdam morales virtutes, quæ ad contemplatiuam beatitudinem minimè perducunt, exercendas appetere desistant. Hoc autem uitium ad defectum inclinans, opponitur cupiditati superuacanei, ad excessum uergenti: in quorum quidem duorum extremorum medio residet eximia quædam virtus circa rerum vtilium desiderium tamquam materiam uersans, quæ necessaria tantùm pro uirtutibus appetit exercendis, & sufficientia uocatur. SO.

Quemadmodum in bonis utilibus desiderandis media uirtus, duoq; extrema uitia reperiuntur, est ne eadem ratio rerum utilium possidendarum? PH. Maximè: diuitiarum enim, quæ iam congestæ fuerunt, & possidentur, profusus amor auaritia nominatur, & sordidum turpèque vitium existit; quando namque propriarum opum amor mediocritatem laudabilem excedit, ex eo tùm nimia conseruatio pecuniarum supra æquum & bonum, tùm minima ipsarum infrà honestatem & rationis mandatum, erogatio proficiscuntur: moderatio uerò in huiuscemodi rebus amandis cũ decenti earum distributione, uirtutem illam mediam gignit, quæ liberalitas nuncupatur; ex cuius quidem altera parte, alterum collocatur extremum, quod in propriarum facultatum amore deficiens, eas nulla omnino habita ratione profundit, contrariumq; auaritiæ existit, & prodigalitas appellatur. Vnde & auarus & prodigus, cùm ambo in bonis vtilibus diligendis extrema sequantur, praui & mali existunt; liberalis verò mediam extremorum uiam incedens, tamquam bonus & rationis mandatis obtemperans, iurè laudatur. Patefecimus ergo, quomodo amor ac desiderium circa utilium bonorum excessum, defectum, & mediocritatem uersari pronuncientur. SO. Oratio ista mihi quàm maximè proba-

In utilibus bonis possidendis profusus amor diuitiarum auaritia, remissus prodigalitas, moderatus uerò ac mediocris liberalitas nuncupantur.

batur: nunc qua ratione iucunda amari & exoptari dicantur, discere uellem: hæc enim pertractatio erit proposito nostro longè accommodatior. PH. Queadmodum in utilibus propius ac uerus amor nunquam simul cum desiderio reperitur, ita è contrario in iucundis desiderium semper eum amore coniunctum esse conspicitur: iucunda etenim omnia, quæ desunt, ante eorum consumatam absolutamque fruitionem, dum exoptantur & appetuntur, unà etiam amantur. Ebriosus antequam sese usque ad saturitatem ingurgitauerit, uinum æquè desiderat & amat: Gulæ addictus priusquam cibis uentrem repleuerit, lautiores mensas non minori amore, quàm desiderio prosequitur: Et communiter quicunque sitit, potum; quicunque esurit, cibum simul diligit atque exoptat: Item amans, priusquam amatæ copuletur mulieri, eam tùm uehementissimè appetit, tum etiam maximè diligit; idem mulieri in uirum contingit. Propria autem huiuscemodi bonorum ea est conditio, ut post iucundissimum eorum usum euanescente desiderio, frequentissimè amor ipse simul euanescat, nec non sæpè in odium fastidiumque conuertatur: qui enim edendi atque bibendi modò incredibili afficiebatur cupiditate & uoluptate, post satietatem cibos & uinum non solùm nec appetit, nec amat, uerùm potius

Iucunda antequàm habentur, expetuntur simul ac diligũtur: iam autem habita desiderio, simul & amore frequenter euanescẽtibus, sui met fastidium, et odiosam quãdam satietatem relinquunt.

fastidit atque aspernatur. Idem quoque in lijs rebus, quæ rudi & crasso quodam mo imperfectioribus sensibus uoluptatem afferu uidemus accidere: huiuscemodi enim omnino desiderium cum odiosa quadam satietate fa cillimè extingui solet: vnde isti duo uolunta affectus in iucundis tamquam indissolubili un culo connexi simul uiuunt, simulque morian tur.

Homines nonnulli in uoluptatibus quàm maximè intemperantes.

Aliqui tamen in uoluptatibus non se cus ac in lucris adeò intemperantes reperiun tur, ut ipsis nunquam satientur, nec unqu satiari uellent, quemadmodum uentri & libi dini dediti: hæc enim hominum genera ipsam met oderant satietatem, & rursus vel ad ea rundem, vel ad consimilium uoluptatum de deria atque amores, ineffabili auiditate reuo tuntur.

Iucundorum desiderium appetitio propriè nuncupatur.

Vtilium desiderium ambitio aut cupiditas appellatur.

Desiderium iucundorũ appetitio pro priè nuncupatur, quemadmodum ipsorum u lium ambitio aut cupiditas appellabatur.

In uoluptatibus appetendis fruendisq; excessus cõmuni nomine luxuria, propriè autem incontinentia uel intemperantia; defectus nimia abstinentia; mediocritas demũ; uel continentia, uel temperantia nuncupantur.

Excessus in uoluptatum appetitione, & imm dica ipsarum frequentatio luxuria dicitur, quæ gulæ atque pudendis nimium indulget, & vitam mollem ac otiosam maximè complecti tur: qui autem hoc uitio sunt contaminati, luxuriosi nominantur. Quòd si ratio cum hoc acerrimo hoste diu colluctata, tandem suc cubuerit, incontinentes: si verò nulla pugna intercedente statim manus dederit, intempe rantes homines vocabuntur. Quemadmodum

au-

autem luxuria in iucundis, auaritiæ atque cupiditati in utilibus respondet: ita in his nimiam abstinentiam alterum extremum appellandum esse indico, quæ prodigalitati & negligentiæ in illis rectè potest assimilari, cùm vna ipsarum ad honestè viuendum conducentium pecuniarum curam prætermittat, altera verò voluptates necessarias tùm ad uitã tuendam, tùm ad valetudinem conseruandam, omnino deserat atque relinquat. Medium luxuriæ, nimiæque abstinentiæ locum sibi vendicat virtus quædam moralis, quæ si ratio post diuturnam pugnam cùm appetitu, superior exstiterit, continentia; si verò appetitus ipsi rationi sine certamine vllo cesserit, atq; obtẽperauerit, temperantia cognominabitur, quarum quidem utraq; in uoluptatum moderatione consistit, superfluas omittendo, & necessarias eligendo. Quidam uirtutem istam fortitudinem nuncupa runt, eumq; verè fortem esse dixerunt, qui seipsum vincit: iucundum enim multò magis, quàm utile naturæ humanæ insitum existit, cũ eã in proprio statu, optimaq; dispositione cõseruet: ideóq; si quis uoluptatũ excessũ ad mediocritatem redegerit, nõ immeritò de potẽtissimo et seditiosissimo hoste illustrẽ reportasse uictoriã existimabitur. SO. Rectè de amandis, exoptandisq; uoluptatibus locutus fuisse uideris. Verùm ambiguitas quædam ex superioribus dedu

Temperãtia a quibusdam fortitudo haud immeritò appellatur.

Is uerè fortis existit, qui seipsum uincit.

Iucundum multò magis quàm utile naturæ humanæ est insitum.

ci

ci potest: falsum enim quispiam fortasse
maret iucunditatem afferentia, cùm desi
peti simul atq; amari, non autem postqu
nostra fuerint potestate: etsi enim in d.si
non tamen in amore hoc uerum esse depre
ditur, nanq; dùm acquiruntur uoluptates,
amãtur, minimè verò antequam compare
eò quòd in delectationum ipsamet percep
amor earum consistere uidetur. PH. Ex
ptatibus degustandis non minus appetit
desiderium, quàm amor excitatur; sola a
ea, quæ desunt, appeti atq; desiderari dicu
SO. Quæ, malùm, hæc est contradictio?
si uoluptates dum habentur, non tantù
mantur, uerùm etiam appetuntur, appe
autem ad priuationem semper refertur, s
tur id quod iam habetur, deesse, nec hab
PH. Verum est quidem voluptates, dum
cipiuntur, amari atq; desiderari: neuter
mè istorum duorum affectuum post absolu
earum remanet perceptionem, tunc enim,
diximus, uterq; extinguitur: at in ipsis ac
dis semper aliquid usque ad saturitatem d
quinimo in acquisitionis exordio, ex iucund
pinquitate cognitio & sensus priuationis
gis augetur, propter maiorem autem pr
tionis sensum & cognitionem, incitatior q
fertur appetitus, ardentiorq; redditur a b
unde ex iucundi aliqua parte acquisita cum

Iucundorum perceptio usq; ad saturitatem continuata cum priuatione, sensuque priuationis semper est connexa.

ximo sensu eius, quod deficit, acriorem & mordaciorem fieri appetitum minimè mirum existit. Si quando uerò ex nimia uoluptatum continuatione satietas exorta fuerit, indigentia omnino aufertur, unaq; tollitur desiderium & amor ipsarum, quorum uice fastidium & odiū quoddā succedit. Quapropter amorē ac desideriū non quidem voluptates iam cōparatas sequi aut comitari, sed uoluptates comparandas præcedere concludamus. SO. De iucundis, quantum spectat ad duos propositos affectus, satis superq; dixisti. Verùm similitudine & differentia inter vtilia & iucunda, cum ambo ad amorem ac desiderium referuntur, iam explicata, & ratione eorum conuenientiæ manifesta iam existente, discriminis ipsorum causam haud ualeo excogitare, cur in utilibus nunquam amor & desiderium coniungantur, sed dum aliquid expetitur, nondum diligitur, desiderio autem recedenee succedat amor; in iucundis uerò oppositum contingat, quandiu enim res appetitur, tamdiu amatur, desiderio autem pereunte, amor quoq; euanescit. Quanam de causa in duabus tam similibus speciebus amoris, tanta dissimilitudo, cōtrarietasq; reperitur? PH. Ratio differentiæ ex diuersitate fruendi his duobus expetitarum & amatarum rerum generibus proficiscitur: cum enim utilitas in continua rei possessione consistat, quantò diutius res possidetur,

In rebus iucundis indigentia seu priuatione funditus sublata desideriū quoq; & amor ipsarum pariter auferūtur.

Ratio cur utilia primùm exoptantur, posteà diliguntur; iucunda uerò simul exoptantur ac dilgūtur, pendet ex diuersitate fruendi his duobus expetitarum & amatarum rerum generibus.

Vtilitas in continua rei possessione consistit.

sidetur, tantò diuturnior ex ea fructus percipi-tur. Quapropter res ante eius poßeßionem a-mari minimè potest, qua comparata deside-rium cessat, subit amor, qui quidem cum per-petua ipsius rei possessione perpetuò quoq; con-seruatur. Si autem possessio vel nondum acqui-sita, vel post acquisitionem deperdita fuerit, rem quidem exoptare, minimè tamen ama-re dicemur. Voluptates verò nec in possessione, nec in habitu, neque in perfecta ea-rum acquisitione, sed in motu quodam priuatio-ni & indigentiæ semper annexo consistit, qui-bus duabus sublatis tum ipsæ voluptates, tum etiam appetentia & amor ipsarum statim de-ficiunt. SO. Desiderum iucundi priuatio-nem significare, consonum quidem videtur; se amorem presentem potius delectationem, quæ ex voluptatibus percipitur, quàm futuram ipso nomine præ se ferre existimarem: & sicut id, quo omnino caremus, haberi, ita amari mini-mè potest, etsi uehementer expetatur. Qua-propter amor nec ante, quando iucundum pre-sus deest, nec post, quando satietatem omnino in-duxit, sed in præsentis delectationis articulo con-sideratur. PH. Subtilissimè nimirũ Sophia du-bitasti; & uerum amorẽ iucundi, nullam carẽdi habere significationẽ rectè dixisti. At id te late-re nõ debet, quòd in ipso iucũdo appetendo ima-ginaria quædam exoritur delectatio, etsi non-dum

Voluptas in motu quodam priuationi & indigentiæ semper annexo, consistit.

In iucundis appetendis imaginaria quædam uoluptas: in appetendis uerò utilibus tristitia quædam interior percipi solet.

dum eius compotes fuerimus: hoc autem utilium bonorum cupiditati minimè interuenit, imò ex eorum priuatione tristes homines redduntur; cuius quidem rei illud est maximo argumento, quòd iucunda appetentes læti & hilares, pecunijs autem inhiantes tristes & melancholici frequentissimè conspiciuntur. Huius quidem effectus illa certè est ratio, quòd in amborum absentia, iucundum longè efficaciorem uim, quàm vtile ad excitandam habet phantasiam, in præsenti autem vtriusque possessione utile ipso iucundo multò potentius existit: vnde in iucundo ex sensu & appetitu deficientis imaginaria voluptas, & ex præsenti veraque voluptate sensus & appetitus deficientis exoriuntur: qua quidem de causa vtroque tempore indifferenter & amantur & expetuntur ipsa iucunda: Verùm in eo differentia consistit, quòd absentibus voluptatibus appetitus est intentior amore, præsentibus autem amor est appetitu vehementior. SO. *Veritas huiusce rei eo quoque potest confirmari, quòd ex somnijs rerum delectationem afferentium, præsentem quandam percipimus iucunditatem: quandoque etiam vigilantes ex intensissima phantasiæ circa eas negociatione, non mediocrem sentimus voluptatem: quæ quidem efficacia in vtilium rerum imaginatione ostendi minimè potest. Sed illud tantum tibi*

In amborum absentia iucundum ipsi utili præstat: in præsenti autē utriusq; possessione utile ipso iucūdo multò potētius existit.

tibi restat explicandum, istarum duarum [...] cierum amoris facta comparatione, vtra[m] [...] sarum altera amplior & vniuersalior ex[...] atque vtrum, ambæ vnius & eiusdem an[i]lis simul vnquam reperiantur. PH. L[...]

Iucundum est lo[n]gè communius & uniuersalius quàm utile.

cõmunius & vniuersalius est iucundum q[uàm] vtile; non enim omne, quod delectat, vti[li]tem quoque affert; quia ea, ex quibus [...] voluptatem percipiunt, sæpenumerò n[...]uo tam corpus, & vires, quàm faculta[tes] [af]ficiunt detrimento; omnia tamen vtilia [...] ante eorum acquisitionem, siquidem ipso[rum] vtilitas nobis cognita fuerit atque perfect[a], tùm multò magis post acquisitionē, tùm q[...] maximè in ipsamet acquisitione iucundi[...] nobis solent afferre. Multò maior aute[m] [in]

Longè maior ex recenti acquisitione quàm ex diuturna possessione diuitiarum sentitur uoluptas.

acquirendis, quàm in continuè possidend[is] [...]libus sentitur voluptas: omne enim [de]le[cta]mentum ex eo, quod nobis deest, compara[ndo] proficisci videtur: vnde magis in acquisi[tione] quàm in possessione diuitiarum consistit [...] Amoris & desiderij duas ignobiliores spe[cies] optimè quidem pertractasti. Ad tertiam ig[itur] aliarum præstantissimam, & nobilissimam [quan]dò nos conferamus. PH. Ex appetendis [di]ligendisque rebus honestis, nimirum homi[nes] vsque ad sydera extolluntur: huiuscemod[i e]nim amores ac desideria excellentissimam [...]tem illam reddunt, cuius merito homo p[...]

3a species

Ex honestis appetendis ac diligendis homines maximam laudem consequuntur.

[po]

priam essentiam fuit consecutus, quæque a tenebris & caligine materiæ longissimè recedens, ad diuinam & purissimam lucem accedit, & anima intellectiua appellatur, quæ omnium humanarum virium & facultatum sola ex tetra miseraque mortalitate in immortalitatem sese vindicat. Honestorum igitur amor ac desiderium in duobus intellectus nostri ornamentis præcipuè consistit, virtute, & sapientia, super quas tamquam bases & fundamenta vera construitur honestas, quæ & prouentum utilium, & iucundorum delectationem duabus de causis dignitate præcedit; primò quia iucunda in sensu, vtilia in phantasia, honesta in intellectu cæteris animæ facultatibus longè nobiliori collocantur; Secundò quia utile & iucũdum ad ipsum honestum tamqnam ad finem referuntur: diuitiæ enim voluptatum fruendarum causa comparantur, voluptates ad corporis sanitatem & commoditatem ordinantur; corpus animæ intellectiuæ in eius proprijs actionibus è virtute & sapientia prodeuntibus, instrumenti vice deseruit: ex quo sequitur in honestis actionibus uirtute & sapientia præditis, finem hominis reponi, quæ tùm cæteris omnibus actionibus nobilitate præstant, tum præstantiores amores et desideria laudabiliora in animos hominum inducunt. SO. Quantùm honestas vtilitatem & iucunditatem antecellat, præclarè ostendisti.

Htnestorum amor & desiderium in duobus intellectus nostri ornamentis præcipuè consistit, uirtute, ac sapientia.

Honestum utili atque iucũdo duabus de causis dignitate præcedit.

Vtile atq; iucundum ad ipsum honestum tamquam ad finem ordinantur.

In honestate finis hominis reponitur & collocatur.

Verùm

Verùm nunc propositum nobis est differen amoris ac desiderij rerum honestarum per qui, nec non in quo ambo cum amore ac desi rio vtilium & iucundorum conueniant, pa facere. PH. *Hoc certè, nisi me interpella ses, aperire volebam. Honesti amores, hone staque desideria partim cum vtilibus & iu cundis simul sumptis conueniunt; partim cu iucundis conuenunt, & ab utilibus differu partim cum vtilibus consentiunt, & a iucun dis discrepant; partim denique ab ambo dissentiunt.* SO. *Singula membra diuisio propositæ aggredere.* PH. *Desideria hones*

Honesti cum utili atque iucundo cõuenientia.

vtilia, & iucunda in eo conueniunt, quod om nia ad illa referri dicuntur, quibus carem nam quemadmodum vtilia & iucunda prop eorum appetuntur priuationem, ita quo sapientia & uirtutes cum non habentur, in moperè desiderantur. Adeò verò in hoc i nestum & iucundum sint inter sese simili in ambobus æquè desiderium cum amore co iunctum reperiatur: tam enim voluptatem a ferentia, quàm sapientia & virtutes antequ acquirantur, simul appetuntur ac diligent Hæc autem conditio non solùm conuenientia honesti cum iucundo, verùetiam discrimen in ter honestum ac vtile patefacit, cum vtilia a tè eorum acquisitionem expetantur solùm, m nimè autem amentur. SO. *Quæ huiusce sim lit*

Honestum in quo cum iucundo con sentiat, & ab utili differat.

litudinis inter honestum & voluptuosum, atq; differentiæ ipsius honesti ab vtili, ratio posset afferri? Prima enim specie res honestæ, cum non habentur, appeti tantùm, non autem amari uidentur; uirtus namq; & sapientia, antequam a nobis fuerint comparatæ, nullam ueram solidamúe essentiam, quæ amore digna existat, habere conspiciuntur. PH. Vtilia, nisi actu possideantur, ab ea cupientibus prorsus sunt aliena, & idcirco quamquam verè existant, nequeunt amari: iucunda uerò, ut diximus, antequam habeātur, desiderium ipsorum in phantasia commotionem & essentiam quandam uoluptariam excitat, quæ etsi tenuis atque obscura existat, tamen est subiectum satis accommodatum pro amore recipiendo in ipso amante cōstitutum. Similem quoq; , imò illustriorem essentiam sapientiæ & uirtutes, honestarumq; rerum desideria in intellectum introducunt: nam uirtutem sapientiamq; appetere, sapientia quædam, & uirtus non immeritò potest appellari, & honesta exoptare, honestissimum quoddam existit. Cum autem rerum honestarum, quæ expetuntur, nec habentur, desiderium huiuscemodi interiores essentias in intellectu suprema quidem & nobilissima animæ facultate effingat, dignum est quidem ut ipsum impiger & velox concomitetur amor, qui honestorum longè expeditius quàm iucundorum desideria sequatur.

Ratio cur honesta atque iucunda expetuntur simul ac diliguntur: utilia uerò expeti simul ac amari minimè possunt.

Optime.

quatur. Quapropter tam istis, quàm illis de ficientibus desiderium cum amore consociatum reperitur: quod vtilibus nunquam conting. SO. De his satis; nunc ad alias duas parte quæ supersunt, aperiendas orationem tua deflecte. PH. In rebus, quæ post earum ab solutam acquisitionem iam possidentur, dil gendis, honestum vtileque conueniunt; sic enim vtilia postquam comparata fuerint, di liguntur: ita sapientia & rerum honestaru virtutes cum possidentur, mirificè amantu quo quidem nomine honestum dissentit a iuc do, cum omnes ferè homines voluptatibus q que ad saturitatem expleti, earum amore in odium & fastidium statim conuertant. Honestum igitur non solùm ab vtili, & iucu do simul acceptis in eo dissentit, quòd ipsu tum exoptatum necdum acquisitum, tum o nino acquisitum, nec amplius exoptatum, se per habeat amorem sese comitantem, quod q dem neutri illorum accidit; verùetiam alia & præclaram eam quidem ab ambobus ha bet diuersitatem; virtutes enim circa vtile & iucundum uersantes, in eis amandis & app tendis relictis extremis tanquam fontibus o nium ferè vitiorum, mediocritatẽ sibi eligu in eaq; consistunt: At honestorum bonoru quantò amor & desiderium plus excedunt tantò maiorem laudem, veriusq; virtu is n me

Honestũ in quo cũ vtili conuenit & a iucundo dissentit.

Honestũ in duobus vtili simul atq; iucundo repugnat.

men merentur; quiq; ea parum appetit & amat, vitiosus existit: & si quis ea nulla ratione desiderauerit aut dilexerit, non modò vitiosus, sed etiam inhumanus erit appellãdus: honestum enim verum est bonum, cùm bonũ ex philosophi sententia illud esse definiatur, quod omnes homines appetunt, naturæ autẽ instinctu omnes homines scire desiderent. SO. Hanc differentiam diuerso quodam modo ab alijs explicari audiui. PH. Quopacto ipsam exponunt? SO. In honestis virtutem in extremo excedente, vitium autem in extremo deficiente consistere dicunt; quantò enim magis expetitur, amatur, & acquiritur ipsum honestum, tantò præclarior, illustriorque redditur virtus; e contrario autem maximũ vitiũ existimari debet, si quis vel minimo vel nullo prorsus rerum honestarũ amore aut desiderio tangatur. In vtilibus verò atq; iucundis oppositum contingit: nam virtus in eis parùm & appetendis & amandis & prosequendis consistit, vitium autem in excessu istorum affectuũ reponitur & collocatur. Quapropter virtus honestum pertractans, in maximo, vitiumq; in minimo ipsius amore consideratur: vtilia verò et iucunda, si parũ amentur, virtutẽ, si supra modũ diligãtur, vitiũ introducere solent. PH. Istorũ opinio non omnino, sed aliqua ex parte vera esse videtur: virtutẽ enim in vtilibus atq; in-

Bonum illud esse definitur, quod omnes homines appetunt.

Oes homines naturæ instinctu scire desiderant.

iucundis ex eorum amoris et prosecutionis pa
citate proficisci in quodam, verum, sed in om
genere vitæ falsum existit: namq; in vita co
muni atq; morali virtus in mediocritate ea
expetendi, tum diligendi, neque in illo du
rum extremorum reponitur: tam enim nimi
quàm nullus aut minor, quàm deceat, ipsor
amor vt vitium vituperatur, quemadmod
supra diximus ex sententia Peripateticor
Qui verò intellectualem & contemplatiuam
tam sequuntur, in qua suprema felicitas coll
tur, diuitiarum curam, & uoluptatum app
tiones non solum nimias, verùm etiam medi
cres uitiosas esse arbitrantur; horum enim c
temptus est maximè necessarius ad intima
uehementem contemplationem, & huiusce
di bonorum cura ei hominum generi non par
existit impedimento, cum longè pauciora co
moda in contemplatiua quàm in morali vita
quirantur, quod quidem Stoici multis ratio
bus demonstrarunt. Quamobrem in mori
virtus in medio vtilum & iucundorum re
det, in contemplatione verò alterum extrem
rum ad defectum vergens, sibi eligit: in mo
bus ambo extrema sunt vitiosa, in contempl
tione extremum tantùm excedens vitupe
tur. SO. Vtriusque opinionis veritatem ag
sco: sed istius differentiæ, qua honestum ab u
discrepat & iucundo, rationem intelligere
hemen

In uita communi atque morali uirtus in mediocritate, uitia uerò in excessu ac defectu utilia atque iucunda tum expetēdi tum diligendi consistūt. In uita uerò intellectuali atque cōtemplatiua eorundem bonorū tā uehemens quā mediocris amor ac appetitus ut uitium quidē uituperari: remissus uerò ut egregia quædam uirtus laudari consueuit.

hementer desiderarem. PH. Ratio diuersitatis hæc reddi potest, quòd quemadmodum uoluptatum immoderata appetitio, & inexplebilis cupiditas diuitiarum, intellectum nostrum pessundant, & in profundissimum locum materiæ precipitem dant, mentisq; splendorem tenebris sensuum obscurant; ita è diuerso sapientiæ, honestarumq; virtutum insatiabilis & ardentissimus amor, intellectum humanum in diuinum commutant, corpusq; nostrum fragile & corruptioni undiq; obnoxium, in angelicum conuertunt. SO. Moderatio & mediocritas in utilibus atque iucundis, nonne quid honestum tibi esse uidentur? PH. Honestæ procul dubio sunt, cum uirtutes appellentur. SO. Si igitur sunt honestæ, cur earum excessus vitiosus existit? Iam enim honestorum uirtutem excessu, non autem defectu, neque mediocritate relucere dixisti. Ex altera verò parte mediocritatis in utilibus atque iucundis excessum, uitium esse affirmasti. Enimuero hæc manifesta est contradictio. PH. Cùm acumine polleas ingenij, sapientia tibi obnixè est petenda. Virtutes, quæ ex parte utilium & iucundorum reperiuntur, non ab eorum natura uirtutum nomen sibi usurpant: iucundorum enim uoluptates in sensibus, externorumq; bonorum commoditates in phantasia residentes, a pura & spirituali substantia intellectus alienæ prorsus existunt, quæ cum sit

Ratio cur uirtutes morales circa iucundum ac utile uersantes, in mediocritate, intellectuales uerò honestum ipsum pertractantes, in excessu refulgēt.

origo rerum honestarum, hinc fit vt quantò la[...]gius amor ac desiderium ipsarum excurrit, ta[...]tò excellentior digniorq; virtus esse iudicetur. Vtilia verò & voluptaria, eorum amore ac de[...]siderio ad moderationem et mediocritatem [...]tùm redactis, intellectualem rationem possunt participare, in qua quidem moderatione & m[...]diocritate ab intellectu excogitata, virtus con[...]sistit, quæ in eorum vsu conspicitur: a medi[...] autem illo uel ad plus, vel ad minus diuerten[...]tes statim labimur in vitiū: huiusce modi enim amores, nisi a ratione determinantur, ma[...] peruersiq; existunt, & brutis potius quàm ho[...]mini conueniunt, medium autem in eis a ratio[...]ne præscriptum est ipsamet virtus; quod qui[...]dem medium quantò intensius vehementiusq; homines appetunt, amant, & prosequuntur, tantò magis virtute excellunt; amor enim & appetitus iste nec voluptas, nec emolumen[...]tum iam debet uocari, uerùm ab utrinsque mo[...]deratione proficiscitur, quæ intellectualis ho[...]nestaque uirtus existit. SO. De differentia inter amorem & desiderium rerum sub uolun[...]tatem cadentium, insuper de huius differentiæ quoque ratione, abundè postulatis meis satisfe[...]cisti. Illud modò a te requiro, ad quam trium supra enumeratarum specierum quædam, quæ & amantur & expetuntur, sint reducenda, ut sanitas, liberi, uir, uxor, potentia, dominatio, imperium

imperium, honor, fama, & gloria, huiuſcemodi enim omnia etſi tum diliguntur, tùm exoptantur, non tamen conſtat vtrum in utilium, an iucundorum, an honeſtorum genere debeant collocari, eò quod ex altera quidem parte propter delectationem, quæ ex eis acquirendis percipitur, iucunda eſſe videntur; ex altera uerò, cum poſt ipſorum acquiſitionem & ſtabilem poſſeſſionem, nulla ſatietate, nulloque faſtidio intercedente eorum amor incolumis conſeruetur, a iucundis diſsentire, & cum honeſtis vtilibuſue concordare, poſſent exiſtimari. PH. *Sanitas, etſi eam vtilitas conſequatur, propriè tamen inter iucunda enumerari debet: neque eſt a ratione alienum rerum iucundarū quaſdam etiam vtiles eſſe, quemadmodum vtilium quoque quàmplurimæ delectationem afferunt, & in ambobus generibus aliquæ honeſtæ reperiuntur. Sanitas igitur præcipuè quidem iucunda, vtilis tamen quoque necnon honeſta exiſtit; & propterea eius neque ſatietas, neque faſtidium vllum, ſicut aliarum rerum iucunditatem ſolam afferentium, nos vnquam capit; quæ cùm poſſidentur, non magni æſtimantur, ſicut ante ipſarum acquiſitionem, quando appetebantur. Alia quoq; ratio poteſt afferri, cur ſanitatem nunquam faſtidimus, quia ſcilicet voluptas ex ea proueniens, non tantùm externis & craſſioribus ſenſi-*

Valetudo ad iucundum quidem præcipuè refertur, utilis tamen. quoq; necnō honeſta eſſe uidetur.

sensibus; quorum delectatio citò in fastidi
conuertitur, percipitur, cum nec in esculen
gustandis, nec in venereis contactibus, nec
odoribus olfaciendis sit constituta; nec tam
sensus externos & spiritaliores, qui serius e
tiantur, oblectat, cùm nec in harmonicis so
vocibusque suauibus audiendis, neque in sp
ciosis & artificiosis figuris videndis consist
sed in omnes humanos sensus tùm exterior
tùm interiores vsque in ipsam phantasiam
insinuat. Vnde sanitas amissa, non solùm
sensibili appetitu, verùm ab ipsa quoque v
luntate lumine intellectus illustrata, deside
tur: & idcirco honestam voluptatem poss
mus eam appellare, quamquam propter di
turnam eius possessionem non tanti, quanti p
esset, eam sæpe æstimemus. SO. Hacten
de sanitate, modò ad filios transeas. PH. Li
beri etsi aliquando propter vtilitatem desi
derantur, vt diuitias nostras poßideant & co
seruent, aliásque insuper acquirant, tamen a
mor & desiderium ipsorum iucunditatem qu
que participat; & hac de causa dissimili
in brutis atque in hominibus reperitur; bruto
rum enim voluptates quinque exteriores sen
sus non pertranseunt: verùm in humano ge
nere etsi parentes ex videndis, audiendisque
liis maximam sentiant voluptatem, non ta
men scopus desiderij parentum est sola liber

Libri bonū quoddam ex honestate simul atque iucūditate permixtū esse vidētur.

rum possessio, præcipua enim eorum delectatio in phantasia ipsaque cogitatione consistit, quæ est facultas animæ longè spiritalior, quàm ullus sensuum exteriorum, & idcirco diuturna cum liberis consuetudo, eorum satietatem aut fastidium in animos parentum minimè inducit: quod quidem eò magis quoque contingit, quia non solo sensibili appetitu, sed etiam voluntate, mente rationali, quæ naturam absque ullo errore gubernat, eam dirigente, filij a parentibus desiderantur: sicut enim philosophus affirmat, cùm animalibus caducis indiuiduam perpetuitatem natura denegauerit, immortalitatem specificam, quæ eis conceditur, consequi appetunt filiorum procreatione. Vnde, cum in hoc voluptas de liberis a parentibus habita, ab alijs rebus solam voluptatem afferentibus differat, euenit vt parentes liberos iam natos nunquam oderint, neque vnquā fastidiant. Hac autem in re, filij cum sanitate conueniunt; neque enim propter eorum possessionem remittitur amor, imò tunc maximè amantur, nullaque prætermissa diligentia custodiuntur, quod quidem prouenit ex desiderio & spe futuræ immortalitatis. Voluptas igitur de filijs habita, cum sit honesta, continuum amorem omnium honestorum fidissimū comitem semper habet sibi coniunctum: quod sanitati quoque accidebat. SO. Hac parte per-

Animantia ut specificā saltem immortalitatem consequantur, posteritati procreādæ uehementer studere existimantur.

perfecta & absoluta, ad amorem tùm viri vxorem, tùm vxoris in virum iam est tempus transeundi. P H. Coniugum amorem iucundum quid esse inter omnes constat, sed cum honestate coniunctus esse debet, cuius natura atque ratione post habitam voluptatem non solùm conseruatur, verùmetiam semper augetur mutuus ipsorum amor. Connectitur itaque semper in coniugali amore vtile cum iucundo atque honesto, cùm vterque coniugatorum ex altero semper mutuas capiat vtilitates quæ ad perpetuam beneuolentiæ conseruationem maximè conducit. Quamobrem cum coniugum amor iucundus existat, propter societatem a voluptate cum honesto, aut cum vtili aut potius cum ambobus simul contracta vsque ad supremum vitæ diem continuatur.

Cõiugalis amor iucũdus quidem præcipuè, cũ honestate tamẽ atque vtilitate consociatus quoque esse uidetur.

S O. Potentiæ, dominationis, atque imperij appetentia & amor, ad quam supra commemoratarum specierum debent reduci? P H. Amor & desiderium dominandi, tùm vtilitatem, tùm iucunditatem participat: uerũ quia huiuscemodi voluptates non crasso & rudi quodam modo sensus exteriores, sed spirituali ratione ipsam phantasiam & cogitationem humanam interius oblectant, cùm præsertim vtilitatem habeant coniunctam: idcircò homines earum diuturna possessione nunquam exatiari possunt; quin potius dominationes, re

Amor & desideriũ dominãdi tũ utilitatẽ, tũ etiã iucũditatem sibi het adiunctam.

regna, atque imperia postquam comparata fuerunt, vehementer diliguntur, maximaque sollicitudine & arte conseruantur, non quòd honestatem participent, quomodo enim imperandi libido honesta vnquam esse potest? sed quia humana imaginatio, in qua istæ resident voluptates, non iuxta atq; crassiores sensus earum capitur satietate; imò natura satiari vix potest, eoq; minus, qa dominandi cupiditas præter iucunditatem vtilitatem quoq; respicit, cuius merito potestates, postquã summo studio iam acquisita fuerunt, non tantùm amantur, sed etiam maxima adhibita diligentia custodiuntur, eorumq; incremento insatiabili quadã cupiditate & effrenata libidine homines incumbunt. SO. De honore, gloria & fama, in quo nam genere amoris debeãt collocari, tibi restat dicẽdum. PH. Honor est duplex, alter quidẽ spurius & adulterinus, alter verò legitimus et germanus, spurius potentiæ assentatur; legitimus virtutẽ remunerat. Adulterinus, quem exigunt ac appetunt potentes, ad iucundũ reducitur, verũ quia non satiabilem sensum, sed tantũ insaturabilem delectat phantasiã, ideo nullum eius fastidium, sicut aliarũ voluptatũ, interuenit: quin etsi caret honesto, cum reuera ab omni genere honestatis alienus prorsus existat, tamen post eius comparationem continuatur & conseruatur cum inexplebili quadam cupi-

Honor ẽ duplex: alter quidem spurius atque adulterinus, qui ad iucundum reducitur: alter verò legitimus & germanus, qui iucundi acem quandã cũ honestate permixtam amplectitur.

cupiditate ipsius incrementi. Germanus aut honor cum sit premium honestarum virtutu quanquam natura sua iucundus existat, t men uoluptas ex eo proueniens honestati p miscetur; vnde cùm honestatis ratione, n quia phantasiæ tanquam subiecto firmiter hæret, contingit ut post ipsius acquisition ametur, eiusq; augmentum insatiabili cu ditate procuretur: neque satis est phantasi homo gloriam & honorem per totum uitæ riculum consequatur, nisi post mortem quo nomen suum in terris diu uersari procura rit, quæ quidem fama propriè nuncupatu Verùm, etsi honor uirtutis premium esse catur, non tamen honestarum studiosaru que actionum finis conueniens existimari bet, nec propter eum consequendum resti uere debemus: honestatis enim finis in ani intelligente perficienda consistit, quæ pri per actiones studiosas sana, purgata, limpid redditur, postea a sapientiæ coloribus splen dissimis diuina quadam exornatur pictura. I nis igitur mundæ & puræ honestatis, nec hominum opinione, qui gloriam & honor in scriptis & monumentis virorum illustri memoriam conseruantibus, reponere consue runt, nec in phantasia interna uoluptate, qu ex fama & gloria ambitiosi capere solen consistere potest. Hæc premia certè uirtuti

Honor uirtutis quidem præmiũ, haud tamen uirtutis proprius seu consentaneus finis debet existimari.

bent

bentur, non tamen fines consentanei præclararum actionum sunt existimandi. Virtus quidẽ propter eius honestatem debet laudari, non tamen propter laudem acquirendam est agendum ex uirtute: imò etsi ex laudibus incrementum accipiat, tamen a sua præstantia & nobilitate non parùm degeneraret, si laudem ipsam tamquam proprium & accommodatum finem sibi proponeret: verùm propter connexionem quandam, qua huiuscemodi uoluptates honesta ii vniuntur, non immeritò magni æstimantur ac amantur, earumq; continuum incrementum ab hominibus desideratur. S O. *Petitionibus meis liberaliter quidem satisfecisti, & omnia iam connumerata in voluptatibus phantasiæ afferendis, conuenire apertè cognosco: differre autem, quòd in eorum quibusdam vtilitas, in aliquibus honestas, in nonnullis ambæ cum uoluptate conglutinentur; ex quo fit ut eorum quamuis diuturna possessio neque satietatẽ, neque fastidium unqam inducat. Nunc de humana amicitia, diuinoq; amore, cuius sint generis, quas conditiones requirant, intelligere mirum in modum desidero.* P H. *Amicitiæ modò utilitatis, modò iucunditatis gratia inter homines contrahuntur: sed ex his duabus caussis nec stabilis nec perfecta vnquam oritur necessitudo; ipsis namque ablatis amicitiæ, quæ super eas erant extructæ, mox ruunt ac dissoluuntur,*

de amicitia humana et diuina

Amicitia ex tribus fontibus solet emanare, ex utilitate, ex iucunditate, atque ex honestate.

Sola uirtus atq; honestas stabiles, nec unquam solubiles amicitias efficere ualet: utilitas uerò & uoluptas minimè.

uuntur. Sed illa nimirùm uera absolutaq; amicitia, quæ uirtutis & honestatis firmo ac dissolubili vinculo connectitur. Hæc sola ex omnibus humanarum amicitiarum speciebus maxima laude & commendatione digna existit, quæ amicorum animos tam strictè uinciat, arctè uniat, ut commoda atque incommoda alterius eorum sint ambobus cõmunia, interdum quæ maiorem iucunditatem ac tristitiam amico, quàm cui hæc ipsa eueniunt, afferant, nonnunquam etiam ad amicum subleuandum & ab aduersitatibus prostratum erigendum, partem incommodorum alter suscipere soleat; miseriæ enim cum amicis communicatæ multò minus sentiuntur: vnde philosophus honestarum amicitiarum communissimam afferens definitionem dixit, rum amicum esse alium semetipsum, ut in uera amicitia duplici vita in duabus personis differentibus constituta hominem viuere significaret, scilicet tum in propria, tum in amici persona, qua quidem ratione amicus ipsemet alter existit, & amicorum vterq; in seipso dualitas simul vnitas comprehendit, & propriam & alterius amici uitam, vtramque personam æquali prosequitur amore, duarumq; vitarum vnam eandemq; curam penitus gerit. Idcirco honestam amicitiam mortalibus sacra volumina his verbis præcipiunt. Ama proximum tuum æquè ac teipsum. Nempe volunt ci-

Amicitia propter uirtutem & honestatem contracta amicitiæ tum uoluptatis, tum utilitatis gratia cõfectæ longè est præponenda.

Verus amicus ipsemet alter esse definitur.

Honesta amicitia a sacris uoluminibus quoq; cõmendatur, mortalibusq; præcipitur.

citiam duos animos in vnum coniungere, eundemq; amorem in animis duorum amicorum insitum esse. Causa autem huius arctæ coniunctionis, atque indissolubilis colligationis est duorum amicorum mutua virtus aut sapientia; quæ cum spiritalis, aliena a materia, & a corporeis qualitatibus seiuncta prorsus existat, diuersitatem remouet personarum a corporea natura proficiscentem, & amicis propriam quandam essentiam in eorum mente collocatam ingenerat, quæ cum sapientia, amore, ac voluntate ambobus communi, ita omnis diuersitatis & discrepantiæ expers conseruatur, ac si eorum subiectum vna tantùm esset anima duabus communicata personis, nec pro ipsarum numero diuisa, siue multiplicata. Breuiter igitur honestam amicitiam ex una duas personas, & ex duabus unam tantùm personam efficere dicendum esse videtur. SO. Plura, quæ ad humanam pertinēt amicitiam, breuibus complexus fuisti. Ad diuinum amorem nunc ascendamus; de illo enim tanquàm de omnium maximo atque supremo aliquid audire desidero. PH. Amor diuinus non modò honestatem participat, sed omnium rerum, & vniuersi earum amoris honestatem in seipso excellentissimè continet; est enim diuinitas omnium honestarum actionum principium, medium, & finis. SO. Si principij, quo pacto

Ratio tam arctæ coniunctionis, atque indissolubilis colligationis duorum amicorū propter uirtutem mutuò sese diligentium.

Honesta amicitia ex una duas personas, & ex duabus unam duntaxat efficere solet.

Amor diuinus non tantùm honestus, uerū fons quoque totius honestatis existit.

Diuinitas omniū honestarum actionum principium, medium, & finis existit.

pacto finis ac medij rationem potest hab[illegible] PH. Principium dicitur, quia ab ipsa intel[illegible]gens anima dependet, quæ omnes human[illegible] honestasq; actiones exercet, & immensæ [illegible] claritatis exiguus quidam radius homini [illegible]tus existit, ad eum rationalem, immorta[illegible] ac felicem reddendum; & hæc ipsa intel[illegible]gens anima, ut rectè, honesteq; agat, diuini [illegible]minis particeps esse debet: quãquam enim radius diuinæ lucis a Deo Optimo Ma[illegible] clara conspicuaq; descenderit, tamen tùm [illegible] corpori est colligata, tùm quia a tenebris [illegible]teriæ est obscurata, ad illustres virtutum [illegible]tus, lucidosque sapientiæ conceptus perue[illegible] nequaquam potest, nisi denuò a luce illa di[illegible]na pro tantarum rerum acquisitione illum[illegible]tur. Quemadmodum enim oculus etsi [illegible] natura, colores tamen, figuras, & reliqua [illegible]sibilia intueri non valet, nisi solari luce [illegible]stratur, quæ & per oculum, & per vis[illegible] corpus, & per distantiam inter vtrunque [illegible]rum intercedentem distributa, præsentem [illegible]ficit visionem; ita intellectus humanus e[illegible]tura lucidus existat, in actionibus tamen [illegible]stis & sapientibus, rudis crassique corporis [illegible]cietate ita impeditur, & offuscatur, vt d[illegible] lucis necessariò indigeat illustratione, qu[illegible]sum ex potestate ad actum reducens, & [illegible]cies formasque rerum ab ipsa cogitatio[illegible]

Intellectus humanus immensæ Dei claritatis exiguus quidã radius hoĩ aptatus esse vr.

Intellectus humanus ad honestos & sapiẽtes habitus acquirendos, exercendosq; diui næ lucis necessariò indiget illustratione:

ter intellectum phantasiæque species media e-xistente, proficiscentium, illustrans, eum actu intelligentem, prudentem, ac sapientem denique reddit, ad omnes honestas actiones propensum, inhonestisque prorsus repugnantem, vt omni sublata imperfectione, & vniuersis tenebris fugatis, perfectus ac lucidus vndique conspiciatur. Duabus igitur rationibus Deus principium esse dicitur, cùm ab eo omnia honesta tùm quantùm ad potestatem, tùm quantùm ad actionem eorum attinet, proficiscantur. Vnde cùm supremus omnium Deus, pura summaque bonitas atque honestas, necnon uirtus infinita existat, necesse est omnes alias inferiores virtutes, honestates, ac bonitates ex eo tanquam uero principio, communique singularum perfectionum origine deriuari. S O. Aequum & iustum est quidem omnium rerum honestarum primum principium in summo reponi creatore, neque de hoc vnquam aliquis dubitauit. Verùm id restat in controuersia, quomodo ipse potest earum medium et finis nuncupari. H H. Diuinitas ipsa est medium ualdè accommodatum, ut per ipsam omnes studiosæ, honestæque actiones prodeant in lucem: cùm enim diuina prouidentia ad eos, qui diuinarum uirtutum partem aliquam sibi comparauerunt, prona atque propensa existat, tantòq; magis, quantò maiorē ipsarū

Deus omnium honestorum principium bifariam dicitur esse, tū quā tùm ad potestatē, tùm quantùm ad actum eorum.

Deus omniū studiosarum honestarumq; actionū mediū quàm maximè accommodatum dicitur esse, tùm quantū ad auxilium, tū quantùm ad exēplum.

D portionem

portionem consecuti fuerunt, quin illæ ma[...] tam egregijs uiris ad actiones honestas ob[...] das atque perficiendas afferant moment[...] nequaquam est dubitandum. Deum alia q[...] ratione honestorum actuum consequend[...] medium eße possumus interpretari: cum [...] omnes uirtutes & excellentias rerum pr[...] tißimo quodam modo in seipso contineat, [...] bus, qui ex uirtute agere desiderant, exe[...] affert imitationis. Quæ enim maior cha[...] & clementia, quàm diuina potest excogit[...] quæ maior liberalitas est ea, quæ omnibu[...] bus creatis facit copiam sui? quæ integrio[...] stitia, quàm ea, quæ in diuino conspicitur [...] gimine? quæ maior bonitas, firmior ue[...] profundior sapientia, absolutior pruden[...] quàm illa, quæ in Deo esse cognoscitur? [...] sum tamen haud perfectè, sicut uerè exist[...] ex eius actionibus, quæ in creandis, co[...] uandisq; rebus conspiciuntur, cognoscere [...] sumus. Vnde siquis uirtutes diuinas dil[...] ter considerauerit, earum imitatio erit [...] ma uia, & aptißimum medium ad nos [...] mnes honestas studiosasque actiones, & [...] pientes cogitationes deducendos, ad qua[...] manæ uires pertingere possunt. Deus [...] non solùm in hominibus procreandis pat[...] ostendit amorem, sed etiam eos præcla[...] manifestißimis suis exemplis ad omnia [...]

Deum haud perfectè quidem, sicut uerè existit, sed ex eius actionibus tantummodo cognoscere ualemus.

sta amplectenda excitando atque erudiẽdo præstantissimi doctoris munere fungitur. SO. Omnipotentem Deum non solùm principium, verùm etiam medium totius nostræ fælicitatis esse maximè gaudeo. Modò intelligere vellem quo pacto est finis. PH. Solus Deus omnium humanarum actionum vltimus & supremus finis existit: vtilia enim ad conuenientium voluptatum acquisitionem ordinantur; necessariæ voluptates ad vitæ commoditatem & sanitatis conseruationem diriguntur; hæc duo animæ perficiendæ postremò deseruiunt: anima enim mox habitibus studiosis, deinde vera sapientia, cuius finis in Dei cognitione consistit, suam adipiscitur perfectionem; qui quidem Deus est summa sapientia, summa bonitas, & omnium bonorum communis origo. Ex huius autem præstantissimi obiecti cognitione, immensus quidam in eum amor plenus excellentiæ & honestatis in nobis excitatur: tantum enim res honestè amantur, quantum bonæ esse cognoscuntur: amor autem in Deum quemuis honestum amorem & quamcunque studiosam actionem excellere debet. SO. Memini te aliàs dixisse Deum, quia est infinitus, & omnium perfectionum genera in seipso contin t, a mente humana, quæ semper finita ac terminata esse conspicitur, cognosci minimè posse:

Solus Deus omnium humanarũ actionum supremus ac ultimus finis existit.

Amor cognitionẽ sibi præeuntẽ supponit.

quod enim cognoscitur, debet prius c
bendi: infinitum autem quà ratione f
& immensum exiguo vnquam compre
tur? Cùm autem non cognoscatur, q
do poterit amari? Iam enim dixisti re
tequàm diligatur, cognosci oportere.
Immensus Deus quantum cognoscitur,
tum amatur: & quemadmodum a m
bus perfectè cognosci non potest, nec
pientiæ humano intellectu penetrari;
hominibus nunquam, ut eius præstan
erga humanum genus innumerabilia f
neficia collata postulant, amatur: neq
luntas nostra tanti amoris capax esse p
sed satis est humanis mentibus Deum,
non pro ipsius dignitate, saltem pro
viribus cognoscere: neque voluntas n
Deum pro eius meritis amat, sed quan
more eum prosequi potest. SO. Datur
cultas ulla aliquid cognoscendi, quod a
so cognoscente non comprehendatur?
Satis est eam rei portionem, quæ cog
tur, comprehendi: & rem cognitam
cognoscente pro uiribus ipsius cognos
non pro rei cognitæ dignitate. Nom
des formam humanam in speculo imprim
que signari non secundùm humanam p
ctionem, sed secundùm uires & capacit
perfectionis ipsius speculi, quæ sola si

Sicut mens humana Deum imperfectè cognoscit: ita quoque humana uoluntas eundem parùm acciter amat.

Res cognita a cognoscente, pro uiribus ipsius cognoscentis, haud pro rei cognitæ dignitate frequenter recipi solet.

bra, non autem essentias rerum repræsentat? Ignis non secundùm suam ardentem naturam ab oculo recipitur, tunc enim ipsum oculum comburreret; sed solùm secundùm eius colorem atque figuram. Verùm quodnam clarius exemplum huiusce rei potest afferri, quàm totum cæleste hemisphęrium ab oculi sola pupilla comprehensum? quæ tantæ est exiguitatis, ut nonnulli sapientes eam indiuisibilem esse, neque ullam naturalem diuisionem suscipere posse existimarint. Oculus igitur secundùm virtutem, magnitudinem, & naturam suam, non rerum visibilium eas intuetur. Hac etiam ratione exiguus intellectus noster immensum Deum comprehendit, nempè pro viribus & capacitate intellectus humani, non pro essentiæ sapientiæque diuinæ immensitate. Huiusce modi autem tenuem cognitionem consequitur amor quidam in Deum, imbecillitati humanæ uoluntatis respondens, sed non ipsius Optimi Dei infinitæ conueniens bonitati. S O. *Dic quæso, an cum nostro in Deum amore desiderium quoque coniungatur.* P H. *Quin noster in Deum amor ardente desiderio cognitionem eam Dei, quæ nobis deficit, comparandi nunquam destitutus reperitur. Vnde ad desiderij incrementum augetur etiam amor cognitæ diuinitatis. Cùm igitur essentia*

Intellectus humanus pro sui tantummodo uiribus atque capacitate, non autem pro essentiæ sapientiæque diuinæ immensitate Deum ipsum comprehendit.

Amor noster in Deum uehementi desiderio cognitionem eam Dei, quæ nobis deficit, comparandi nunquam destitutus reperitur.

tia diuina humanam cognitionem, Dei bonitas amorem hominum erga sese infinita quadam exuperent proportione, hac de causa semper in animos hominum vehementissimum & ardentissimum, necnon etiam felicissimum illabitur desiderium augendi suam de Deo cognitionem, suumque in Deum amorem, quod quidem augumentum cognitionis atque amati obiecti ratione, in infinitum extendi potest; quamuis fortasse humanarum virium habita consideratione vel finitum existit, & in eo consistit gradu, quem homines transcendere nequeunt: uel posquam intellectus ad supremam iam metam peruenit, cùm videat quantùm itineris adhuc pro Deo cognoscendo sibi restat conficiendum, nec illud peragrare possit, aliquod vestigium sibi remanet desiderij, & tamen propter excellentiam amati obiecti supra uires & facultates humanas, beatus existit. Nec enim desiderium eius, quod sibi deest diuinæ cognitionis, aliquam perturbationem uel amaritudinem infert animis beatorum, cùm uiribus humanis vlterius progredi non conceditur: imò beati summam ex eo capiunt uoluptatem, quòd in Deo tùm cognoscendo tùm amando, ad vltimam perfectionem sibi statutam & conuenientem peruenisse sese sentiunt. SO. Quia mentionem de-

Animi beatorum ex desiderio eius, quod sibi deest diuinæ cognitionis, nullam penitus molestiam uel amaritudinem sentiunt.

mana fecisti beatitudine, in quonam ea consistit, uellem mihi indicares. PH. *Variæ de fælicitatis subiecto fuerunt hominum sententiæ. Multi in possessione & copia bonorum vtilium vsque ad supremum diem perdurante, eam collocarunt. Verùm falsitas huius opinionis ex eo deprehenditur, quòd bona externa ad interna referuntur; cùm hæc ex illis dependeant: fælicitas autem in præstantioribus bonis est reponenda; & ipsa finis aliorum esse, non ad alium superiorem finem ordinari debet, cùm omnia fiant gratia consequendæ fælicitatis. Præterea bona exteriora in manu atque arbitrio fortunæ sunt constituta, fælicitas autem in potestate hominis est statuenda. Alij verò diuersam habuerunt sententiam, beatitudinemque in corporeis uoluptatibus consistere dixerunt. Hi vocantur Epicurei, qui animæ prædicant mortalitatem, & nihil aliud præter communes uoluptates homini fælicitatem tribuere volunt. Verùm hanc quoque opinionem esse mendacem ex eo constat, quia sensuum voluptas, quando in satietatem fastidiumque conuertitur, seipsam corrumpit: fælicitas verò perpetuam iucunditatem, perfectamque uoluptatem hominibus debet afferre. Prætereà diximus iam finem voluptatis sensum oblectantis, esse ipsum honestum,*

Fælicitas humana nequaquam, sicut nonulli falsò sibi persuaserũt, in bonis utilibus est reponenda.

Fælicitas humana nequaquam, sicut Epicurei falsò senserunt, in sensibilibus communibusque uoluptatibus collocatur.

stum, fælicitas autem nullum habet su-perioremm, imò omnium humanarum a-num præstantissimus finis existit. Quapro- concludendum est fælicitatem proculdubio -nendam esse in honestate & in actibus -tibusque animæ intelligentis, qui omnium -liquis humanis habitibus dignitate præst- eorumque accommodati fines existunt; quorum beneficio homo hominis nomen -retur, reliquaque animalia longissimo -tecedit interuallo. S O. Quinam & -sunt habitus isti animæ intelligentis? PH. Quinque, Ars, Prudentia, Intellectus Scientia, & Sapientia. S O. Quomodo -finiuntur? P H. Ars est habitus rerum -ratione efficiendarum, quæ manibus tra- tur, & corporis operationem requirunt. -autem habitus omnes mechanicas artes -prehendit, quæ corporeo vtuntur instru- to. Prudentia est habitus rerum ex ra- ne agendarum, quæ circa bonos mores -satur, omnesque complectitur virtutes, -rum actiones a voluntate per duos pr- puos eius affectus, amorem & desider- proficiscuntur. Intellectus est habitus -principium intelligendi communia illa pr- cipia, quæ naturæ lumine ab omnibus -tim cognoscuntur, & uera esse conceduntur dummodo uocabulorum ea exprimenti-

Fælicitas humana in honestate, & in habitibus actibusque animæ intelligentis proculdubio est statuenda.

Habitus animæ intelligetis quin que esse dicitur, Ars, Prudentia, Intellectus, Scientia, & Sapientia.

Artis definitio.

Prudentiæ definitio.

Intellectus definitio.

significatio rectè intelligatur; vt illa, bonum esse prosequendum, malum esse fugiendum, contraria in vnum conuenire non posse, aliaque his similia, in quibus mox sine ratiocinationis ope, intellectus primam suam exerit actionem. Scientia est habitus cognoscendi conclusiones, quæ ex iam dictis principijs deducuntur, & septem artes liberales continet: in qua quidem ratiocinio auxiliante intellectus mediam suam ostendit operationem. Sapientia est habitus ex intellectu & scientia simul constans, & omnia principia omnesque conclusiones, quæ res extra animam existentes significant, complectitur. Hæc sola ad altissimam rerum incorporearum & spiritalium cognitionem ascendit, & σοφία a Græcis vocatur, quam nos diuinorum scientiam interpretamur. Vocata etiam fuit ab antiquis prima Philosophia, quia est prima & tanquam caput omnium scientiarum, in qua quidem intellectus iam ad perfectionem maximè dispositus, extremo loco vniuersas, & robustissimas suas vires consumit. S O. Fælicitas in quonam istorum quinque habituum consistit? P H. Neque in arte, neque in artis operibus eam collocari omnes concedunt: hæc enim ad nunquam obtinendam, quàm ad aliquando comparandam fælicitatem aptiora esse videntur: sed beatitu-

Sciētiæ definitio.

Sapiētiæ definitio.

Sapiētia à Græcis σοφία, & ab antiquis prima Philosophia nuncupatur.

Sapientia est caput omniū scientiarum.

Fælicitas humana neq; in arte, neque in artis operibus, sed in actionibus potius ex uirtute aut sapientia emanantibus est reponenda.

titudo in actionibus potius ex uirtute ac sapientia emanantibus est reponenda, in his enim duabus vera consistit fœlicitas. S Particulatim expone, vter istorum du rum habituum, virtus an sapientia fœlic tem vltimam nobis largiatur. P H. Vi tes morales sunt media quidem necessaria fœlicitatem consequendam: proprium tam eius subiectum est sapientia, quam sine v tutibus moralibus præcedentibus consequi quam possemus: qui enim caret virtute, s piens nunquam euadet, sicut etiam vicev sa sapiens nullo temporis momento virt destitutus reperitur: vt hac ratione vir sit via ad sapientiam acquirendam, vt que sapientia sit proprium fœlicitatis dom lium. S O. Multi sunt sciendi modi, diuersa sunt genera scientiarum pro mul tudine & diuersitate rerum, quæ sciunt necnon pro varietate modorum, quibus ab intellectu cognoscuntur. Dic mihi tur, in quot & quibus fœlicitas reponat vtrum in omnium rerum, an aliquarum, in vnius tantùm cognitione consistat: & nam tantæ præstantiæ res inueniatur, solius cognitio intellectum humanum ad premam beatitudinem perducere possit. P Aliqui fœlicitatem in omnium scientiar omniumque rerum, ne vna quidem defic

Virtutes morales sunt media quidē necessaria ad fœlicitatē consequēdam: propriū tamen fœlicitatis subiectū ac domicilium est ipsa sapientia

Virtus moralis est uia quædam ad sapientiā necessariò requisita.

Sententia nōnullorū, qui humanā

te, cognitione sitam esse arbitrantur. SO. Quodnam argumentum pro sua opinione confirmanda in medium adducunt? PH. Dicunt intellectum ab initio in pura esse potestate intelligendi, quæ quidem potestas non coarctatur, nec in angustum cogitur ab aliquo genere rerum determinato, sed communiter atque vniuersaliter diffunditur ad omnia intelligenda: et quemadmodum Aristoteles affirmat, intellectus noster ea est natura, vt possit omnia intelligere, sicut econtrario natura intellectus agentis ea esse dicitur, quæ facit species intelligibiles, & eis intellectum nostrum illustrat: facere enim omnia intelligibilia, eaq; intellectui potestatis imprimere, vel ipsis eum illuminare, sunt munera propria intellectus agentis. Cum igitur intellectus potestatis is esse dicatur, qui ab agente intellectu ex sua tenebrosa potestate ad actum reducitur luminosum, sequitur eius supremam perfectionem atque fælicitatem in eo consistere, vt ex potestate ad actum omnium rerum, quæ sunt, prorsus translatus esse aliquando inueniatur: cum enim eius vniuersalissima potestas omnia respiciat, perfectio sua, suaque fælicitas in omnibus cognoscendis debet reponi, ut nulla potestas, nullusq; defectus omnino in ipso remaneat. Et hanc esse dicunt supremam beatitudinem, atque fælicissimum

fælicitatẽ in omnium rerum ac scientiarũ cognitione sitam esse existimarũt, unà cum huiusce sententiæ ratione ac fundamento.

Duo propria munera intellectus agentis.

finem

finem humani intellectus, in quo quidē ne intellectum nostrum a potestate pro beratum, ad actum affirmant omnino translatum: Et tunc omnifariam vnitu intellectu agente sese illuminante, in ea conuertitur sublata iam omni potestate, antea erat causa totius diuersitatis & trarietatis ipsorum. Hac igitur ratione lectus potestatis omnino ad actum tradu quæ quidem translatio, vel potius vn summa eius pfectio, veraq; ipsius beatitu hæc nempe a Philosophis fœlix copula tellectus potestatis cum intellectu agent cupatur. SO. Ratio istorum non minus cax, quàm profunda mihi videtur, sed potius non dari, quàm dari fœlicitatem quidem iudicio demonstrat. PH. Qu causa? SO. Quia si homo ante omnium rum cognitionem beatus esse nequit, quam poterit esse beatus: fieri enim non potest ullum hominem cognitionem sibi nium rerum comparare, tùm propter manæ vitæ breuitatem, tùm etiam pro innumerabilem ferè rerum in uniuerso e stentium copiam & multitudinem. P Verum est hoc quidem & manifestum lum hominem posse reperiri, qui uel om um rerum coniunctim, uel singularum paratim habeat cognitionem: In diuersis

Copulatio illa fœlicissima intellectus potestatis cū intellectu agente.

Homo omniū rerum, cunctarū que scientiarū perfectam ac absolutā cognitionem sibi cōparare minimè potest.

Humanī ingenij ignorantiam atq; imbecillitatē deplorat.

regionibus terræ, tam uariæ animalium terrestrium & uolatilium, necnon aliorum mixtorum species inueniuntur, ut nullus homo totum orbem terrarum ad eas omnes uidendas & cognoscendas possit peragrare; multoque minus si mare eiusque profunditatem diligenter lustrare posset, perfectam unquam sibi acquireret piscium cognitionem: longè enim plures aquatilium, quàm terrenorum, aut uolatilium animalium species reperiuntur; ex quo dubitare homines consueuerunt, utrum oculorum an pilorum maior numerus existat; haud enim minori piscium oculos, quàm terrestrium animalium pilos numero comprehendi arbitrantur. Neque rerum cœlestium incomprehensibilem cognitionem explicare me nunc oportet: quis enim unquam percipiet numerum, naturas, & proprietates stellarum octaui orbis? quarum multitudo octo & quadraginta illas cœlestes format figuras, quarum duodecim in Zodiaco immenso ferè & celeberrimo stadio, quod sol aliique percurrunt planetæ, collocantur; una autem & uiginti figuræ ab æquinoctiali ad plagam Septentrionalem uersus polum arcticum nobis semper conspicuum, quem vulgus Borealem appellat, ascendunt: reliquæ autem quindecim figuræ ad plagam meridianam ab æquatore uersus polum antarcticum nobis semper oc-

occultum, inclinant. Nemini autem est dubium quin in regione illa cœli meridiana & polum ant arcticum, multæ reperiantur stellæ figuras quasdam nobis incognitas effingentes, cum sub nostro hemisphærio semper cursus conficiant, cuius quidem inferioris hemisphærii dispositio ac situs diu usque ad præsentem tem homines latuit: nunc uero Lusitanorum ac Hispanorum nouis & inusitatis nauigationibus, quæ literarum monumentis consignatæ fuerunt, magna ex parte nobis innotuit. Silentio quoque prætereunda est pars illa maxima quidem spiritalis, intelligibilis & angelici mundi, ipsarumq; rerum diuinarum, quæ ab hominibus ignoratur; quarum cognitio nobis habita longè minor existit, quàm si gutta aquæ cum uniuerso Oceano conferatur. Plurima insuper non solùm aliena, uerùm etiam propria prætermitto, quæ etsi uidemus, tamen ignoramus; ex quo multi affirmare non dubitarunt differentias proprias rerum esse nobis incognitas. Quæ quidem opinio utrum uera an falsa existat, non est in præsentia determinandum. Illud certè & indubitatè est uerum multa in uniuersitate reperiri, quæ cum oculis uideantur, nec ullo sensu percipiantur, a nobis intelligi minimè possunt: sicut enim Philosophus confirmat, nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. SO. Quid ais? ...

Hispanorũ atq; Lusitanorũ nouæ ac mirificæ nauigationes.

Differentiæ propriæ rerum nobis incognitæ.

Nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu.

ne spiritalia, etsi nec cernantur, nec prorsus sentiantur, ab intellectu tamen apprehenduntur? PH. Spiritalia sunt puri & meri intellectus, & lux illa intellectiua in intellectu nostro per vnionem propriamq; naturam, sicut in seipsa, existit: nec res sensibiles imitatur, quæ cùm intellectus opera pro intelligentia conficienda prius indigeant, in eo postea recipiuntur, vt res in alia a sese diuersa recipi solet: huiuscemodi enim omnia, quia constant ex materia, in intellectu reperiri non posse, nisi prius fuerint in sensu, modo quodam, vt ita dicam, materiali ea cognoscente, iurè dicuntur. SO. Omnes, qui ad rerum spiritalium intelligentiā pertingunt, credis'ne vt eas intelligant per vnitatem & conuenientiam illam, quam habent cum nostro intellectu? PH. Hoc certò affirmare non audeo, etsi hæc esset vera perfectaq; earum cognitio. Verùm enimuero alia quoq; ratione spiritalia a nobis intelligi possunt, ex effectibus inquam ipsorum, qui videntur aut sentiuntur: quemadmodum cùm ex continua cæli circunductione motorem neque corpus, neque corpoream virtutem, sed spiritalem intellectum a materia prorsus seiunctum esse concludimus: nisi enim motio, quæ est eius effectus, sensum prius excitaret, motor ab intellectu minimè cognosceretur. Huic cognitioni succedit alia quædam perfectior rerum spiritalium

Spiritalia duobus modis a nobis intelligi possunt.

Spiritalia ex effectibus ipsorum primò, qui uidentur aut sentiuntur; & ex naturali atque intellectuali, quam humanus intellectus in summa perfectione constitutus cum ipsis obtinet.

lium intelligentia, quæ ex eo originem deduc quòd intellectus noster, cùm intellectua scientiam in seipso existentem actu intellig propter eandem naturam, & intellectual vnitatem, quam actualis illius intelligen merito cum rebus spiritalibus habet, ad extollitur cognoscendas. SO. Hoc opti percepi. Verùm continuationem incepta materiæ ne interrumpamus. Beatitudinem omnium rerum cognitione consistere min posse concedis, hæc enim cognitio huma vires excedit. Nunc cùm fœlicitas nostra quaquam in perfecta absolutaque rerum nium cognitione sit collocanda, qua inductio tione nonnulli sapientes, in ea ipsam repo runt, intelligere vellem. PH. Præstan mi illi uiri non collocant fœlicitatem in sin lis rebus particulatim & distributè cogno dis; sed per intelligentiam omnium rerum gnificare uolunt perceptionem omnium sc tiarum de omnibus rebus eo ordine eadem uersitate pertractantium, ut communiora tiones tùm rerum omnium explicando, cuiuscunque modi earum existentiæ aperta uniuersalem omnium afferant cognitio etsi quædam particulatim sensum effug SO. Vniuersalis hæc omnium scientiarum gnitio potest'ne ab uno tantùm homine ri? PH. Potest quidem, sed potestate i sequ

affinitate postremò a nobis cognoscuntur.

Quid per intelligentiam omnium rerum, ubi humana consistit beatitudo, philosophi intellexerunt.

Vniuersalis scientiarum omnium cognitio difficillimè quidē ab uno tantùmmodo uiro potest acquiri.

sequendi, longè ab actu remota: Idcirco philosophus dicit omnes scientias partim facilè, partim difficilè posse reperiri; in omnibus enim homínibus facilè, in vno tantùm difficilè reperiuntur. Quòd si omnes in vnius viri intellectu existentes fortè fortuna coniungerentur, non tamen hac de causa vir ille esset fælix nuncupandus, fælicitas enim haud in sola multarum & diuersarum rerum simul collecta reponitur cognitione; nam vt philosophus testatur, fælicitas non in solo habitu, sed in actu cognitionis consistit: sapiens enim somno obrutus non est felix, sed cum vigilando intelligentia rerũ liberè fruitur. Si igitur res hoc modo sese habet, in una sola intelligendi actione, beatitudo necessariò consistet: etsi enim multi scientiarum habitus simul possideantur, non tamen plura, quàm vnum tantùm, actu simul intelligi possunt; ut fælicitas nec in omnibus, nec in multis diuersisue rebus cognitis queat collocari, sed in cognitione vnius tantummodo rei sit reponenda. Verum tamen id est, quòd ad beatitudinem consequendã prius in omnibus ferè scientiarum generibus oportet hominem diu esse uersatum, maximeq; perfectum, nempè & in arte demonstrandi ac diuidẽdi verum a falso in omni intelligentia atque ratiocinatione, quæ logica appellatur; & in philosophia morali, quæ docet vsum tum prudentiæ, tum agibilium virtutum: & in philosophia na-

Fœlicitas haud in solo habitu, sed in actu potius cognitionis cõsistit.

Humana beatitudo in unius tantùmmodo rei actuali intelligentia consistit.

Ad beatitudinẽ consequẽdã prius in omnibus sciẽtiarum generibus oportet hominem diu esse uersatũ, maximeq; perfectum.

naturali, quæ de rebus motui, mutationi, atque alterationi subiectis pertractat; & philosophia mathematica, quæ circa numeros ac mensuras in summo quantitatis genere consistentes, uersatur. Hæc si numerum absolute considerat, Arithmeticam: si numerum sonorum, Musicam procreat scientiam. Item si de mensura simpliciter agit, Geometriam; si de mensura corporum motuumq; cælestium, astrologiam conficit. In primis autem oportet hominem felicem futurum, in ea parte doctrinæ, quæ felicitatis summæ copulationi cæteris proximior existit, atque prima philosophia, & ex omnibus sapientia vocatur, perfectissimum esse. Hæc de omnibus rebus, quæ sunt, pertractat; circa autem præcipuè uersatur, quæ aliis nobiliorem & præstantiorem essentiam sortitæ fuerunt. Hæc sola de rebus spiritalibus agit atque diuinis, quarum essentia longè maior & manifestior ex parte naturæ existit, quàm essentia rerum corporearum & corruptibilium, esti nobis minus quàm corporeæ cognoscantur, propterea quòd non sunt, sicut istæ, sensibus nostris expositæ. Vnde intellectus noster in illis cognoscendis eam obtinet rationem, quam oculus vespertilionis ad lucem, aliaq; visibilia diurna; quod quidem animal solarem lucem tanto longè clariorem haud ualet aspicere, quia oculus ineptus existit ad tantam percipiendam claritatem.

Mathematicarũ diuisio sumpta ex subiecto.

Sapientiæ, primæ q; philosophiæ studium ad humanã beatitudinẽ quàmaximè confert.

Essentia rerũ spiritalium ac æternarum ex parte naturæ longè maior ac manifestior, quam essentia rerum corporearum atque corruptibiliũ existit.

Intellectus noster ad spiritalia cognoscenda eam obtinet rationẽ, quam oculus uespertilionis ad solis lucem discernendam.

claritatem: uidet autem debilissimũ & impurũ lumen noctis ut potè sibi magis accommodatum. Hæc sapientia, primaq; philosophia est ea, quæ pertingit ad rerum diuinarum cognitionem humano concessam intellectui; & idcirco θεολογία quia sermonem habet de Deo, nũcupatur. Qua propter intelligentia diuersarũ scientiarum est necessaria quidem ad fœlicitatem acquirẽdam, haud tamẽ fœlicitas in eis consistit: uerùm potius in unius tantum rei absolutissima cognitione. S O. Quænã est ista cognitio, & cuius rei, quæ sola hominẽ ad beatitudinem perducere valet? Quæcunq; enim sit illa, absurdum mihi uidetur fœlicitatis causam potius in partis, quã in totius cognitione reponi; eaq; superior ratio, qua conclusisti fœlicitatem in omnium rerum & scientiarum, ad quas intellectus noster refertur potestas, actuali consistere cognitione, demonstrare uidetur, cùm intellectus humanus ea præditus sit natura, ut possit omnia intelligere, integram absolutamq; eius beatitudinem in omnibus actu cognoscendis sitam esse: quod cum ita sit, qua ratione unius tantùm rei cognitio fœlicem unquam hominem reddet? P H. Argumentum tuum satis accõmodatum ad conclusionem inferendam esse uidetur: cæterùm ratio verum vero repugnare non posse demonstrat, quin potius alterum cum altero quàm maximè concordare. Nec ignorare debes fœlicitatem in

Sapiẽtia omnium quidem scientiarum nobilissima.

Fœlicitas ĩ unius tantùm rei absolutissima cognitione consistit.

Verum uero repugnare minimè potest.

vnius tantùm rei cognitione reponi, cum i[n] singulis seorsum cognoscendis consistere nequ[eat], & idcirco ad fœlicitatem acquirendam o[mni]simul cognitio est complectenda intellig[ibilis] unius tantùm rei, quæ uniuersa ambitu [in] seipsa contineat, & qua cognita omnia [in] vno eodemq; actu longè pfectius cognosc[antur], quàm si uniuquodq; eorũ seorsum ac sep[aratim] cognosceretur. S O. Quænã res tantæ pr[æstantiæ] reperitur, ut cùm una sit, omnia simul cõ[tineat]tur? P H. Intellectus suiipsius natura n[on] determinatã hẽt essentiã, sed omnia simul [exi]stere pdicatur: & si quidẽ fuerit intelle[ctus po]testatis, erit oĩa potestate; propria eni ip[sius es]sentia nihil est aliud, quàm oĩa potesta[te] [e]gere: si uerò itellectus in actu, pura essen[tia] raq; forma extiterit, oẽs simul gradus e[sse]rũ, formarũ, & actuũ uniuersitatis, in su[a] essentia, vnitate, atq; purissima simplici[tate] tinebit. Vnde qui eius essentiam intueri [p]vnica tantũ uisione et simplicissima cog[nitione] oẽs oĩum rerum essentias in vniuerso exi[stentes] simul cognoscit longè pfectiori modo et p[ro]rõne, quã in seipsis existant: res eni ex [ac]cõstãtes, longè pfectiorẽ existendi mod[um in ac]tuali intellectu quã in seipsis obtinere [dicun]tur. Quicũq; igitur actualẽ illũ tantum [intel]lectũ cognoscit, excellentissima quadã summã oĩum scientiarũ, omniũq; rerũ

Intellectus natura.

Differẽtia inter intellectum potestatis, ac intellectum agentem.

Fælicitas humana in actualis intellectus clara lucidaque ab humano intellectu habita cognitione seu uisione consistit.

cognoſcit, ex quo homo beatus efficitur. SO. Explica modò qui ſit intellectus iſte, cuius cognitio hommem beatitudine donat. PH. Dicunt nonnulli iſtum eſſe intellectũ agentẽ, qui cum intellectu noſtro poteſtatis copulatus, ſpiritalẽ & clariſſimã illam omniũ rerum ſimul in actu exiſtentium conficit viſionem, ambobus nempè cõmunem, ex qua tãquam ex vberrimo fonte humana beatitudo fluere exiſtimatur. Alij hominem tunc beatũ eſſe arbitrantur, quando intellectus noſter ex intellectus agentis copulatione prorſus illuminatus, actualis totus redditur, omni prorſus abiecta poteſtate, omniaq; in ſeipſo exiſtentia ſpiritali quadã viſione pro eſſentiæ ſuæ intellectualis, in qua ſunt, infima cõditione, cõtuetur: et in vno eodẽq; intelligente res intellecta atq; intelligentiæ actus ſine ulla differentia, uel diuerſitate ſcientiæ eſſe conſpiciuntur. Inſup addunt quòd cũ intellectus noſter in hoc ſtatu reperitur, unam & eandem penitus eſſentiã cum intellectu agente ſortitur, omni prorſus eorum diuiſione aut multiplicatione ſublata. Hæc de fœlicitate noſtra illuſtriores Philoſophi ſenſerunt. Rationibus autem, quas utraque ſecta pro ſua opinione confirmanda, & aduerſariorum ſententia diluenda in medium adducit, tanquam nimium longæ diſceptationi, & propoſito noſtro minime conducenti, ſuperſedendum videtur. Illud tantùm in

Duæ de humana beatitudine philoſophorum ſententiæ, reliquis inſigniores.

Tertia ueraq; de humana beatitudine sententia ea dicitur esse quòd ipsa in intellectus agentis, hoc est in Dei diuiniq; intellectus pura & syncera a nobis habita reponitur cognitione.

Præstantissimæ quædam conditiones soli Deo optimo maximo conuenientes.

hac materia prætermitti non debet alios, acrius diuinitatem contemplantur, quorum thoritatem ego sequor, sensisse intellectum tem, qui intellectum nostrum potestatis illum nat, esse altissimum Deum, & pro compe habent beatitudinem in ipsius intellectus ni cognitione repositam esse, in quo unum primo & longè perfectius quàm in ullo to intellectu sine controuersia existunt: in enim omnia essentiali quodam modo, non lùm intellectus, verùm etiam causæ rat tanquam in prima atque absolutissima ca omnium rerum continentur: ipse nanque causa producens, mens gubernans, forma formans, finis dirigens vniuersa: ab eo tanq a primo, vero, summoq; principio omnia pr ciscuntur, & in eundem vt in vltimū veru finem, communemq; fælicitatem recurrunt: se est prima essentia, cuius communione om sunt: ipse est purus actus & supremus in lectus, a quo omnes intellectus, actus, form ac perfectiones dependent, & ad eunde ad perfectissimum finem diriguntur: in ips mnia spiritali quadam ratione sine vlla div ne aut multiplicatione tanquam in simplic ma consistunt vnitate; ipse est uerè fælix, potius fons vberrimus totius fælicitatis: nia eo indigent, solus ipse nullo: seipsum in do omnia cognoscit, & uidens a seipso vide

ei

eiusq; uisio perfecta, si alicui fortasse communicaretur, summa esset unitas: quem quidem et si res totum non capiunt, ipsius tamen portionem eorum captui accommodatam cognoscũt: ipsum autem intellectus humanus aut angelicus pro sua capacitate suisq; viribus contemplans, omnia simul summa quadam perfectione in eo contemplatur, & propterea de eius fœlicitate aliquam partẽ sibi uendicat, cuius merito fœlix efficitur atque euadit pro gradu & conditione essentiæ suæ. Verùm ne de hoc plura dicamus, cùm enim tam sublime argumentum a proposito nostro dissentit, tùm humana lingua nequaquam id exprimere valet, quod intellectus de ipso Deo interius concipit: neque puritas aut nitor intellectualis diuinarum rerum, consuetis, & corporeis vocibus vel aptè uel propriè explicari unquam potest. Satis est te fœlicitatem nostram in cognitione & visione diuina, in qua uniuersa perfectissimo modo conspiciuntur, repositam esse non ignorare. S O. Hoc satis superque est mihi. Verùm dubium quoddam animo occurrit: memini enim me aliàs intellexisse fœlicitatem non Deo cognoscendo, sed amando & cum maxima voluptate fruendo, terminari. P H. Cùm Deus verum & vnicum obiectum humanæ fœlicitatis existat, a nobis cum cognitione quadam amatur, & cum amore

Humana beatitudo in diuina cognitione uisioneque consistit.

Quæstio a sapientissimis uiris diu multùmq; exagitata, utrùm humana beatitudo in Deo cognoscendo an adamando potissimù terminetur.

quodam cognoscitur. De his autem duobus actibus, vtrùm proprius actus ipsius fælicitatis in cognitione, an in amore Dei reponatur, maxima fuit inter sapientes controuersia. rùm nunc tam ardua omissa disputatione dicimus vtrũque istorum duorum actuum ad beatitudinem conficiendam concurrere. SO. Rationes, quæ sapientissimos viros in tam diuersas induxerunt sententias, intelligere quàmaxime cupio. PH. Qui dicunt fælicitatem in Deo amando consistere, hoc argumento vtuntur, beatitudinem scilicet in extrema actione animæ nostræ ad Deum directa esse collocandam, q; huiuscemodi actio postremus hominis ipsius finis existit. Cùm igitur primum cognoscere, deinde amare diuinum numen oporteat, sequitur non in cognitione, verùm in amore Dei [illegible] quam in vltimo actu fælicitatem consistere. Delectationem quoq; in huius opinionis confirmationem tãquam grauissimum testem adducunt, quæ in fælicitate maximè consideratur, et est affectio quædam ipsius voluntatis. Ita dicunt actum verè fælicem, ad voluntatem ipsumq; amorem potissimũ esse referendum, hoc enim, haud in actu intellectuali, qui [illegible] minus quàm amor iucunditatis particeps [illegible] stit, delectationem reponi arbitrantur. [illegible] vero è contrario hac ratione argumentantur fælicitatem scilicet in actu magis principa[illegible]

Rationes eorũ, qui humanã fælicitatem in Deo adamando potissimùm consistere uoluerunt.

Rationes aliorũ, qui humanam beatitudinem in

magisque spiritali potestate animæ nostræ, uersari. Quare cùm intellectualis facultas magis principalis, magisque abstracta a materia quàm voluntas esse dicatur, sequitur beatitudinem in Deo amando, qui quidem est actus voluntatis, minimè esse collocandam. Veruntamen dicunt amorem & voluptatem accessione quadam posteà ipsam consequi cognitionem, neutrum verò eorum præcipuum finem esse statuendum. S O. Ambæ rationes adductæ, pari efficacia præditæ mihi videntur. Determinationem tuam modò intelligere uellem. P H. Rem ab antiquis philosophis, & a nostris Theologis ad utranq; partem tot argumentis disputatam, determinare haud facile nimirũ existit. Verùm ut tibi morem geram, sententiã meam in tam ardua interponere materia haud grauabor, illud tantùm præfatus, te animi mei sempiternam miseriam procurare. S O. Hoc solùm expedias uolo: postquam enim rebus diuinis usque ad saturitatem expleti fuerimus, purius atque sincerius de amicitia nostra uerba deinde faciemus. P H. Verarum & necessariarum propositionum una quidem existit, fælicitatem in ultima animæ nostræ actione tanquam in uero fine consistere: altera uerò est, in nobiliori & magis spiritali animæ nostræ potestate, quæ quidem est intellectiua, eam reponi. Ne-

Deo cognoscendo atq; intelligendo potissimùm sitam esse duxerunt.

Tres propositiones veræ ac necessariæ ad quæstionẽ hanc arduã, utrũ proprius actus ipsius fælicitatis in intellectu an

voluntate sit re ponendus, deter- nandam.

Negare quoque haud possumus quin am
præcedentem supponat cognitionem, non
men hoc amorem postremam animæ actio
esse, deinde consequitur: sciendum est enim
os modos cognoscendi omnia ea, quæ aman
& desiderantur, reperiri: vnus ante amor
ex eo proficiscentem, & huiuscemodi cog
tio non habet vim perfectè vniendi; alter p
amorem ab ipso originem deducens, quæ q
dem vniens cognitio nihil est aliud, quàm
tio quædam perfectæ copulationis atque v
nis; prima enim panis cognitio, in esurien
amorem & desiderium ipsius inducit; prop
reà quòd nisi panis oculis anteà cognosce
tur, nec amari, nec desiderari profectò va
posset. Huius autem amoris ac desideri
neficio, in veram propriamque ipsius pan
quàm maximè vnitam cognitionem dem
peruenimus, quæ desiderij finis existit, & v
habetur, cùm ipsum comedimus: vera e
panis cognitio ex eo gustando percipitur. Id
homini erga mulierem vsu venit, qui eam
su tantùmmodo cognoscens amat, appetit
ex quo amore ad vnitam postea cognition
descendit, quæ est ipsius desiderij finis. I
in omnibus aliis rebus, quæ amantur &
petuntur, ostendi potest: in singulis enim
mor ac desiderium est mediū quoddam, q
nos ab imperfecta cognitione, ad perfec

Cognitio duplex, una ante amorē ab obiecto cognito seiuncta, altera post amorē cū obiecto cognito copulata.

Amor ac desiderium est mediū quoddam nos ab imperfecta seiunctaq; ad perfectā copulatāq; cognitionē traducens.

traducit vnitatem, quæ verus amoris ac desiderij, duorum nempè voluntatis affectuũ finis existit, qui ex rudi & separata ad perfectam atque coniunctam cognitionem fruendam transferre nos solent. Cùm autem horũm duorum voluntatis affectuum interiorẽ perspexeris naturam, eos non longè a mentis desiderio atque amore abesse cognosces; etsi superius de amore, vt de communi quodam subiecto, alia ratione locuti fuerimus. Quapropter amor desiderium quoddam maxima cum vnione ea re, quæ bona existimatur, fruendi existere, verè nimirum potest definiri. Vnde quamquam desiderium, vt aliàs dixi, absentiam rei expetitæ supponat; tamen illud nunc tibi pro certo affirmo, rem quamuis bona existat, atque possideatur, desiderari adhuc posse, non quidem eam habendi, cùm iam fuerit comparata, sed eius vnita quadam cum cognitione fruendæ: quæ quidem fruitio, cùm nondum adsit, desiderari vehementissimè potest. Hoc desiderium amor nempè vocatur, & est rerum non habitarum, quæ a nobis expetuntur haberi; vel rerum iam habitarum, quibus coniunctè frui exoptamus. Vtrunque istorum propriè quidem desiderium vocatur; at secundum magis propriè dicitur amor. Quare amorem, re amata coniunctissimè fruendi, aut ad maiorem acquirendam vnitatem in rem

Amor desideriũ quoddã vehementissimum existit maxima cũ vnione eius rei, quæ bona existimatur, fruendæ.

Amor ac desiderium in vnũ conuenire optimè possunt.

rem amatam ſeſe conuertendi, vehementiſſimum deſiderium eſſe definiamus. Vt igitur ad propoſitum noſtrum reuertamur, dicamus cognitionem illam Dei præcedere debere, quæ de re immenſa, omniumque ſuprema a nobis poteſt haberi; cuius quidem perfectionem cognoſcentes, quia nec plenè nec cumulatè eam cognoſcere valemus, amamus, eaque frui vnè quadam cognitioni adiuncta, & pro viribus noſtris perfectiſſima, deſideramus. Ex isto amore, & tam vehementi deſiderio in tantam abſtrahi contemplationem contingit, vt intellectus noſter eò vſque extollatur, vt diuina quadam gratia & ſingulari numinis fauore aſpirante, ad altiorem atque ſublimiorem cognitionẽ, quàm humanis viribus & humanæ conueniat ſpeculationi, efferatur: vnde cum ſupremo Deo adeò quandoque vnitur ac copulatur, vt intellectus noſter ratio potius ac pars diuina quàm forma humana eſſe perſpiciatur: & tunc eius deſiderium & amor multo maiore expletur gaudio, quàm dum in priore cognitione præcedenteque amore uerſaretur. Poſſet tamen in ea fælicitate humanam excedente conditionem, amor ac deſiderium remanere, non quidem vnitam illam habendi cognitionem, iam enim ipſam eſſent conſecuti, ſed continuandæ fruitionis diuinæ illius copulationis, quæ veriſſimus amor ...

Quomodo intellectus humanus ad fælicißimã illam cum diuino intellectu copulationem tandem pertingit.

Amor & deſideriũ fælicißimã illã hominis cũ Deo copulationẽ tum antecedere, tum ſubſequi optimè poteſt, diuer ſa tamẽ ratione.

rum existit. Neque in actu illo beatitudinis, ullam percipi voluptatem auderem pronunciare, nisi dum acquiritur. Tunc enim ex rei exoptatæ, qua prius carebamus, acquisitione magna afficeremur iucunditate, propterea quod pleræque voluptates ex defectus supplemento, & ex rei appetitæ comparatione emanare videntur: Sed in actu fælicissimæ illius unionis fruendæ, nullum defectus vestigium remaneret, quin potius tunc intellectus in unitate prorsus quiesceret, quæ quidē fælicissima quies omnem delectationem, iucunditatem, & gaudium exuperaret. In summa fælicitas nec in actu Dei cognoscendi, qui eius amorem nobis ingenerat, nec in amore, qui huic succedit cognitioni; sed solùm in actu copulationis intimæ, & unitæ diuinæque illius cognitionis consistit, quæ quidem cognitio summa perfectio intellectus creati esse censetur: & actus ille est ultimus, atque beatus ipsius finis, & in eo statu intellectus noster diuinus potius, quàm humanus vocari meretur. Quapropter sacra volumina postquā nobis præceperunt ut primū Dei perfectam puramq; unitatem cognoscere debeamus; deinde ut eius amorem et cupiditatis emolumēto, et uoluptati appetitus, & omni animæ ac uoluntatis rationalis honestati præferamus, tandē subiungunt. Ideò cū Deo copulamini. Alibi quoq; ultimā fæli-

Actus fælicissimæ illius nostræ cū Deo copulationis omnē delectationem, iucunditatē, et gaudium exuperare uidetur.

Fælicitas humana in actu tantūmodo intimæ illius copulationis, & unitæ diuinæque illius cognitionis consistit.

Sacra uolumina humani intellectus cum intellectu diuino copulationē quāmaximè celebrant, eāque tāquā postremam fælicitatem mortalibus pollicentur.

fælicitatem nobis his solis verbis pollicent
Et cum Deo copulabimini. Nec aliud qu
qnam promittit, non diuturnam vitam,
gloriam sempiternam, non summam iuc
ditatem, non ingens gaudium, non lucem i
nitam, nec alia his similia: nomen enim cop
lationis est cæteris magis proprium, & ma
accommodatum ad beatitudinem significa
dam: continet enim copulatio vniuersum
num & vniuersam perfectionem animæ in
ligentis, vtpotè illa, quæ veram ei præstat
licitatem. Verùm in præsenti vita beat
do ista non adeò facilè comparatur: quas
aliquo forsitan nostrum acquireretur,
tamen adeò facilè posset continuari: hoc
tem inde euenit, quia dum viuimus, int
ctus noster habet quandam connexionẽ, et
culum quoddam cum materia huius frag
simi corporis: & hac de causa uir quidam,
in humanis agens, ad tam sublimem perv
copulationem, corporis nexu impeditus
diutius non poterat continuare, verùm
copulationem, ad corporea recognoscenda
cut antea, reuertebatur: præterquàm q
in exitu vitæ anima, cum in diuina copula
ne diutius atque intensius persisteret, co
omnino deseruit apud diuinitatem copula
in summa retenta fælicitate: post quam
separationem a corporeo vinculo, cum t

Diuina illa copulatio atq; beatitudo a nobis in præsenti uita difficillimè quidem haberi, lõgius autem continuari minimè potest. Post mortẽ uerò a præstantissimis animabus & facilè acquiritur, et perpetuò continuatur.

fuerit excellentiæ, omni prorſus impedimento ſublato, ſua fœliciſſima cum diuina luce copulatione fruitur in æternum, angelorum, intelligẽtiarũq; ſeparataru, necnõ motorũ, orbiũq; cœleſtium morem imitata, quorum vnuſquiſque perpetuò pro gradu ſuæ dignitatis eandẽ participat cum ipſo Deo copulationem. Satis tibi ò Sophia hæc debent videri, quæ hactenus de rebus ſpiritalibus diximus. Nunc ad me redeundo, vellem vt aliquod remediũ ad animi mei ægritudinem ex affectibus voluntarijs contractam, expellendam, & ad corporis huius compaginem conſeruandam excogitares. SO. Illud prius mihi declares volo, quonam amoris genere me proſequeris: cùm enim plures amores diuerſis differentibusq; preditos naturis, inter homines mihi oſtenderis reperiri, omnesque ad tres ſpecies tãtùm redegeris, pergratum mihi foret, ſi a qua ſupradictarum ſpecierum tuus in me amor comprehendatur, modò patefaceres. PH. Amoris in te mei genus ò Sophia neque perſpicere ualeo, neque explicare ſcio, maximas eius quidẽ uires ſentio, non tamen eas cognoſco: ipſe enim cùm omnes animi mei facultates in ſeruitutẽ redegerit, & priſtina libertate me prorſus priuauerit, tanquam Rex, quin potius crudeliſſimus tyrannus me ſibi ſubditum optimè quidem cognoſcit; ego uerò ſeruus atque captiuus

Philonis in Sophiam amor in uoluptate atque iucundo præcipue versatur.

ptiuus dominum & Principem meum ratione unquam cognoscam? Hoc tantum desiderium & amorem, quibus me afficis, tio, circa iucundum uersari. SO. Si ... nec ullum auxilium ad miserias tuas ... uandas a me implorare, nec me insimulares tuæ non satisfacio uoluntati, profectò ... .n. ostēdisti quādo appetitus noster ... cupitis expletur voluptatibus, non solum nescere desiderium, verūetiam amorem ... runque extingui, atque in odium quoque ... uerti. PH. Non satis esse iudicas ex ... sermone suauem tibique salutarem fru... decerpere, nisi; quod quidem fieri Deus permittat, ex eodem amarum & mor... aliquem sumpseris, quem pro laboribus remunerandis degustandum mihi tradas ... vnquā ex hac tam impia retributione gr... dinis vel pietatis laudem reportabis; ... dem armis, quibus ego pro tua salute ac defendenda pugnare non dubitaui, ... mihi & crudelissimum exitium inferre ... teris. SO. Si tuam erga me beneuolen... tuumque in me amorem dignum quid esse puto, existimas, indignè quidem facere, ... tuæ cupiditati morem gerens, eum iam ... sum atque ardentem extingui aut sopiri procurarem, in quo certè meipsam æque ... ac in te crudelem exhiberem, eodem te...

ris momento & te amore, quo me perfequeris, priuando, & me tua beneuolentia defraudando: libidinem uerò tuam exatiare renuendo, vtriq; nostrum piam me præstabo, cùm hac tantùm ratione suauissimus & maxima laude dignus tuus in me amor, incolumis conseruetur.

PH. *Aut tu erras, aut me in errorem inducere conaris, falsum fundamentũ, minimeq; amori conducibilem iaciendo, meq; eius authorem faciendo, q̃ scilicet ex re concupita consequenda amor ipse pereat, & in ipsius locum odium succedat, quod certè falsissimum existit.* SO. *Cur falsum? Nonne amoris iucundi id esse proprium, vt eius satietas in odium fastidij plenum conuertatur, modò dixisti?*

PH. *Non quodcunque iucundum iam habitum satietatem inducit: virtutes enim, scientiæq;, postquàm comparatæ fuerunt, summã afferunt mentibus nostris uoluptatem, nec unquam fastidiuntur, imò earum incrementum continuè procuratur & exoptatur: nec in rebus dūtaxat honestis id usu uenire conspicitur, uerũetiam in rebus, quarum natura nullius prorsus particeps honestatis existit: potentia enim, diuitiæ, atque honores, postquam habentur, in delectando etiam perseuerant, nec unquam sui fastidium inducunt, imò quantò plus de eis habemus, tantò plus habere desideramus.* SO. *Nempè superioribus dictis repu-*

Haud omne iucundum iam habitum, satietatẽ inducit.

Voluptates gustus & tactus tā habitæ citò satietatem atq; fastidium inducunt. At uoluptates olfactus, auditus, ac uisus; itemq; phantasiæ; postremoq; intellectus, uel longè serius, uel nunquā exatiare homines cōspiciuntur.

gnare uideris. PH. Memini me supra tantùm dixisse, iucundum uidelicet solis se bus externis, eisq; imperfectioribus, ut g ac tactui, satietatem atque fastidium inf sed uoluptates aliorum trium sensuum e riorum, ut uisus, auditus, atque olfactus tam citò neque adeò facilè ad satietatem fastidium eos perducunt. Vnde Salomo eit oculum uidendo & aurem audiendo quam exatiari. Multò minus autem pha sia aut imaginatio rebus eam delectanti ut honoribus, diuitijs, dominationibus, al similibus, quæ semper ab hominibus su studio acquiruntur, exatiari conspicitur. tò magis quoque insatiabiles existunt uo tes mentis atque intellectus in studiosis a nibus ac sapientibus exercendis, quarum dem uoluptatibus quantò minus expleri exaturari homines possunt; tantò illæ pr tiores & excellentiores ab hominibus e stimantur. SO. Delectationes quantò m

Voluptates quantò in magis spiritali animæ nostræ consistunt potestate; tantò minorē satietatē, ac fastidium in animos nostros inducūt.

gis spiritali animæ nostræ consistunt pot tantò minorem satietatem ac fastidium a mos nostros inducere facilè persuadeor cùm tu communia atque uulgaria seque stigia, eas uoluptates ex mea consuetudi pere uelis. quæ sensum tactus oblecta præ omnibus cæteris citò in maximam samque cadit satietatem, mirari minimè

si desiderijs tuis omnino uideor repugnare.

PH. Tactui et gustui, qui inter omnes quinque sensus non solùm pro indiuidui hominis vita conseruanda, verùmetiam pro humana specie similis generationis ex tactu prouenientis beneficio perpetuanda, nobis dati fuere, natura multò angustiores quàm visui, auditui, atque olfactui terminos in agendo circūscripsit: quod quidem ea de causa factum fuit, quia tres isti sensus nec ad essentiam hominis indiuiduam, nec ad essentiæ specificæ successionem necessarij existunt; verùm tantūmodo ad commoditatem atque utilitatem hominum & perfectiorum animalium ordinantur. Quapropter sicut eorum essentia minimè est necessaria, ita ipsi in agendo nullo termino, nulla've indigent præscriptione: sicut enim ex eo quod aut non vident, aut non audiunt, aut non olfaciunt, homines vita minimè priuantur; ita nec ex eo quod uidendi, aut audiendi, aut odorandi sensum diu & frequentissimè exercent, nisi fortasse secundùm accidens, vitam amittunt. Gustus verò & tactus sicut ad vitam & posteritatem humanam necessarij existunt, his enim ablatis eæ quoque auferrentur: ita frequentissima & sæpius repetita eorum exercitatio hominem breuissimo tempore conficeret, cùm ex nimio cibo nimioque potu non minus quàm ex fame ac siti mortales interire conspiciantur.

Ratio cur natura tactui & gustui multò angustiores, quã uisui, auditui, atq; olfactui terminos in agendo circũscripsit.

Eadem quoq; ratione frequens coitus, æstus aut gelu, quæ quidem omnia ad tactus referuntur, hominem ad interitum perducerent. Quoniam igitur horum duorum sensuum actiones propter eorum nec ad mortalium tum propriam, tum speciei essentiam conseruandam maior quàm reliquorum consequitur uoluptas, idcircò natura quem terminum in operando eis statuere tuit, ut si ex nimia fortasse delectatione modicum ipsorum usum homines praeferrentur, naturali saltem præcepto coercerentur, ne huiuscemodi uoluptatum exitu immatura mors ac dissolutio indiuidui consequeretur. Vnde naturam non minorem solertiam & diligentiam in fine terminoque gustus, tum tactus sensui propter salutem conseruationem indiuiduorum, statuendo ter communem aliorum sensuum legem adhibuisse videmus, quàm fecerit in eisdem indiuiduis procreandis atque in lucem edendis, tiam eis largiendo. Etsi autem appetitus amantis copulationem & vnionem cum amata assecutus, exatiari imminuique cernitur, non tamen idcircò intimus, & in cordis penetralibus residens extinguitur, quin potius propter extrinsecam illam corporum qualemcunque vnionem magis corroboratur, & arctius colligatur; quæ

Naturæ solertia, miraque prouidentia.

amantium diuisione atque diuersitate, quantum id fieri potest, remota, vnum in alterum conuertit, & ex duobus vnum tantùmmodo conficit. Cùm autem internus amor ex corporea illa copulatione magis vniatur, magisque perficiatur, continuo flagrat desiderio re ipsa amata maxima cum vnitate fruendi, quæ quidem vera amoris definitio existit. SO. Desiderij igitur tui finem in imperfectissimo omnium sensuum tactu repositum esse concedis: & cùm iam amorem spiritale quoddam existere pronunciaueris, miror equidem rei tam sublimis finem in tam vili infimoque omnium sensu a te collocari. PH. Finem perfecti amoris in tam imperfecti sensus actione reponi nequaquam concedo: verùm actum istum perfectum amorem haud dissoluere, sed arctius constringere & colligare mutuis complexibus assevero; qui duabus de causis potissimùm expetuntur, tùm quia mutui duorum amantium amoris indicia quædam non contemnenda esse videntur, tùm etiam quia animis spiritali amore quàm maximè vnitis, corpora quoque ad animorum exemplum vnitate sibi concessa perfrui querunt, ne vlla prorsus diuisio remaneat, & vnitas perfecta omnino existat; præsertim quia propter conuenientiam quandam ac symmetriam ex corpo-

Amor intimus animorũ propter corporũ extrinsecam copulationẽ haud quidẽ dissoluitur, uerùm magis corroboratur, arctiusque colligatur.

Amoris perfecti finis haud quidẽ in corporũ extrinseca iperfectaq; copulatione consistit: mutui tamẽ amantiũ & corporales cõplexus perfectum internumq; ipsorum amorem arctius colligant atque constringunt.

rea vnione amor quoque spiritalis an
que perfectior redditur, non secus
dentiæ cognitio tunc absoluta dici
quando propriæ & conuenientes ea
quuntur operationes. Summatim igit
mus, etsi amoris communiter sumpti
superius attulimus definitionem, vera
propriamq; perfecti aut viri in mulie
mulieris in virum amoris definitione
mantis in amatum conuersionem, cum
rio quodam vt amatum quoq; in ipsu
tem conuertatur. Quòd si amor ex
parte æqualis & par extiterit, definie
tùmmodo esse alterutrius duorum a
in alterum conuersio. SO. Etsi ratio
non minus uerisimiles quàm subtiles
experientiæ tamen repugnare uidentu
ior fides quàm rationibus ipsis est a
Plurimi quidem amasse conspiciuntur
quàm ab amatis mulieribus corpore
simosque illos complexus, quos tanto
derabant, obtinuerunt, non solùm d
uerùmetiam amor ipse prorsus interi
doque in odium fuit conuersus: ut A
uidis filio contigisse uidemus, qui ta
menter sororem suam Athamarem
uit, ut eius amore in grauissimum m
ciderit, atq; in maximum uitæ disc
rit adductus: Postquã autem astu

Amor perfectus amantis in amatũ conuersio, desiderio quodã adiuncto ut amatũ quoque in ipsum amantẽ conuertatur, esse definitur.

Amonis Dauidis filij in sororem suam Athamarẽ uehementissimus amor, atq; eiusdem incestus.

nadabi libidinem suam expleuit, continuò tantum sororis odium eum cepisse sacra uolumina referunt, vt mox post cõmissum incestum eã clara etiam die illucescente è domo expulerit.

PH. Amor duplex esse reperitur, alter a desiderio sensibiliq; generatur appetitu, quando scilicet ex desiderio alicuius personæ ad eam impellimur adamandam; qui quidem amor imperfectus existit, cùm a vitioso fragilióue principio proficiscatur; est enim filius a desiderio tãquam a patre originem deducens: & hoc amoris genere Amon Athamarem dilexit, in quo quidem id, quod modò dixisti, usu uenire frequenter consueuit, ut desiderio aut appetitu sensibili post saturitatem euanescẽte, mox amor etiam euanescat; causa enim, ipso scilicet desiderio, sublata, amor quoque tanquam eius effectus aufertur, necnon sæpè in odium conuertitur, ut superiore patet exemplo. Alter uerò amor is esse dicitur, qui non a desiderio aut sensibili exoritur appetitu; sed ipsum desiderium, ipsúmque appetitum personæ inducit, & quodammodo gignit amatæ: quandocunque enim perfectè amamus, ab amoris ui ac uehementia impellimur ad spiritalem atque corpoream cum ipsa amata persona desiderandam unionem. Vnde sicut primus ille amor desiderij filius erat, ita hic secundus ipsius desiderij parens genitorque existit. Amor an-

Amor duplex eẽ reperitur, alter qui dẽ desiderij filius, qui citò deperditur atq; euanescit: reliquus uerò desiderij ipsius parens, qui nõ solũ incolumis perpetuò conseruatur, uerùm maior uehementiorq; indies redditur.

autem iste secundus, postquàm rem concupitam obtinuit, non euanescit, etsi appetitus desiderium deperdatur: sublato nãque effectu non tamen propterea tollitur causa; praesertim quia, vt aliàs dixi, nunquam perfecto amittitur desiderium, amata scilicet persona coniunctissimè fruendi; hoc enim desiderium semper cum perfecto coniungitur amore, ius que naturam ac essentiam necessario consequitur. Desiderium autem illud impuri amoris imperfectum, necnon sensibilis appetitus sexuum commiscendorum, propter terminum in corporum complexibus a natura praescriptum, post coitum languet atque remittitur qui quidem corporales complexus, etsi continuari minimè possunt, tamen animorum mutuum amorem potius augent atq; connectunt quàm minuunt vel dissoluunt: vt hac ratione meum in te perfectum amorem propter defectum, qui in imperfecto reperitur, dissimulare aut vituperare nequaquam debeas: amor enim, quo te semper fui prosecutus, desiderij fœtus nequaquam existit, quin potius ab ipso desiderium vt filius a patre originem trahit. Et hac de causa in orationis meae exordio dixi, ex tui cognitione amorem & desiderium in animo meo excitari: praeponentem nolui desiderium amori; quia meus erga te amor a desiderio minimè proficiscitur,

ipse desiderium tāquam pater filium præcedit. S O. Si tuus in me amor neque ab appetitu, neque a desiderio fuit procreatus; neque ex ocio vel humano errore, vt aiunt, ortum suum deduxit, eius parentem ac genitorem ne taceas obsecro: nequaquā enim est dubitandū quin omnis humanus amor generetur & nascatur; quæcunque autem nascuntur, genitorem aliquem necessariò requirunt: nec enim filius sine patre, nec effectus sine causa potest vnquam reperiri. P H. Verus perfectusque mei erga te amor, desiderij quidem parens, rationis autem soboles existit, & a recta cognoscenteq; ratione fuit procreatus: cùm enim te virtute, ingenio, & singulari quadā venustate hominū animos nō minus ad blandū amorem alliciente, quàm ad summā admirationē attrahente præditā esse perspicerē, uoluntas mea tui incredibili desiderio tota exarsit, quam antea ratio iustè, rectèq; iudicauit in omni virtutū genere excellentem, maximè dignam esse vt ameris. Hoc studium & hic amor potissima extitit causa, vt ego in te conuerterer, desiderio quodam adiuncto, vt tu quoque in me transformareris, vt omni prorsus inter amantem atque amatum diuersitate sublata, ijdem omnino vtrique essemus, & propter amoris ex vtraque parte æqualem perfectionem duo animi in vnum coniungerentur, qui quidem in-

Amor uerus atq; perfectus desiderium quidē excitare, & a recta cognoscenteq; ratione proficisci uidetur.

indifferenter duobus corporibus vitam [...]que subministrarent. Huiusce desideri[...] bilis portio appetitum corporeæ excita[...] nis, ut corpora quoque simul copulata, [...] rum sese undique penetrantium unita[...] quo modo pro suis uiribus consequi po[...] Considera igitur ô Sophia, quia successi[...] ordine quodam primùm ex ratione cogn[...] te amor, deinde ex amore desiderium [...] descendit, idcirco me orationẽ superius [...] bis exorsum fuisse, tui scilicet cognition[...] me amorem ac desiderium excitasse: [...] les enim tuæ conditiones mihi cognita [...] accenderunt, amor autem desiderium [...] uit. SO. Quomodo verum amorem ex [...] ne affirmas proficisci? Quandoquidem [...] ni me sæpè intellexisse, perfectum amore[...] la ratione gubernari, aut coerceri posse [...] de causa homines amorem effrænum app[...] quia rationis imperium & moderamẽ [...] ipse reijcit atque contemnit. PH. Veru[...] dem intellexisti: & ego amorem a ratio[...] tùm procreari, non autem ab ea dirigi v[...] hiberi pronunciaui: quin potius illud tibi [...] uero amorem, postquàm a ratione cogno[...] genitus & in lucem editus fuit, ab ipsa [...] aut gubernari nequaquã consentire, ve[...] indomitus pullus in matrẽ ipsam recal[...] & ita effrænatus, vt modo dixisti, eus[...]

Amor uerus atq; perfectus a recta cognoscenteq; ratione tantumodo procreatur; ab ea tamen nec regi, nec gubernari postea sese cõsentit.

amantem ad damnum & exitium manifestũ præcipitem trahat: qui enim alterum vehementer amat, suiipsius nullam prorsus habet curam, quod quidem ab omni ratione atque æquitate maximè alienum existit; nam cùm amor sit charitas quædam, a seipso debet exordiri: hoc autem quo pacto a nobis obseruatur, cùm alios magis quàm nosipsos frequenter diligamus? Vnde cùm amor post ortum suum omni ratione priuetur, cæcus depingitur; & quia pulchrum appetit, & ex ratione pulchritudinem, bonitatem, et dignitatem amatæ personæ discernente, tãquam ex matre originem ducit, idcircò Veneris formosißimos oculos habentis filius esse fingitur: cupidinem insuper nudum faciunt, nam vehemens amor propter maximos atque impatibiles animi cruciatus neque ratione dissimulari, neque prudentia occultari potest: Puerum eum esse prædicant, quia prudentia est destitutus, nec sui regimen prudentiæ committit: Alatus formatur, quia celerrimè in animos nostros sese insinuat, & eos seipsos despicientes vel a seipsis diuisos, ad rem amatam visendam maxima celeritate inducit: & propterea Euripides amantem in alieno corpore viuere affirmat. Sagittas ipsi attribuunt, quia e longinquo iaculatur, & cor ipsum tanquam proprium scopum sibi feriendum proponit; cuius quidem rei ea quoque ratio

Cupidinis forma a pictoribus atq; Poetis descripta perelegans interpretatio. infra. 58. 129

nudo.

puer.

alato.

Amans ex Euripidis sententia in alieno corpore uiuit.

Amoris & sagittæ uulnera inter sese quàm simillima existunt.

tio reddi potest, quia amoris & sagittæ vul nera inter sese quàm simillima existun: am bo enim os quidem exterius habent angusti, verùm ad latentiores profundioresque parte penetrare cõspiciuntur: ambo difficile quiden videntur, difficilius autem curantur, difficill mè verò sanantur; ambo, quod attinet ad spe ciem exteriorem, nullius videntur momen reipsa autem interius grauissima existunt, & pleranque in aliquod immedicabile malu conuertuntur: & sicut vulnus sagitta inf ctum, etsi arcus, qui eam emisit, frangatur, v sagittarius ipse medius disrumpatur, non ta men propterea sanari potest: ita nullum gen voluptatum vel a fortuna, vel ab amata pe sona propter amantis consolationem atq; re creationem exhibitarum; neque, quod ma est, ineuitabilis mors personæ ipsius amatæ, s tis aptum aut conueniens remedium esse vi detur ad vulnus a vero et vehementi illatu amore vel perfectè curandum, vel omnino co solidandum. Haud igitur tibi mirum videat si perfectus amor, cum rationis filius exist ab ipsa tamen nec dirigatur, nec ordinetur.

SO. Imò summam ex eo capio admiratio nem, quo pacto amor a rationis atque prude tiæ regimine prorsus alienus, laudabilis v quam esse possit: differentiam enim inter st diosum ac vitiosum amorem in hoc tantu

consistere putabam, quòd alter eorum rationis imperio subijceretur, atque ipsius mandatis obtemperaret: alter uerò rationis iugo excusso, solutus omnino ac liber in præceps ferretur. Nunc autem ambigo, quinam perfectus amor sit nuncupandus. TH. Non rectè sentiebas: vehementia enim & furor vitiosi amoris haud proprium existit; sed est proprietas quædam cuiuscunque efficacis intensique amoris, vel honesti, vel turpis, præterquàm quòd furor honestati adiunctus virtutem reddit maiorem, cum turpitudine verò conglutinatus, homines adigit ad maiorem insaniam atque errorem. Quis in amoribus honestis vehementissima & effrœnata desideria reperiri vnquam negabit? Quis diuino amore honestior in medium potest adduci? Et quis eo ardentior atque celerior? [redacted], cùm plures diuino capti amore, seipsos negligant, & vitam maximis periculis & certissimæ morti exponant ac tradant. Plures quoque præ nimio Dei amore sese despiciunt, sicut contrà infœlix seipsum nimium amando, Deum contemnit. Quot tandem viri, vt hanc materiam absoluamus, virtutis & gloriosæ famæ cupidine inflammati, vitam suam terminare, eamq; cum morte commutare

Vehementia ac furor haud uitiosi dutaxat amoris: uerũ cuiuscũque amoris intẽsi atq; efficacis, uel honestus uel turpis is eẽ dicatur, proprietas quædam existit.

re voluerunt? Quod quidem præclarissi-mum factum consuetæ rationi nequaquam consentit, quin potius pro honestate complectenda, omnia & vitam ipsam, qua nihil charius habemus, postponit. Multos quoque tibi possem enumerare, qui alacri et libenti animo pro honestorum amicorum salute mortem oppetere non dubitarunt, quibus exemplis, ne prolixior tibi videar, supersedebo. Nec minorem præterea in reprehensionem incurrit vehemens amor & præceps studium viri erga mulierem, quàm erga alium virum, dummodo a vera cognitione rectáque ratione proficiscatur, quæ mulierem illam dignam amari esse iudicet, nam huiuscemodi amor non minus honestatem quàm iucunditatem participat. SO. Verùmtamen amorem tum a ratione, quæ ipsum genuit, quæque omnes egregios uiros moderatur, regi et cohiberi pergratum mibi foret. PH. [illegible] qui a ratione temperatur, nullam vim amanti [illegible] inferre, & nomen tantùm, non autem effectum amoris sibi vsurpat: verus nanque amor tùm rationem, tùm amantem ipsum [illegible] ra quadam violentia & vi incredibili [illegible]git, & præ cæteris humanis impedimentis magis quàm quodcunque aliud mentem iudiciumque perturbat; omnium aliarum [illegible]rum debet memoriam, totamque solus

amoris vis

Verus amor atq; perfectus nequaquam a ratione temperatur, quin ipse potius rationem exturbat.

Amoris maximæ uires, admirandiq; effectus.

occupat: hominem a semet prorsus alienum, & amatæ personæ addictum facit; voluptates atque consuetudines fugientem, solitudines persequentem, melancholicum, animi cruciatibus plenum, curis vndique circunseptum, afflictionibus vexatum, varijs cupiditatibus districtum, spe uiuentem, desperatione stimulatum, cogitabundum, crudelibus modis dilaniatum, suspitionibus afflictum, Zelotypiæ telis confixum, continuè excruciatum, in perpetuis laboribus degentem, innumerabilium ferè dolorum satellitio vndique stipatũ; in ærumnis, timoribus, & iniurijs semper uersantem. Quid tibi plura dicam? Amoris causa amantes uiuendo moriuntur, & moriendo uiuunt: & quod maiorem inducit admirationem, quanquam cruciamenta ex eo prouenientia sæua, inhumana, atque intolerabilia existant, mens tamen eis liberari nec sperat, nec desiderat, nec procurat: imò siquis ei salutare cõsilium dederit, uel fidum auxilium præstiterit, pro acerrimo habetur inimico. An tibi o Sophia uidetur in hoc cæco atque perplexo labyrintho legem rationis & prudentiæ normam ab hominibus cerni posse? SO. Mitiora uerba quæso, non enim me latet amantes multò plus uerbis, quam ærumnis abundare. PH. Enimuero hoc est manifestissimum indicium te eas nunquam expertam fuis-

Amoris causa amantes uiuendō moriũtur, & moriendo uiuunt.

Amoris uires a noīe nisi ab experto duntaxat

perfectè comprehendi, iudicariq; possunt.

se: doloris enim magnitudinem, qui [illegible]do percipitur, nullus credere potest, [illegible] eum aliquando fuit expertus. Si malus [illegible]mi mei, solo contactu alios inficere po[illegible] non tantùm quod verbis narro, et re ip[illegible]petior, sed multò plus verum esse fate[illegible] quod enim sentio, neque explicare [illegible] silere possum, neque pœnarum mearum [illegible]mam portionem oratione quanuis aud[illegible] vehementi adhuc expressi. Quomodo [illegible] in eam sententiam animum tuum induce[illegible]tuisti, vt crederes in ipsa afflictatione, [illegible]do omnes amantis vires sunt fractæ atque [illegible]bilitatæ, mente exturbata, ratione co[illegible] memoria occupata, phantasia alienata, [illegible]bus immenso dolore offuscatis, linguam [illegible] ad fabulas componendas liberam rema[illegible]. Oratio mea illud tantùm delineauit, quod [illegible]ba significare possunt, & lingua expri[illegible] valet. Quod superest intelligant ij, qui [illegible]dinis aduersas & inimicas vires ingenti [illegible] cum detrimento aliquando experti fuere, qui amarissimam dulcedinem amoris qu[illegible]que degustarunt, & qui blandum ipsius [illegible]num ab initio recusare nec sciuerunt, nec [illegible]luerunt, nec potuerunt: mihi enim, Dem[illegible]stor, nec uerba, nec modi suppetunt res [illegible] arduas atque inusitatas explicandi. Spi[illegible] ardorem, cordis consumptionem, & [illegible]

Qui uerè amat, fingere seu mentiri minimè pōt.

Amantiū miserrima atq; iniqua conditio.

partium mearum uniuersale incendium sentio. Qui in hac tam miserabili tãque iniqua fortuna est constitutus, nonne si posset, in libertatem sese vindicaturum existimares? Verùm non potest, quia non solùm sese liberandi, uerùmetiam libertatem ipsam procurandi aut cupiendi est priuatus libertate. Quo pacto igitur ratione potest gubernari, qui caret omnino libertate? Quælibet enim corporis seruitus uoluntatem saltem liberam & solutam relinquit: solus amor indissolubili nodo uoluntates nostras ad rem amatam primùm, deinde ad ipsam uoluntatem nos totos alligat atque deuincit. SO. Quin amantes, quo usq; desiderium suum fuerint consecuti, multis iactentur perturbationibus nequaquã est dubitandum: uerùm tota illa tempestas in summã deinde uertitur tranquillitatem, ut hac ratione amantium curæ a desiderio potius rei nondum in eorum potestate existentis, quàm a proprio ipsius amore proficiscantur. PH. In hoc quoque non secus ac in cæteris, quæ ad amorem spectant, te rudem atque inexpertam ostendis: amantium enim amor, quorum cruciatus post eam uoluptatem, quæ ex corporũ percipitur commixtione, remittuntur, non a ratione, sed a sensibili prouenit appetitu: eorumque (vt supra dixi) ægritudines atque perturbationes carnem potius quam spiritum sapiunt,

Solus amor voluntatem ipsam alligat atque deuincit.

piunt, & hoc nomine illis opponuntur, quæ a tiùs penetrantes, & infestissimos aculeos re linquentes, ab eis amantibus sentiuntur, qu rùm amor a ratione dependet. Hi ex corpo ralium complexuum voluptatibus nullum v doloris remedium, vel amoris leuamen con quuntur: quin illud tibi dico atque asseue istorum supplicia longè maiora atque intol rabilia esse post corporũ coniunctionem, qu ante eorum copulationem extiterint. S. Cur postquam rem adamatam obtinuerin crescunt atque ingeminantur eorum ægri dines? P H. Quia huiusce generis amor desiderium perfectæ absolutæque ipsius a tis cum persona amata copulationis; qua q dem nunquam habebitur, nisi ambo om & vndique sese prius penetrauerint. Ho animis, qui sunt spiritales, fieri quidem p test; quia incorporei spiritus, cùm puræ m tes existant, possunt efficacissimis effect sese inuicem penetrare, & simul vniri, nec vnus in alterum conuerti. Verùm in diue atque distinctis corporibus, quorum vtru proprium ac determinatum locum requi hæc vnio, atque, vt ita dicam, penetratio, nunquam perfectè possit acquiri, semper continuum & perpetuum desiderium in a te relinquit: cuius quidem mens cum in gram absolutamq; sui in amatam pers

Amor, qui a ratione proficiscitur, post corporales complexus haud tantũ nec remittitur nec euanescit: uerũ potius robur & incrementum assumit.

Ratio elegantissima redditur, cur in amore, qui a ratione proficiscitur, id frequẽtissimè usu uenit, ut postquã amantes rem adamatã obtinuerunt, crescunt atq; ingeminantur eorũ ægritudines.

conuersionem procuret, propriam despicit atque contemnit, in perpetua infœlicitate versans atque miseria, propter perfectæ ex parte corporum vnionis defectum. Huius autem corporū impossibilis vnionis desiderium, quod in amante perpetuò remanet, nec ratio, nec voluntas, nec prudentia cohibere aut coercere vnquam potest. SO. Rationibus tuis aliqua ex parte iam incipio assentiri. Verùm illud tantùm absurdum & inconueniens adhuc mihi videtur, quòd vel in homine vel in rerum omniū vniuersitate amor, aut aliud quid quam bonum reperiatur, quod a mente non gubernetur: cùm tamen inter omnes constet singula bona ac laudabilia mentis regula dirigi, eiusque imperio gubernari: tantum enim dignitatis res habere dicuntur, quantum rationis participare existimantur. Quo pacto igitur perfectum amorem a ratione minimè regi aut gubernari affirmas? PH. Cùm hoc solum tibi dubium reliquum sit, hoc tantùm in hodierna disceptatione declarandum aggrediar. In hominibus duas rationis species inueniri, ignorare Sophia minimè debes; quarū vnam ordinariam, alteram extraordinariam nuncupabimus. Intentum primæ est in vita honesta hominem regere & conseruare, ad quem finem omnia alia diriguntur: quæcunque autem hominis bonam vitam impediunt,

Duplex ratio in homiê reperitur, una ordinaria, altera extraordinaria.

a ratione mox improbantur atque eijci[...]

Hæc nempe est illa ratio, quam perfecto a[...] ri nec regulam, nec limitem vllum sta[...] posse iam dixi, quia is amor nocumentu[...] exitium propriæ amantis personæ, ipsi[...] vitæ & bene honesteque viuendi ratio[...] cum ingenti damno machinatur, vt a[...] facilius atque expeditius amatam pers[...] consequatur. Propositum vero extraord[...] riæ rationis est re amata frui atque pot[...] vlla propriarum rerum conseruandarum[...] gitur cura: quin eas posthabet, vt rem[...] dem amatam consequatur; & merito [...] dem, cùm ignobilius propter excellenti[...] sessionem acquirendam semper postpon[...] beat: quemadmodum enim philosophus [...] mat, amatum perfectius ipso existit ama[...] tanquam finis eo, quod ad finem conse[...] dum dirigitur atque refertur. Præterea[...] terius atque ignobilius iure pro melion[...] præstantiori acquirendo elaborare debe[...] quidem tùm naturali, tùm morali ex[...] potest confirmari. Naturali, quia v[...] quemuis hominem pro capite ab ictu de[...] ueniente defendendo tanquam nobilior[...] chium ad eum excipiendum ac retarda[...] exponere. Consimili quoque ratione, qu[...] primùm amans et amatum in unum c[...] unionis istius amatum nobilior, ama[...]

In uero atq; perfecto amore amans ratione ordinaria spreta atque contêpta extraordinariâ rationê tantûmodo sibi sequendam proponit.

Amatum perfectius atque nobilius ipso existit amante.

Differêtiã inter ordinariã atque extraordinariam rationem duobus exêplis, naturali uidelicet atque morali cõfirmat.

ignobilior portio existit, nil mirum esse debet, si natura suadente amans, ut tandem amatum coassequatur, nullam quãuis arduam difficultatem, nullum'ue quantumlibet intolerabilem laborem subire recusat, ipsumque amatum ut uerum & præstantissimum finem rebus proprijs tanquam alienis neglectis atque contemptis maxima cura, summaque adhibita diligentia persequitur. Exemplum autem morale huius generis erit, ut sicut prima ratio ad reseruandas pecunias in proprium usum, ut earum ope uitam rectè commodeque traducere possimus, nos impellit; secunda autẽ præcipit ut personarum habita ratione diuitias inter alios distribuamus, ad liberalitatem exercendam tanquam nobiliorem finem eas dirigendo: ita prima ratio, ut utilitatem & honestas procuremus uoluptates: secunda uerò, ut animum & corpus continuis uigilijs & laboribus defatigemus propter nobilissimam & amore nostro dignissimam personam nobis adiungendam copulandamque, adhortari uidetur. SO. Quænam harum duarum rationis specierum tuo quidem iudicio Philo est nobis sequenda? PH. Secunda certè dignior & eminentior existit, quemadmodum etiam uiri liberalis prudentia in erogandis atque distribuendis pecunijs ex uirtutis præcepto, lõge maiorem laudem consequitur, quàm prudentia

Ratio extraordinaria longè dignior atq; eminentior quàm ordinaria existit.

auari in eis accumulandis & congerend[is] pter humanæ vitæ multas atque diuers[as ne]cessitates occurrentes: etsi enim in diu[itiis ac]quirendis homines prudentiæ nomine lau[dan]tur; multò tamen prudentiores atque [melio]res in eis liberaliter distribuendis esse [iudi]cantur. Quicunque autem dignum a[tque] excellentemque amorem, atque a ratio[ne profi]ciscentem, intra sese continet, nec eo fr[uitur,] rectè nimirum cum arbore procera, ra[mis e]xuberante, & perpetua iuuenta floren[te, sed] sterilitatis vitio laborante, conferri po[test.] Et proculdubio qui præstantis atque ex[cellen]tis amoris rudis & expers omnino exist[it, pri]mis quidem virtutibus, eisque illustr[ibus] est destitutus. Si quis verò ad ferinum [et li]bidinosum amorem diuertit, qui non a[mati] conditiones & merita amatæ rei dilig[enter] perpendente proficiscitur, sed a sensibil[i tan]tùm excitatur appetitu, eius amor ar[bori] ipsa lethalem fructum edenti, sed qui [sua] exteriori dulcedinem & suauitatem m[ultam] pollicetur, comparari debebit. Verùm p[ræstabi]lle ac præstantissimus amor, qui a ratio[ne re]gitur, summam non solùm sensibili app[etitui,] sed etiam menti spiritali studio quodam [insa]tiabili adiuncto, affert voluptatem. Q[uod] vnquam ò Sophia cognosces, quanti m[omenti] in toto ac vniuerso mundo, non solùm i[n]

Verus amor atq; perfectus præstātis & excellentis ingenij certissimum indicium esse uidetur.

Preparatio quædam ad sequentē dialogum.

[c]oreo, verùm multò magis in spiritali amor
[e]xistat, & qua ratione a summa primaq; cau
[s]a, quæ singulis essentiam & vitam largitur,
[v]sque ad infimam atq; postremam omnium
[r]erum nihil sit, quod amorem non participet,
multò maiore veneratione ipsum habebis,
[&] tunc integram ferè absolutamq; cognitio-
[n]em genealogiæ ipsius consequeris. S O. Hoc
[q]uoque in gratiam meam aperire ne recusa.
[P]H. Huius tam arduæ atque reconditæ ma-
[t]eriæ pertractationem ad opportunius tempus
[d]eseruabimus. Iam enim hora suadet vt cor-
[p]ori tuo molli ac delicato quietem aliquam
concedas; & placido ac dulcissimo somno spi-
[r]itus longa disputatione nimiùm fortasse de-
fessos ac fatigatos, recrees atque reficias. Me
autem in consueta vigilia relinque, qui etsi so-
lus remanere videbor, non tamen solus ero,
cùm teipsam vbique locorum animus
meus circunferat; & ex tui socie-
tate atque contemplatione non
minorem dolorem, quàm
voluptatem percipiat.

FINIS.

IN DIALOGV[M]
SECVNDVM DE AMORIS
COMMVNITATE,
ET AMPLA IPSIVS
VNIVERSITATE
ARGVMENTVM.



E AMORIS cõmunitate ſeſe p[rin]cipiò locuturum proponit. De hác tam arduã tamq́; præclara[m ma]teriã aggreſſus, animantia ob cer[tas] rationes ſeſe mutuò diligere o[sten]dit; quas quidem in humano ge[nere] longè perfectiori atq; nobiliori [ra]tione quàm in cęteris animanti[um spe]ciebus reperiri demõſtrat, etſi propter extrinſecus [super]ueniens aliquod impedimentum contrarium quan[doque] contingit: duas poſtea rationes amoris humani ge[ne]ris proprias, nec cum ulla brutorum ſpecie comm[uni]catas ſuperaddit: naturalem duorum hominum ad [se] mutuò uel maximo amore uel ingenti odio proſeq[uen]dos atq; ingenitam propenſionem, tùm ad tempera[]ta, tùm etiam ad aſpectus figuraſque cæleſtes rel[a]tam cognitionem, quàm appetitum & amorem [tri]plicem eſſe ſubiungit, naturalem, ſenſibilé, & rationalem, [quos] quidem omnes ſimul in humano genere, duos [au]tem priores tantùmmodo in brutis, primùm uerò du[ntaxat] in corporibus uitæ expertibus reperiri declarat. C[or]pora inſuper ſenſu deſtituta, ad pprios fines, prop[ria]que regiones cognoſcendas, amandas, atq; expete[nda] uel ab anima mundi, uel ab uniuerſali natura co[gno]ſcente atq; illuminante dirigi ac illuſtrari teſtatur

entorum amorem ex eisdem quinque commemoratis
rationibus ex quibus mutuus quoq; animantiũ amor
cosuebat, deriuari patefacit: situs & collocationis ele
mentorum causam assignat: elementarium qualitatũ ra
tionem ad cælestis corporis distantiam uel propinqui-
tatem reducit: causam, cur in terra tantùmmodo, nec in
ullo cæterorum elementorum tot nobilissimorum mix
torum genera nasci conspiciuntur, perscrutatur: ter-
ramq; matrem, cunctaq; mixta tam animata quàm inani-
ma filios eleganti quadam cõparatione adhibita appel-
lat. Præter quatuor deinde elementa cõmunem quan
dam rebus omnibus, quæ generantur & corrũpuntur,
materiam docet reperiri, cuius studium atque beneuo-
lentiam in omnes formas perbellè declarat; & ab ea
non secus ac a matre siue a nouerca, rerum cunctarũ
inferiorum ortum ac interitum proficisci confirmat.
Mixtorum posteà generationes in Cælum tanquàm in
causam agentem, atque in elementa non secus ac in ma
teriam proximam transferre uidetur: necnon uarios
ordines differentesque classes formarũ, alteram altera
semper excellentiorem, quibus elemẽta, mutua eorum
intercedente amicitia, in unum coniuncta atq; cõmixta
superuestiri merentur, recenset: quæ quidem elementa
in hominis cõpositione ad maximam æqualitatem, sum
mamq; unitatem redacta fuisse ostendit: & in Empedo-
clis tandem de rerum inferiorum ortu atque interitu
sententiam, pedetentium descendit. Ad Cæli deinceps
tum in primam materiam tanquam uiri in uxorem, tùm
etiam in hæc omnia corpora inferiora quasi parentis
in filios, studium atque beneuolentiam declarandã sese
confert: roresque & pluuias, cælestium seminum in tel
lurem decidentiũ rationem obtinere arbitratur, ad quę
quidem præstantissima semina conficienda totum cæle-
ste corpus quasi animal quoddam maximum omnibus
suis partibus cõcurrere affirmat: septem planetas tùm
etiam septem humani corporis membris ad spermatis

con-

confectionem requisitis, tum etiam cum septis nostri partibus sensui & cognitioni deseruientia confert. Cælo ut perfectissimo cuidam animali tantùm duas, sicut Pythagoras malè sensit, sed sex, ut rectè Aristoteles existimauit, positionum differentias accommodandas esse demonstrat. Præterea quæstionem illam difficillimam de ortu & occasu in medium proponit, quam compluribus aliorum sententijs tanquam falsis reiectis & confutatis ita terminare uidetur, ut dextram lenamque Celi pro seu uerum Orientem uerumque Occidentem nullam certam definitamùe cælestis corporis p sed ad duo potius uaria oppositaque cælestium num genera, diurnum inquam atque erraticum referendum esse pronunciet. Posteà cómentatio lam tam arduam tamque illustrem aggreditur, mo a sapientibus μικρόκοσμος, paruus uidelicet dus nuncupari consueuerit, eamque longè latè quitur. Deinceps ad Cælorum mutuum inter se rem, mutuamq; beneuolentiam declarandam suam deflectit: & celestium motionum concentu harmoniam ex sententia Pythagorę optimè interpretatur; causasq; pręcipuas mutui Celorum amoris, duas esse concludit. Hac parte perfecta absoluta ad commenta Poetarum exponenda cleanda sese conuertit: & primùm quinq; ration ducit, quibus ueteres impulsi naturæ arcana cómentis inuoluere atq; occultare studuerunt rationem assignat cur in philosophia pertracta to carmine dimisso fabulam tantū retinuit; Ari uerò utroq;, & carmine scilicet & cómento ab rempto, eorum uice breuitatē atq; obscuritate suppleuit. Tum aūt Deorum plurima ac differen a Poetis excogitata, necnó eorū coniugia, adul nitates, atq; posteritates elegāter admodū inte Idæas quoq; Platonicas cū diuinis Poetarū

mirificè consentire demõstrat. Deinceps cõplures Poetarum ipsorum fabulas unà cum doctissimis atq; reconditis earum allegorijs in medium adducit: qua quidem in re complures naturalium rerum admirandæque proprietates declarantur, necnon complures quoq; philosophorum Theologorumq́; sententiæ ornatè dilucideq́; pertractantur. Poetarum commentis allegoricè expositis atq; interpretatis, proprias tum signorum cælestiũ, tum etiã planetarũ naturas perscrutatur: quiq́; cælestiũ aspectuum fausti, quiq́; infausti esse dicantur, diligenter inquirit: de planetarũ insuper amicis & inimicis coniunctionibus, necnon de eorũdem beneficis maleficisq́; aspectibus, pluribus quidẽ disserit atque disceptat. Quin etiam proprias planetarum ipsorum domos, longa atq; subtili prosequitur oratione; necnon eorum contrarias oppositasque naturas cum domuum suarum oppositione optimè nimirûm conuenire consentireque demonstrat, quemadmodum etiam è contrario planetę amicarum atq; similium naturarũ amicas minimeq́; hostiles domos sortiti fuisse uidentur. Postremò ad spiritalium amorem interpretandum orationem extollit, quem in ipsis longè perfectiorem atq; excellentiorem quàm in corporibus ostendit reperiri: ipsaq́; spiritalia duo amoris genera secum gerere docet, unum erga superiora, alterum erga inferiora: amorem autem superiorum in inferiora, inferiorum in superiora beneuolentiæ longè preponit: necnon defectum & imperfectionem in inferioribus conspectam, superiorũ præstantiæ ac dignitati nonnihil detrahere affirmat; sicut contrà, illorũ perfectio pro eorũ captu & cõditione hec quoq; illustriora atq; conspectiora reddere solet. Quinetiam id insuper addit, superiora ad inferiora diligenda a præstantissimo quodam amoris genere, quo ipsa alia sese superiora prosequuntur, deduci. His præmissis ad quæstionem illam arduam difficillimamque pertransit, quinam finis ille esse dicatur, cuius causa unaquæque intelligentia pro-

proprium orbem circũuoluere fertur. Qua qui duabus diuersis contrarijsq; Arabum philos opinionibus adductis atque reiectis, ipse fine amore impulsa unaquæque intelligentia orbe circunducit, Optimum Maximum Deum es dit. Id quoque tanquam rem maximi certè mo primis declarat, qui fieri potest ut singulæ tiæ orbes earum fidei traditos atq; commissos uoluentes, diuinam copulationem summamque dinem assequantur: in cuius quidem rei co ut melius commodiusque peruenire possimus rum fines, communem inquam & propriũ, re monstrat: necnon communem etsi fortasse tura quandoque ignobiliorem, proprio quam liori semper anteponendum esse testatur. De morem tanquam uinculum quoddam commune omnium uniuersitatem constringere & collig non amore intercedente singula queq; tùm ea primò, tùm felicitatem sibi debitam & conue postremò acquirere colligit atque concludit.

DE AMORIS COMMVNITATE

DIALOGVS SECVNDVS

A IOANNE CAROLO SARACENO

NVNC PRIMVM LATINIS LITERIS ILLVSTRATVS.

SOPHIA ET PHILO INTERLOCVTORES.



ALVE ò Philo: nihil respondes? mutus certè uideris. P H. *Quæ mortem, atq; exitium meũ manifestè procurat, nunc blandis verbis salutem mihi precatur. Oh, salue ò Sophia: quid à me requiris?* S O. *Nunc tempus, quod debes, soluendi opportunum esse existimarem.* P H. *Ego ne quicquã tibi debeo? nec beneficium, nec beneuolentiã me tibi vnquam debere inuenies, cùm tu dolores tantummodo, & cruciatus animi innumerabiles mihi erogaueris.* S O. *Debitum tuum non*

non gratitudinis, verùm promissionis
quo quidem soluendo homines maxim
tur. PH. Nihil aliud me tibi pollicit
se recordor, nisi me te perseuenter a
rum, necnon iniurias & cōtumelias tu
animo laturum, quousque Lethæum fl
Charonte fuero prætervectus. Quòd f
in regionibus illis anima aliquo rerun
prædita fuerit, amorem ac memoriam
cum cruciatibus vtrunque consequent
æternum conseruabit. Hoc debitum
memoriam mihi reduci minimè oporte
quotidiè soluatur. SO. Aut reuera
fuisti, aut obliuionem simulas ac fingi
rùm non minus debitorem quàm cred
debiti contracti decet recordari. Nom
moria tenes superioribus diebus sub
illius nostræ disputationis de amore ac
rio, te mihi pollicitum esse de origine, at
nealogia amoris amplè, & diffusè loc
ecquid eius pollicitationis tam citò obl
sti? PH. oh, oh, vix tandem recordor
ri Sophia minimè debes, si cùm tu sol
memoriam mihi occùparis, rerum pra
rum ita facilè obliuiscar. SO. Ab alie
tùm, non autem à meis eam tibi reuoca
berem. PH. Rerum ad te pertinenti
duntaxat memoria teneo, quæ animum
amore, ac dolore afficere solent: reliqu

...æ existat, nullam tamen mihi inferūt perturbationem. S O. Quomodocunque sit, oblinionem quidem ignosco, promissum verò exigere uolo. Temporis igitur opportunitate vsi sub hac vmbra sedeamus, ut commodius ortum amoris, primamque ipsius originem possis enarrare. P H. Si amoris ortum intelligere cupis, prius in præsenti collocutione de eius cōmunitate atque ampla vniuersitate nos verba facere oportet, aliàs autem de ipsius ortu pertractabimus. S O. Nonne cuiuscunque origo eius vniuersitatem præcedit? P H. Præcedit quidem ex parte rei, non tamen ex parte nostræ cognitionis. S O. Qua ratione? P H. Quia cōmunitas amoris est nobis longè manifestior quàm eiusdē origo, nos autem à rebus notis ad res nobis ignotas attollimur cognoscendas. S O. Amoris vniuersitatem nobis satis esse claram, ac manifestam verè quidem pronunciatis: nullus enim hominum sexus, nullæ ne ætas reperitur, quæ sit expers amoris; imò [illegible]erenter, & mares & fœminæ, & senes & iuuenes amare conspiciuntur; & infantes ipsi in prima illa rudiq; cognitiōe matres, & matres suas diligere conspiciuntur. P H. Amoris igitur imperium vltrà humanum genus haud iudicas esse proferendum? S O. Quinimo in omnia quoq; irrationalia animantia, quæ vim habent generandi, passim discurrit,

Ordo futuræ disceptationis.

Rei cuiuscunque origo eius uniuersitatem ex parte rei tantūmodo, nō tamē ex parte nostræ cognitionis præcedit.

Amoris cōmunitas est nobis longè manifestior quam eiusdem origo.

Nos a rebus nobis cognitis ad res nobis ignotas attollimur cognoscendas.

rit, veluti in fœminas ac mares, in fi[...] parentes. PH. Amor, qui inter bon[...] liquaq; animalia reperitur, non solum e[...] creatione, sed etiam ex alijs causis so[...] cisci; nec tantum in his cōsistit, uerum [...] tò plura quoq; extenditur, ac dilatat[...]

Amoris uires non tantū ad animata, uerū ad inanimata quoque extenduntur.

Dic primum quanam aliæ causæ amor[...] ter generationem in viuentibus reper[...] deinde qua ratione in rebus, quæ & a[...] generandi carent facultate, amor ex[...] facies. PH. Vtrumque ordinatim e[...] Animalia præterquàm quòd & natur[...] amant res sibi conuenientes, vt eas [...] tur, sicut econtrario res sibi incongru[...] runt, ut ipsas effugiant, ob quinque ra[...] mutuo quoque sese diligunt amore. Pr[...] pter appetentiam, & uoluptatem gen[...] ut mares & feminæ. Secundò propter successionem, ut parentes ipsos liberos. [...] propter beneficium, quod non solùm [...] erga conferentem, uerùm etiam danti [...] cipientem amorem ingenerat, etsi eor[...] res specie distinguantur. Nanque uide[...] canis fortasse aut capra aliqua infan[...] quodcunq; animal alienæ speciei ma[...] bo illa animātia maximo, mutuóq; a[...] prosequi. Quartò propter conuenien[...] eiusdem, uel saltem consimilis speciei: [...] enim speciei animantia rapinis non [...]



Animantia ob quinque rationes mutuo sese diligūt amore: propter appetentiam uoluptatemq; generandi: propter prolis successionē: propter īsigne aliquod collatū aut acceptū beneficiū: propter conuenientiam eiusdē aut saltem consimilis speciei: propter continuum usum, diuturnamq; consuetudinem.

propter mutuum amorem ſimul uerſari uidebus: prædabunda quoq; animalia, etſi ne prædam partiantur, ſolitudine gaudent, & ſocietatem effugiunt; tamen propter naturalem quendam amorem neque terribilem ſibiq́ue ingenitam feritatem, neque exitiale uenenũ contra eiuſdem ſpeciei animalia unquam exercent. Iñ diuerſis quoque animantium ſpeciebus nonnulla ſimilitudo, quæ amicitias inter ea conciliat, reperitur, vt in Delphino & in homine vſu venit; ſicut econtrario alia animantia inueniuntur, quæ naturales et perpetuas inter ſeſe gerunt inimicitias, vt Regulus ſeu baſiliſcus, & homo, qui quidẽ ſolo obtutu mutuo ſeſe interficiunt. Quintò propter continuum vſum & diuturnam conſuetudinem; quæ non ſolùm eiuſdem ſpeciei, verùmetiam diuerſarum & inimicarum ſpecierũ animantia mutua beneuolentia conſociat; ſicut canem cum Leone, & agnum cum lupo propter conſuetudinem frequentem in amicitiam coire uidemus. SO. *Rationes amicitiæ ſeu beneuolentiæ Brutorum planè intellexi, nunc cauſas humani amoris te exponere deſiderarem.*

PH. *Ab eiſdem quinque modò enumeratis rationibus non ſolùm brutorum, verùmetiam hominum mutuus exoritur amor: ſed uſus rationis eas intenſiores aut remiſſiores, rectè uel oblique, pro noſtrorũ finium facit diuerſitate.*

Hominum mutus amor ab iiſdem quinque a quibus brutorũ quoque, rationibus profici ſci uidetur, rationis tamẽ inſuper

H SO.

lumine earum unăquamq; concomitante.

SO. Explica quæso has differentias in si lis quinque iam dictis rationibus. PH. P ma causa, quæ ex desiderio & uoluptate mitur generandi, intensiorem, stabiliorem, magis proprium hominibus, quàm reliqu malibus instillat amorem, qui quidem rat usu occultari magis solet. SO. Differen istas sigillatim declarare ne graueris. P

differen.

In humano genere uirorũ in mulieres amor intensior, stabilior, magis proprius, necnõ occultior quàm in cæterorũ animantiũ speciebus marium in fœminas studium esse uidetur.

Amor ab hac prima ratione proficiscer hominibus intensior esse dicitur; quia ipsi mentius amant, & maiori solicitudine res, quàm reliqua animalia fœminas sibi runt: ita ut sæpenumerò propter earum tiam consequendam, & cibum, & somn & omnem prorsus quietem postponere cusare soleant. Stabilior quoque existit, diutius inter uirum atque mulierem, inter cætera animantia studium ac amor seruatur, usque adeò, ut nec satietas, nec sentia, nec ullum prorsus impedimentum dissoluere possit. Est etiam magis propr quia quilibet nostrum maiorem habet pr sionem & applicationem ad singularem lierem, quàm in singulis brutorum spec mas ad fœminam. Et quamuis in nonn eorum aliqua propria & particularis spicitur applicatio, in hominibus tamen perfectior, magisque determinata exist Denique hic primus amor occultior est

·N·

bes, quàm in alijs animalibus; quia ratio eius excessum cohibet atq; coercet, eumq; turpem esse iudicat, nisi à ratione temperetur. Vnde propter usum maximam sensibilis istius appetitus, & propter eius defectionem ab imperio rationis, homines genitalia membra ut pudenda, & moderatæ rebellia honestati celare, & occultare consueuerunt. S O. Hac prima parte absoluta expone modò differentiam inter homines & bruta, quæ ex secunda causa ipsius amoris, idest ex posteritate deducitur. 2ª differ.

P H. Ratiõe propagationis in Brutis mutuus filiorum erga parentes solos conspicitur amor, præsertim in matres, quæ ipsos nutrire & alere solent; quandoque etiam erga patres, qui scilicet nutricij munere funguntur, secus autem minimè. Verùm homines non tantùm ambos simul diligunt & complectuntur parentes, sed etiam fratres aliosque affines propter generationis ipsius propinquitatem. Aliquando tamen contingit, ut diuitiarum immoderata cupido, aliæue prauæ ac turpes causæ non solùm propinquorum, uel fratrum mutuũ dissoluant amorem; sed eius quoq; beneuolentiæ, quam patri & matri & uxori debemus, obliuionem inducãt: quod quidem brutis nunquam euenire uidemus. S O. Tertiæ rationis ipsius amoris, quæ à beneficio originem deducit, differentiam interpretandam aggredere. 3ª differen.

Amor, qui ex posteritate deducitur, in humano genere amplior quidẽ atq; communior, attamen ex accidenti periculosior quãdoq; quàm in singulis brutorũ speciebus esse uidetur.

Ex amore propter insigne aliquod acceptū beneficiū maiorē laudē profectò irrationalia quàm rationalia aīantia reportāt.

PH. Propter beneficium non tantùm [illegible]
uerùm etiam homines mutuò sese dilig[illegible]
hac autem re maiorem laudem irra[illegible]
quàm rationalia reportant animantia: [illegible]
ne enim carentia ad amandum, magis [illegible]
beneficij gratitudine, quàm spe benefic[illegible]
piendi moueri uidentur. Improbi ver[illegible]
uiq; homines auaritia suadente magis [illegible]
consequendi beneficium, quàm multor[illegible]
teritorum memoria, ad diligendum imp[illegible]
tur. Hæc autem ratio beneficij tantæ [illegible]
plitudinis, vt multas alias completi[illegible]
tur. SO. In quarta ratione, quæ ex spec[illegible]

4a differen.

militudine trahitur, conspiciturne ali[illegible]
scrimen inter homines reliquaque anima[illegible]
PH. Homines natura inducti, sicut [illegible]
bruta, propter speciei conuenientiam [illegible]
sese diligunt; presertim ij, qui nationem
dem, eandemue patriam fortunæ muner[illegible]
titi fuerunt. Verùm homines non tam [illegible]

Amor, qui ex speciei similitudine trahitur, tutior quidē atque stabilier in brutorū quàm in humano genere eē conspicitur.

stabilique, sicut cætera animantia, [illegible]
amore. Illa enim quantumuis indomit[illegible]
ferocia, nunquā contra speciem propri[illegible]
re videntur, cùm nec leonis vis in leon[illegible]
serpentē serpentis uenenū feratur. At [illegible]
plura incōmoda pluresq; clades, quàm [illegible]
animalia, aliaúe in vniuerso existētia [illegible]
bus inferūt. Plures homines inimicitia, [illegible]
& dextræ aliorum hominū interficiun[illegible]

consumunt, quã alius quicunq; uel fortuitus uel naturalis carnifex. Humanæ autem speciei naturalem amorem auaritia, curaq; rerũ superfluarũ dissoluunt. Quibus quidem duabus de causis non solùm in diuersis ac longinquis regionibus: verũetiam in eadem prouincia, in eadem ciuitate, & in eadem domo nati, ut frater in fratrem, filius aduersus patrem, vir contra uxorem maximas suscipiunt inimicitias. Alij præterea hominũ istis adduntur errores, qui odia perpetua & acerrima bella in humanum genus disseminãt. SO. De postrema amoris ratione, quæ in societate consistit, vtrũ aliquã diuersitatem inter homines & bruta conficiat, tibi restat dicendũ. PH. Societatẽ & consuetudinẽ maiorem uim in hominum, quàm in reliquorũ animantiũ amore concilian do, confirmandaq; amicitia cõpertum est habere: hac enim societas orationis & mutuæ collocutionis ope in corpora, animosque nostros magis penetrat inseriturq; : & quamuis longinqua & diuturna absentia impeditur; eius tamen impressio atque uestigiũ diutius in hominum, quàm in brutorum memoria conseruatur. SO. Quomodo omnes quinque amoris mutui rationes tùm in humana, tùm in bestiarum speciebus differenter inueniantur, optimè videor percepisse. Nunc illud scire appeto, utrum aliqua insuper ratio amoris ho-

Duæ causæ potissimũ, auaritia scilicet, curaq; rerum superfluarũ humanæ speciei naturalẽ amorem dissoluunt.

Sa differen.

Amor ex societate & consuetudĩ ne sumptus maior quidẽ uehementiorq; in humano quàm in brutorũ genere eẽ uidetur.

nibus propria, nec cum brutis cõmuni[illegible]
peritur. PH. Duæ rationes ama[illegible]
ni generis propriæ, quas natura om[illegible]
tis denegauit, existunt. SO. Quæ?
Vna est conuenientia naturæ atque te[illegible]
menti duorum hominum, quæ nulla al[illegible]
ne intercedente primo statim congre[illegible]
amicitiam conciliat; quæ quidem ta[illegible]
mutuaque beneuolentia, cum ad nulla[illegible]
tam causam possit referri, simili corpori
peraturæ attribui solet; & reuera a[illegible]
dine, & harmonica quadam proportion[illegible]
ficiscitur: sicut quidam econtrario m[illegible]
sa apparente, maximo sese odio prosequ[illegible]
quod nempè ex temperamentorum pr[illegible]
uersitate & contrarietate. Huius a[illegible]
sydeream quandam astrologi reddu[illegible]
nem. Dicunt enim inclinationem atque[illegible]
sionem duorum hominum ad sese mu[illegible]
gendos, ab eisdem, vel consimilibus [illegible]
rum cælestiumque signorum aspectibus
figuris in vtriusque genitura dom[illegible]
proficisci: sicut ex aduerso innatum od[illegible]
contrarietatem naturarum, ad dissimile[illegible]
que inimicam astrorum referunt disp[illegible]
Hæc ratio amoris ac amicitiæ ipso[illegible]
num à nobis reddi quidem potest, m[illegible]
tem aliorum animalium. SO. Qua[illegible]
altera? PH. Secunda à moralibus [illegible]

Duæ rationes amoris hũani generis propriæ, nec cum ulla brutorũ specie communicatæ, quarũ una ex conuenientia naturæ atq; temperamenti, altera ex moralibus atque intellectualibus uirtutibus originem suam deducit.

Naturalis duorũ hominũ ad sese mutuò uel diligendos, uel maximo odio prosequẽdos propensio, a medicis quidẽ ad tẽperamenta, ab Astrologis uerò ad aspectus figurasq; cælestes reduci consueuit.

tellectualibus virtutibus originem suam deducit, quæ ad excellentes & eximios uiros adamandos nos mirum in modum allicere solent, earumque egregiæ formæ & pulchritudinis honesto amore alijs omnibus longè præstantiori animi nostri facillimè capiuntur: boni enim studiosique viri nulla alia de causa, nisi propter solam uirtutem ac honestatem uehementiori perfectiorique, atque stabiliori sese prosequūtur amore, quā uel propter utilitatē, uel propter iucunditatē, ex quibus duobus fontibus omnes quinque superius cōmemoratæ rationes emanant. Solus hic amor nomen sibi uendicat honesti, & à recta nascitur ratione, qua quidem de causa in animalibus rationis expertibus minimè reperitur. SO. Quot tam hominum, quàm bestiarum amoris causæ reddi possunt, optimè intellexi: sed omnes ad uiuentia tantummodo, neutiquā autem ad uita carentia corpora possunt accommodari: tu uerò amorem non solùm animalibus, uerùmetiā insensibilibus corporibus quoddam commune tandem esse dixisti, quod quidem à ueritate alienum prorsus mihi videtur. PH. Cur à vero alienum? SO. Quia nihil potest amari, nisi prius cognoscatur; corpora autem insensibilia ne minimam quidem cognoscendi habēt facultatem. Prætereà amor à uoluntate, aut appetitu exoritur, atque in ipsum desinit sen-

sum. Corpora igitur insensibilia cùm ratione & appetitu & omni genere sensus careant, qua ratione amare vnquam dicentur? PH. Tam cognitio, quàm appetitus, & idcirco amor quoq; triplex existit, naturalis, sensibilis & rationalis, seu voluntarius. SO. Singula mēbra propositæ diuisionis prosequere. PH. Naturalis cognitio, aut appetitus, aut amor ille nimirum dicitur esse, qui in corporibus sensu carentibus reperitur, elementis videlicet & ex elementorum concursu coagmentatis, ut sunt metalla, plurimæ lapidum species, ... non plantæ, herbæ, aut arbores. Hæc siquidem enim omnia propriorū finium naturalē quandam habent cognitionem, & ad eos consequendos ingenitā propensionem; sicut corpora grauia descensu inferam, leuiaque ascensu superiorem petunt regionē tāquā propriū locum ab ea... tea cognitū, & vehementer exoptatū. Propensio ista & appetitus & amor, tum naturalis passim ab omnibus appellatur, tum etiam verè talis existit. Huic succedit cognitio, appetitus & amor sensibilis, qui bestiarum vniuerso generi est insitus, vtilia prosequendi, noxia respuendi. Cuius quidem ratione animalia cibum, potum, cæli temperiem, ... quietem, aliáque similia; quæ primùm cognosci, deinde appeti, atque amari; demùm ad capescēda moueri oportet, summo studio ...

Tam cognitio, quàm appetitus, & amor quoque triplex existit, naturalis, sensibilis, & rationalis seu voluntarius.

Naturalis cognitio, appetitus, & amor in insensibilibus corporibus reperitur.

Sensibilis cognitio, appetitus, & amor bestiarum uniuerso generi insitus esse uidetur.

rent. Nisi enim haec animal prius cognosceret, animal et postea vel appeteret vel amaret: et nisi ipsa appeteret, nunquã pro eorum laboraret acquisitione; quibus quidem non habitis [illegible] subsequeretur. Verùm nec ra[illegible] huius generis cognitio; nec voluntarius huiuscemodi appetitus vel amor est nuncupandus, cùm voluntas semper rationem [illegible] sequatur; sed sunt sentientium facultatum actiones quædam; & hac de causa cognitio amorque sensibilis, vel magis propriè loquendo appetitus dici solent. Cognitio denique rationalis, & voluntarius amor in hominibus tantùm reperiuntur. Illa enim è rationis lumine defluit, hic verò rationis eiusdem imperio gubernatur, quam ex omnibus corporibus genitis & corrumpendis solo homini diuina bonitas communicauit. S O. Amorem quidem voluntarium in solis hominibus, nequaquam in bestijs vel in corporibus non sentientibus reposuisti. Amorem autem vel appetitum sensibilem in animalibus ratione carentibus, minimè in insensibilibus corporibus collocasti. Solum denique amorem, & appetitum naturalem inferioribus corporibus non sentientibus tribuisti. Nunc illud scire percupio, an amor naturalis in animantibus cum sensibili eorum proprio coniunctus, reperiatur. Et an uterque na-

Nec sensibilis cognitio, rationalis; nec sensibilis appetitus aut amor, uoluntarius ulla ratione est nuncupandus.

Rationalis cognitio et uolũtarius amor humano tãtummodo generi inest.

naturalis ſcilicet, & ſenſibilis cum uolu
rio, ſeu rationali proprioque hominum
re conſocietur. P H. *Rectè quidem*
taſti, & uerum diuinaſſe uideris: ſemper
ignobilior nobiliorem conſequitur amor
tamen vice verſa præſtantior deteriorem
comitatur.

Semper nobiliorē amorē ignobilior. quoq; conſequitur: haud tamen uice uerſa præſtātior deteriorem concomitatur.

Quapropter in hominibus cum ra
tionali ſeu voluntario amore, ſenſibilis
amica uitæ proſequendi, & inimica fu
coniungitur amor; necnon in eiſdem na
inſenſibilium corporum propenſio repe
cuius merito ſi aliquis noſtrum ex alto
derit, naturæ impulſu & grauium corp
exemplo ad locum inferiorem conten

In humano genere cum rationali ſeu volūtario amore ſenſibilis quoq; & naturalis ſimul coniunguntur.

Eandem quoque ingenitam propenſione
beſtijs paſſim uidemus; quæ natura du
corporum grauium more, ad centrum
tanquam ad proprium locum naturæ
lumine ab eis cognitum, atque exoptant
runtur. S O. *Cur naturales, et ſenſibiles*
propenſiones amorem appellas? amor
uoluntatis affectio quædam propriè eſſe
tur, uoluntate autem ex omnibus infer
ſoli homines donati fuerunt: unde illæ ſu
res aptitudines, uel appetitus potius, q
mores eſſent uocandæ. P H. *Res ex ſu*
trarijs optimè cognoſcuntur. Sicut enim
ſtoteles teſtatur, eadem eſt ſcientia contra
rum. Igitur ſi contrarium propenſionum

In brutis cū ſenſibili naturalis quoq; coniungitur amor.

Res ex ſuis contrarijs optimè cognoſcuntur.

Eadem eſt ſcientia contrariorū.

rum uerè odium appellabitur, unaquæque earum iurè nuncupabitur amor. Nam sicut in humano genere uoluntarium odium uoluntario opponitur amori: ita in genere animantiũ odium rerum, quæ ipsorum saluti aduersantur, contrarium existit earum amori, quæ salutem eorundem conseruant; & alterum effugere, alterum prosequi ipsa animalia conspiciuntur; quia odium alterius quidem fugam, alterius autem prosecutionem amor eis suadere uidetur. Haud dissimili quoque ratione in insensibilibus corporibus amor conspicitur naturalis odiumque naturale, vt grauium inferioris loci obtinendi, & superioris effugiendi; sicut econtrario leuia supernam amant, & infernam oderunt regionem. Quapropter sicut odium, ita amor in eis singulis reperitur. SO. Quî fieri potest, ut quod cognoscendi caret facultate, amare vnquam dicatur? PH. Imò cognoscit, cũ quædã amet, & nonnulla odio habeat. SO. Quomodo corporibus istis inferioribus, quæ & ratione & sensu & imaginatione prorsus sunt destituta, vis tribuere cognitionem? PH. Etsi tribus illis carent potestatibus cognoscendi: tamen, vel ab uniuersali natura hæc omnia inferiora cognoscente & gubernante diriguntur; vel ab anima mundi recta quadam, & nunquam errante rerum earum cognitione, quæ ad propriæ naturæ cõse-

Ratio, cur naturales ac sensibiles propensiones amores uocari consueuerunt.

Corpora insensibilia ad proprios fines propriosq; locos cognoscendos, amandos, atque appetendos uel mũdanæ animæ,

uel uniuerſalis naturæ cognitione diriguntur, lumineque illuſtrantur.

*ferunt conſeruationem, illuſtrantur. SO
rùm quo pacto quod ſenſus omnino
exiſtit, quidpiam diligere poteſt? P
Quemadmodum corpora iſta inferiora
prios fines, proprioſque locos cognoſcend
ctè à naturæ prouidentia diriguntur: ſic
quoque amandis, appetendis, atque pete
cum in aliena uiolenter retinentur reg
eiuſdem naturæ lumine illuſtrantur. V
ſicut ſagitta cognitionis quidem non pro
ſed ipſius ſagittarij, à quo dirigitur, ben
ad propoſitum ſcopum contendit: ita hæ
pora inferiora non propriæ notitię, ſed
cognitionis à primo conditore in anim
di, & in uniuerſalem omnium inferiorum
turam infuſæ merito, ad propria loca, p
prioſque fines maxima celeritate fer
Quemadmodum igitur ſagittæ impetus
gnitione, amore, ac appetitu artificis p
ficiſcitur: ita corporum iſtorum inſenſ
propenſiones atque conatus à cognit
& amore diriguntur ac temperantur na
rali. SO. Genus hoc amoris, & cogn
nis, quod in corporibus anima deſtitutis
peritur, valdè mihi probatur: Sed illud
ſuper intelligere uellem; utrum in eis
amor conſpiciatur aut appetitus, quàm p
priorum locorum; quorum conſequend
gratia leuia aſcendunt, grauiaque deſc*

dunt. PH. Amor, quo elementa, aliaue corpora uitæ expertia, proprias regiones prosequuntur; & odium, quo inimicas atque contrarias refugiunt, conuenientiam quandam cum amore, & odio animantium in rebus vtilibus complectendis, & noxijs respuendis habere uidentur. Verùm alia quoque huius similitudinis ratio intercedit: nam sicut quadrupedes terram, pisces aquam, aues aerem, Salamandra, vt fertur, ignem tanquam proprias patrias, propriaque diligunt domicilia: sic etiam elementa in naturales suas regiones maximum præ se ferunt amorem. Illud insuper tibi dico atque assevero, præter hoc primum genus amoris omnes quinque mutuæ beneuolentiæ rationes, quas in animantibus esse iam declaraui- mus, in elementis quoque reperiri. SO. Omnes ne? PH. Omnes inquam. SO. Singulas eas prosequi ne tibi graue videatur. PH. Ab vltima tanquam cæteris manifestiore exordium sumam, à conuenientia scilicet speciei. Partes terræ, quæ seorsum à tota terra sunt diuisæ, efficacissimo amore, ut cum tota coniungantur, ad eam moueri videbis. Lapides quoque, quæ in aerea regione congelatæ fuerunt, ad terram mox feruntur. Fluuij etiam, & aliarum species aquarū, quæ in sinibus terræ ex uaporibus, qui exhalant,

Amor elementorū, aliorūq; corporū uitæ expertiū in proprias regiones, ipsorūq; odiū in regiones alienas sibiq; inuisas conuenientiā quādā cū amore & odio animantium in utilibus ac proprijs complectendis, alienisq; ac noxijs respuendis habere uidetur.

.N.

Amor ex speciei similitudine sumptus, in elementis quoque non secus ac in animantibus reperitur.

inimicitias, quarum gratia ipsum effugit, neque eius vicinitatem aut consuetudinem tolerare vllo modo potest. S O. Quid de aere dicis? P H. Aer propter suam leuitatem atque subtilitatem cælesti natura & societate delectatur, eaque frui maximo studio contendit, sublimiaque petit, haud tamen cælum ipsum contingit: non enim ea, qua ignis, est præditus puritate, qui primum locū inter elementa sibi vendicat. Quapropter igni subesse gestit, nec non aquæ & terræ se conterminum esse gaudet; non tamen sub eis, sed supra eas collocari consentit. Continuam autem cæli expeditissimè sequitur circunductionem; ipsique tùm cum igne, tùm cum aqua optimè conuenit. Vnde cum hæc duo elementa inter sese contraria & inimica existant, ipse medius interpositus fuit tāquam amborum amicus, ne hi duo acerrimi hostes perpetuo bello sese quandoque exhauriant atque consumant. S O. De igne tibi superest dicendum. P H. Ignis tenuitate, leuitate, ac puritate omnibus præstat elementis; nullumque ipsorum, nisi solum aerem diligit, cuius delectatur vicinitate; in digniori tamen, atque superiori sede collocatus: Cęlum mirificè amat; nec vsquam vel vnquā quiescit, nisi postquā cum eo fuerit coniunctus. Hic nempè est amor socialis, qui in quatuor conspicitur elementis. S O. Gaudeo.

Ratio, cur aer sub igne, & super aquā ac tellurem constitutus mediū inter cætera elementa locū obtinuit.

Ratio cur ignis inter concauū Lunaris corporis ambitū, atq; aereum elementū mediū locum occupauit.

Verùm cur huic proposito rationem quoque, & causam elementarium qualitatum non inseruisti? PH. Quia ad socialem eiusmodi cognitio minimè spectat amorem: cùm tamen ipsa ad sequentia maximum sit allatura momentum, eam tibi reddere conabor. Cælum continuo motu, & solis aliorumque planetarum, necnon fixorum syderum octauum orbē depascentium, coruscis radijs globum istum inferiorem rudis atque exanimi corporis calefacit, quod totam lunaris orbis capacitatem replet & cauitatem. Vnde prima huiusce globi portio, quæ cælo proximior existit, cùm uehementius incalescat, maximè attenuatur, maximamque nanciscitur puritatem: & leuis calidaque adeò redditur, vt totus humor à vehementi calore consumatur atque exprimatur, aridaque remaneat, ex quo ignis in lucem prodit. Vitalis autem calor cæli secundam istius globi portionem, quæ igni succedit, vlterius penetrans, eam quoque calefacit: non adeò tamen, ut humorem resoluere possit: vnde aer naturæ calidæ & humidæ procreatur: qui ratione caloris purus, tenuis, & leuis paulò minus quàm ignis caliditatis primas partes iam assecutus, euadit. Cælestis autem calor cùm vltra aerem in hunc globum extendatur, non est tantę virtutis, vt calidum elementum conficere queat: quinimo propter ni-

Ratio elementarū qualitatū ad cælestis corporis distantiam uel propinquitatem refertur.

Ratio, cur ignis calidus & siccus, necnon leuissimus quoque existit.

Ratio, cur aer calidus et humidus necnon leuis sua pte natura esse censetur.

Ratio, cur aquæ frigida & humida, necnon grauis quoque esse conspicitur.

nimium cæli interuallum frigidum quidem illud remanet, non adeò tamen, vt humore destituatur: graue quoque existit propter crassiciem à frigore proficiscentem, & ad loca decliuia contendit. Hoc nempe elementum frigidæ, humidæque naturæ, à nobis aqua appellatur. Vltimò ex maxima cæli distantia tantus horror partes huiusce globi centro reliquis omnibus proximiores inuadit, vt totum humorem cogat atque constringat, ex quo crassissimum grauissimumque corpus, necnon frigidum & siccum efficitur, quod quidem terrā nuncupamus. Quamobrem aer & ignis, qui propter vicinitatem vberrimum è sydereo fonte calorem, vitam atque salutem corporum inferiorum exhauriunt, cælum vehementer amant; & vbicunque existunt, ipsi appropinquant, vnaque cum eo in orbē perpetuò mouētur. Reliqua duo elementa, terra videlicet & aqua, quia parum caloris & vitæ à cælesti numine impetrarunt, parū etiam ipsum diligūt, neque ipsius curant propinquitatem: quin potius, ut certa stabilique fruantur quiete, neque simul cum eo perpetuò circunducantur, summopere ipsum effugiunt. SO. Si terra infima, & omnium elementorum ignobilissima existit, longiorique quàm vllum reliquorum ab origine vitæ, nempè ab ipso cælo, distat interuallo: cur in ea tot rerum vicissitudines potius

Ratio, cur terra frigida & sicca, necnon grauissima esse uidetur.

Ratio cur aer & ignis uehemētissimo, terra uero & aqua remissiore amore cælū ipsum prosequuntur.

tius quàm in vllo cæterorum elementorũ generantur? Veluti tot lapidum genera; quorum nonnulli sunt ampli, conspicui, atque formosi; nõnulli insuper clari ac pretiosi existunt: veluti metalla non solùm ignobiliora, vt ferrum, plumbum, æs, stamnum, & Mercurius; verũetiam rutilantia & magni æstimata, vt aurum atque argentum: veluti herbarum, florum, arborum, & fructuum, qui è terra prodeunt, mira varietas: ueluti tanta multitudo & diuersitas animalium, quæ quidem omnia terram tanquam communem matrem venerantur. Etsi enim in mari nonnulla plantarũ, & innumerabilia ferè animantium genera oriuntur, necnon quàmplurimæ auium species aerem passim discurrunt: omnia tamen uiuentia terræ munificẽtiam ac liberalitatem erga sese agnoscunt, & in ea præsertim tanquam firma stabiliq; sede consistunt. Id autem in primis terræ nobilitatem ac præstantiam comprobare videtur, quòd in solo hoc elemento humanam speciem omnium eorum, quæ cæli complexu continentur, longè perfectissimam atque excellentissimam, nasci, & habitare videmus; quæ in nulla sphera aliorum trium elementorum gigni, aut collocari potest. Qua igitur ductus ratione terram inter omnia quatuor elementa viliorem esse, & ad mortem propius accedere modò pronunciasti? PH.

Ratio cur in terra tantummodo, cum ipsa omnium elementorum ignobilissima, & a cælo quàmaximè remota existat, tot nobilissimorũ mixtorũ genera nasci conspiciuntur.

Etsi terra propter maximam à cælesti corpore distantiam suapte natura crassior, frigidior, inferiorque existit, vitamq; minus quàm reliqua participat elementa: tamen quia centro immobilis vndiq; hæret, eiusque singulæ partes in centro firmissimè arctissimeque coniunguntur, ac vniuntur; hac de causa omnes stellarum, planetarum, & corporum cælestium suscipit radios, atque influxus in vnum conuenientes & congredientes: qui præter proprias alienas quoque cæterorum trium elementorũ virtutes omnes simul in eam cõportantes, tot, ac tantas temperaturas conficere valent, quarum beneficio singula à te modò enumerata in terris oriuntur. Hoc autem in aliorum trium elementorum regionibus fieri minimè posset: nulla enim earum, omnium cælestium atq; elementarium virtutum commune est receptaculum, sed in terra omnes vniuntur: per alia quidem elementa transeunt ac disperguntur; in sola autem terra tum propter eius crassitiem, tum etiam quia in centro collocata omnium radiorum impetus & ictus fortissimè excipit, consistunt & coniunguntur. Quamobrem reliqua elementa cælestis corporis scorta & concubinæ iurè vocari possunt: sola autem terra est eius propria & legitima coniux; quia cælestia semina vel pro omnium, vel pro plerorumque mixtorum saltem generatione fe-

fœcundissimo terræ vtero excipiuntur, & ipsa maternum præ se ferens amorem, numerosam & formosissimam prolem suam fouet ac nutrit. SO. Ambiguitatem meam optimè explicuisti, nunc ad propositum reuertamur. Dic igitur vtrum reliquæ rationes, quæ tùm inter homines, tùm inter bruta mutuam conciliant amicitiam, in elementis quoque aliisque corporibus sensu & uita destitutis reperiuntur. quarum quidem tertia erat beneficij, secunda posteritatis, primaque appetentiæ & voluptatis generandi. PH. Ratio beneficij in elementis vna eademque cum ratione generationis ipsorum, esse videtur: genitum enim generantem vt beneficum amat, generans autem genitum vt beneficiarium diligit. In his verò, quæ ex elementis generantur, ratio quidem successionis sincerè distinctéque reperitur; quemadmodum eorum comprobatur exemplo, quæ ex vaporibus à terra marique ad sublimiora ascendentibus, in aerea gignuntur regione: nanque si huiusce modi vapores humidi extiterint, in pluuiam, niuem, aut grandinem conuertuntur; quæ mox ad mare, terramque velut communem eorum matrem inueniendam impetu quodam amatorio descendunt: si verò vapores illi fuerint sicci, ex eis uenti, igneæque generantur impressiones: & uenti quidem vehemen-

Amor tum ex beneficio accepto, tum etiã ex successione siue origine sumptus in elementis, atque in mixtis eleganter admodum reperitur.

ter spirantes, ad aerem contendunt; ignea autem supremum & primum omnium elementorum querentia, altius conscendunt: vtrunque propriæ originis & elementi, à quo tanquam à patre exordium sumpsit, impulsum amore. Lapides quoque & metalla, quæ è terra ortum suum deducunt, quando extra ipsam existunt, ad eam celeriter ferri, nec vnquam quiescere, nisi postquàm terrenum nacta fuerint elementum, videbis; non secus ac filij matres summo studio querunt, & sæpe inclamant, nec vnquam nisi eis inuentis quiescere conspiciuntur. Terra quin etiã ea generando, retinendo, & conseruando, maximã ostendit charitatem. Plantæ præterea, herbæ, & arbores terram communem matrem & genitricem tanto prosequuntur amore, vt incolumes ab ea nunquam recedere velint: quinimo radicibus tanquam brachijs velut infantes materna vbera, eam studiosissimè complectuntur. Terra autem piæ ac sedulæ matris munere fungens, non tantùm maxima charitate, & ingenti amore accensa eas gignit: verũetiam proprio internoque humore ad externam superficiem expresso, eas nutrire, atque in uita conseruare summopere studet; nempè matrem in hoc imitata, quæ ex visceribus ad vbera lac emittit, vt paruulis filijs conueniens subministret alimentum. Quòd si ipsa fortasse tempo-

Omnia mixta tam animata quã inanimata terrã velut communem matrẽ filiorũ more venerantur, et ab ipsa tanquam charissimi filij materno quodã affectu diliguntur.

perum iniuria & inclementia nimis arida exu staque fuerit, supplicibus votis atque humillimis precibus pluuiam à cælo & aere contendit; ipsamque vaporibus propriis, ex quibus sursum ascendentibus aqua conficitur pluuialis, pro suis plantis, suisque animantibus nutriendis emere atque impetrare periclitatur. Quæ mater in filios pietatem & charitatem maiorē vnquā ostendere posset? SO. Mirū est quidem terrā exanime corpus tātam filiorum suorum curam habere: multò autem magis eum suspicere debemus, qui terram pro liberorum suorum salute adeò uigilantem & laborantem confecit. Reliquum est tantummodo, vt primam rationem mutui animalium amoris, quæ ex desiderio sumitur & voluptate generandi, elementis & corporibus accommodes sensu destitutis. PH. Amor generandi in elementis, & materia horum inferiorū largius & vberius, quàm vllus alius superiorum reperitur amorum. SO. Cur præter simplicia corpora, materiæ quoque nunc mentionem fecisti? Est ne alia horum inferiorum materia præter quatuor elementa, ex quibus omnia reliqua, quæ in hoc inferiori mundo generantur, gigni conspiciuntur? PH. Verum est hoc quidem: sed cum eadem quoque elementa generari passim videamus, inueniendum profectò est aliquid, ex quo generantur. SO. Ex quo-

Amor generandi in elemētis, & in cōmunißima infra rerū omnium inferiorū materia distinctè admodū reperitur.

nam? Vnum quippe elementum ex altero generatur. Aquam enim ex aere, aerem ex aqua, ignem ex aere, aerem ex igne frequenter fieri uidemus. Simile quoque de terra est dicendum. PH. Verum hoc quoque existit. Sed rerum, quæ ex elementis generantur, ipsamet quatuor elementa sunt materia atque subiectum, quæ in re ex eis genita, mirabili quodam artificio & uirtute quadam simul compacta ac unita remanent, atque cernuntur. In elementorũ uerò mutua generatione haud possumus unum alteri tanquam materiam substernere. Quando enim ignis uertitur in aquam, haud remanet ignis in aqua: imò corrumpitur ignis, & generatur aqua. Quapropter aliquam communem materiam omnibus aßignare oportet elementis, in qua singula eorũ uicißitudines fieri poßint, quæ uerbi causa cùm iam conuenienti alteratione prius disposita, aeris formam est induta, nunc eam aeris formã exuens forma aquæ uestitur. Idem de aliis elemẽtorũ cõmutationibus prorsus est sentiendũ. Hæc à philosophis prima materia nuncupatur, & à priscis sapientibus chaos, quod confusionẽ significat, fuit appellata: quia in ea omnia, quæ generantur, potestate quadã, & confusè simul implicita continentur; et ex eadem singula distinctè, et ordinata quadam serie in lucem prodeunt. SO. Verùm quodnam ge-

Rerũ, quæ ex elementis generantur, ipsamet quatuor elemẽta sunt materia atque subiectum.

Materia prima propter mutuas quatuor elementorũ commutationes a naturalibus philosophis fuit adinuenta.

Chaos confusionẽ significat.

genus amoris ipsi attribui potest? PH. Materia ex sententia Platonis appetit & amat omnes formas rerum, quæ generātur, ut fœmina marem. Vnde cùm eius appetitus ac desiderium tàm longè lateq; discurrens, præsentia unius tantùmmodo formæ nequeat expleri, aliarum formarum, quas non habet, maximo tenetur amore; & ideò priorem relinquens, alteram statim assumit. Quapropter cùm omnes formas simul et semel suscipere minimè possit, singulas unā post alterā quadā recipit successione. Vniuersas quidem formas omnibus suis partibus unà cōprehendit: uerū unaquæq; earum partiū, cùm omniū formarum amore frui quāmaximè appetat, hinc fit ut assiduè ex una in alterā ordine quodam seruato feratur; quia una tantummodo forma eius immensum ferè, & inexplebilem appetitū, atque amorem exatiare haud ualet. Sicut igitur à prima materia continua formarum, quæ ipsi deficiunt, generatio, tanquā à causa proficiscitur: ita ex eadem perēnis formarū, quas possidet, corruptio, tanquā è fonte quodā emanare uidetur. Vnde nonnulli eam meretricem appellant; quia nec singularē, nec stabilē ullum habet amantem: imò quādo cū uno concūbit, ipsum relinquere, & alteri se prostituere studet. Huius tamen adulterij causa mūdus iste inferior tanta, tāq; admirabili rerum, & elegantium formarum re-

Materia prima formas oēs ut fœmina marē ingenti amore prosequitur.

Ex materia prima tāquā ex cōmuni radice rerū omniū inferiorū generatio & corruptio proficisci uidetur.

Materia prima a nonnullis meretrix haud īmeritò fuit appellata.

repletur atque exornatur diuersitate. Quapropter amor generandi huic primæ materiæ insitus, & nouarum nuptiarum perpetuũ desiderium; & voluptas, quã varij differentesq; afferunt ei concubitus, est causa indeficientis rerum istarum inferiorum generationis. SO. Amorem, & appetitum, necnon inexplebile desiderium materiæ primæ, optimè uideor percepisse. Illud modò scire vellem, quinam amor gignendi in quatuor elementis inter sese quàmaximè contrarijs, potest reperiri. PH. Ipsorum quatuor elementorũ quamuis inter sese oppositorũ mutuus amor, generationis omnium mixtorum, quæ ex eis constant, haud contemnenda causa esse videtur. SO. Qua ratione? PH. Quia etsi elementa propter eorum hostiles naturas, diuersas ac separatas sedes incolunt, cùm ignis & aer propter calorem et leuitatem inferiorem locum effugientes, sursum euolent; terra verò & aqua propter frigus & grauitatem superiori aduersantes regioni, deorsum contendant: sæpius tamen cæli benignitate atque fauore intercedente, propter motus & radiorum ipsius diuinam virtutem in amicitiam coeunt; itaque permiscentur, vt omnia vnanimia in vnum tandem corpus, & in vnam coalescant qualitatem: quæ quidem amicitia est idonea, ac valde accommodata, vt primum illud subiectũ alias formas elemen-

Amor mixtorum generandorũ quatuor elementis infusus.

Cælum est potissima causa ut quatuor elementa quãuis suapte natura contraria permisceantur, in unũq; coniũgãtur.

mentaribus longè nobiliores atque præstantiores, & plurium ac differentium perfectionum, cæli virtute consequatur: semper tamen elementa in huiuscemodi mixtione tãquã propria materia, & totius cõstructionis immobile fundamentum remanere conspiciuntur. S O. *Quibusnã formis elemẽta mutua eorũ intercedẽte amicitia insigniũtur? et quot sunt huiuscemodi formarum ordines?* P H. *Primam ac tenuiorem amicitiæ classem occupant mixtorum formæ inanimorum, vt lapidum; quorum aliqui obscuri, quidam clariores, nonnulli splendidi atque præclari existunt: quibus quidem terra duritiem, aqua claritatem, aer diaphaneitatẽ seu perspicuitatem, ignis splendorem ac lucem largitur; quemadmodum in pretiosis lapidibus manifestè perspicitur. Ab hac prima insuper elementorum, atque concordi mixtione, metallicæ formæ proficiscuntur: quorum quidẽ metallorum nonnulla crassiora, vt ferrum ac plumbum; aliqua mundiora & elegantiora, vt æs, stannum, ac Mercurius; quædam denique splendida ac præfulgentia, vt argentum & aurum conspiciuntur. In ijs autem omnibus aquam principatum obtinere illud est maximo argumento, quia igneo calore liquefiunt atque soluuntur. Lapides autem & metalla in eo conuenire videntur, quòd tantò perfectiorem mixti formam sortiuntur, quantò ad ma-*

Ordines seu classes formarũ, quibus elementa, mutua eorũ intercedente amicitia, in unũ coniuncta atque cõmixta superuestiri merentur.

In metallorũ cõpositione siue mixtura aqua obtinet principatum.

Quantò elementa simul iuncta in arctiore societatẽ conspirauerint, &

ad æqualius temperamentum redacta fuerint, tantò nobiliorem perfectioremq; formam accipere uidentur.

iorem amicitiam, & æqualius temperamentum elementa rediguntur. Quòd si elementa inter sese contraria in arctius necessitudinis uinculum, & in æqualiorem conspirauerint societatem, eorum excessibus vndique castigatis; non solùm mixturæ formas, sed alias insuper eis longè nobiliores atque excellentiores consequuntur, quemadmodum sunt animatæ. Et mox quidem vegetantes recipiunt formas; quarum beneficio plantas germinare, nutriri, & vndique augeri, necnon seminum & ramorum suorum diuina propemodum virtute alias sibi similes gignere videmus. Et hac ratione omnes plantarum species generantur; quarum quidem imperfectiores herbæ, perfectiores autem arbores nuncupantur. Inter ipsas autem tantò perfectiorem speciem, & nobiliorem operationem vna quàm altera est sortita, quantò contrariarum naturarum elementa maiori amore & æqualiori, magisque intima amicitia, ad vnius quàm ad alterius cōpositionem concurrerunt. Et hic est secūdus gradus amicitiæ ipsorū quatuor elementorū. Quod si intensior ac vehementior amor maiori concordia atque æqualitate ea coniunxerit; non solùm mixturæ, nec duntaxat animæ nutrientis, augentis, & generantis recipient formas: verùm insuper quoque formis animæ sentientis, quæ sensum, motum localem, phan-

phantasiam, atque appetitum largitur, ue-stientur. Huiusce merito amicitiæ, omnes terrenorum, aquatilium, & volantium animalium species in lucem prodeunt: quorum aliqua imperfectiora nullum motum, nullumque sensum, nisi solum participant tactum: perfectiora autem omnibus sensibus & motu ipso prædita existunt: tantoque magis vna species alteri in propria excellit operatione, quantò in maiorem amicitiam, & concordiorem atq; æqualiorem vnionem ad hanc, quàm ad illam speciem formandam elementa conuenerunt. Hic autem est tertius ordo elementorum amoris. Quartus & ultimus gradus amicitiæ mutuiq; amoris eorundem simpliciũ corporũ ille dicitur esse, quando elementa æqualitatẽ maximam, summamq; pro suis uiribus perfectionẽ in permixtione assecuta, non tantũ mixtas, uegetantes, sentientes, et motrices recipiunt formas: uerùm etiam forma quàmmaximè sincera, atque aliena ab istorum generabilium, & corruptibilium corporum immunda ac tetra fœditate, superuestiri merentur: quæ quidem forma propria cælestium atque æternorum corporum existens, anima intelligens appellatur, & ex omnibus inferioribus in sola humana specie reperitur. S O. Verùm cur solus homo, cùm ex eisdem contrarijs & corruptibilibus, ex quibus cætera quoq; sunt, ele-

Ratio cur omniũ generabilium & corruptibiliu solus

homo formā æternā ac intellectualem sortiri meruerit.

In hominis compositione elementa ad maximā æqualitatē, summaq; vnitatē redacta fuerunt.

elementis fuerit formatus, præter cõmunem aliorum mixtorum legem æterna ac intellectuali forma, corporum cælestium propria, à supremo Deo donatus fuit? P H. *Quia in solo homine mutuus ipsorum elementorum amor tantæ æqualitatis, vnitatis, ac perfectionis extitit, vt omnibus eorum discordijs & inimicitijs compressis atque sedatis, eisque in vnum concorditer coniunctis, corpus quoddam à cuiuscunque contradictionis ac oppositionis genere liberum solutumque conficiat, & corpori cælesti quàm simillimum omni contrario carenti: & hac de causa ea quoque forma intelligibili superinduitur atque æterna, quæ sola cælestia corpora informare meretur.* S O. *Huiuscemodi elementorum amicitiam nunquam me aliàs audisse recordor. Id tantùmmodo scio quòd pro maiori, vel minori eorum complexionis absolutione, corpora quoque ex eis composita maiorem, vel minorem sortiuntur perfectionem.* P H. *Elementorũ complexio eorum existit amicitia: quomodo enim cõtraria odijs, & acerrimis inimicitijs dimissis, in vnum conuenire, & concorditer cohabitare possent; nisi maximus amor, mutuaque intercederet amicitia? Nonnulli hanc amicitiam harmoniam, concentum, & concordiam appellarunt; & meritò quidem: nam sicut inimicitia discordiã, ita concordiam amicitia efficere videtur. Ex quo*

Elementorũ complexio eorũ amicitia haud immeritò nuncupatur.

Empedocles verũ inferiorũ ortum

quo Empedocles ille vir maximæ inter philosophos authoritatis omnium rerum inferiorũ ortum atque interitum in sex causas conferebat, in quatuor scilicet elementa, amicitiam, atque inimicitiam: reuera enim quatuor elementorum inter sese contrariorum amicitia, omnes corporum ex eis compositorum prodit generationes, eorumque inimicitia omnes horum conficit corruptiones: nanque sicut quatuor gradus amoris à nobis superius enumerati, qui in elementorum complexibus conspiciuntur, sunt causæ quatuor modorum compositionis seu generationis corporum, quæ ex eis deriuantur; ita totidem quoq; intelligendæ sunt eorundem elementorum odij rationes, à quibus mixtorũ interitus ac dissolutio proficiscitur. Quapropter sicut omne malum aut interitus, ab istorũ quatuor elementorum odio atque inimicitia prouenit; ita quodcunque bonum vel ortus ab eorundem amore dependet, ac amicitia. SO. Summa cum animi mei voluptate, varia genera, diuersasque rationes amoris a te & docte & eloquenter expositas audiui, quæ in hoc inferiori mundo rerum generationi & corruptioni dedicato reperiuntur; tàm scilicet in hominibus quàm in brutis, necnon in plantis & mixtis inanimis, in quatuor quoque elementis, ipsaque insuper prima materia omnibus communi. Et sentio nimirum, sicut animalium vna spe-

atq; interitum in sex causas conferebat, in quatuor scilicet elementa, amicitiam, atque inimicitiam.

Empedocles.

Epilogus eorum, quæ hucusque dicta fuerunt.

species alterius quidem est amica, eiusque consuetudine delectatur; alteram uerò & odit & fugit: ita plantarum species nonnullas sese mutuò diligere, simulque nasci; & si fortasse unà fuerint consociatæ, multò melius germinare, atque uberius; nonnullas uerò inter sese maximas gerere inimicitias, & appropinquatas sese inuicem corrumpere. Metalla quoque in eadem cauea quædam simul nasci & commisceri uidemus, quædam uerò minimè. Idem de gemmis iudicium est faciendum. Magnetem præterea à ferro tantopere diligi atque amari conspicimus, ut nulla suæ grauitatis & ponderis habita ratione, ad eam inueniendam statim proficiscatur. Denique nullum sub cæli complexu uideo corpus reperiri; quin amore, desiderio, atque appetitu aliquo uel naturali, uel sensibili, uel uoluntario afficiatur, quemadmodum tute dixisti. Verùm cælestia corpora, & spiritales illi intellectus absurdi profectò mihi uiderentur, si amare seu diligere dicerentur; cùm nulla earum affectionum, quæ corporibus istis mortalibus conuenit atque caducis, in illis debeat collocari. PH. In corporibus cælestibus, necnon in spiritibus intelligentibus amor non secus ac in istis inferioribus reperitur; sed longè eminentior, & maioris utique excellentiæ ac perfectionis. SO. Hoc nempè addiscere pergratum mihi foret: princeps enim & com-

Amor in cælestibus corporibus, nec non in spiritibus intelligentibus longè eminentior, perfectior, atque excellentior, quã in istis inferioribus reperitur.

communior amoris origo, ipsa generatio esse uidetur: quæ quidem cùm à rebus æternis alienissima prorsus existat, quo pacto amorem eis vnquam tribuemus? PH. Illa quidem cùm nec vnquã sint genita, nec aliquando corrumpenda, nec ortui, nec interitui profectò subijciuntur. Verùm generatio istorum inferiorum à cælo tanquam à vero & legitimo parente proficiscitur: quemadmodum eiusdem generationis matrem materiam primùm, deinde elementa, terram præsertim tãquam cæteris manifestiorem esse, iam declarauimus. Non minus autem patres quàm matres, imò forsitan excellentius atque perfectius communes liberos amare, ac diligere solent. SO. Paternum cæli amorem erga ista inferiora diffusius questo pertracta. PH. Illud summatim atque asseueranter tantùmmodo nunc tibi dico, quòd cùm cælum omnium eorum, quæ oriuntur, cõmunis parens, super globum materiæ primæ in orbem perpetuò circunducatur; vniuersas illius partes tùm commouendo, tùm permiscendo potissima causa existit, vt ipsa omnia genera, species, ac indiuidua huiusce mundi inferioris pariat atque producat: quemadmodum fæmina quoque à mare compressa commotaq́ue, filios gignit. SO. Clarius atque vberius miram istam propagationẽ pertractare te vellem. PH. Materia prima ad fæminæ simi-

Generatio rerum inferiorũ ad cælũ taquã ad patrẽ, & ad primã materiã uelut ad matrẽ est referenda.

Cælum ad primam materiam eandẽ, quam uir ad sibi dilectam coniugẽ, rationẽ obtinere uidetur.

Quatuor elemẽta ad materiam

primam, propter mixtorũ generationem, disponendam atque perficiendam concurrunt.

litudinem vterũ gestat, qui humorem se vbique nutrientem, spiritum se vndique penetrantem, naturalemque calorem optimam temperiem & vitam sibi præstantem, recipit, imbibitque. S O. Vnamquamq; istarum partium declara. P H. Terra est corpus ac moles primæ materiæ omnium influxuum à cælo tanquam à viro descendentium commune quoddam receptaculum, aqua est humor eam nutriens, aer est spiritus ipsam penetrans, ignis est naturalis calor temperiem vnà cum vita ei tribuens. S O. Qua ratione cælum gignendi virtutem in terram influit? P H. Totum cæleste corpus, mas terram vndique circundans, atque complectens existit: ipsa, etsi quiete ac stabilitate gaudet; sui viri tamen maximo motu excitata & expergefacta, parumper saltem mouetur: verùm humor, spiritus, naturalisque calor; aqua videlicet, aer, et ignis motu virili corporis cælestis exagitatur: quemadmodũ in fœmina quoq; hæc tria coitus tempestate ex maris motu commouentur, etsi ipsa nullam corporis motionem præ se ferat: quinimo quieta & immota consistat, vt semen viri fæcundum, melius atque commodius suscipere possit. S O. Quodnam semen cælum in terram demittit, & quomodo ipsum demittere potest? P H. Semina, quæ terra à cælesti coniuge recipit, sunt rores & pluuiæ: quæ qui-

Cælũ in terram non secus ac mas in fœminam fæcũdissimum semen suũ transfundere videtur.

Semina, quæ terra a cælesti coniu

quidem radiorum Solis, & Lunæ, & aliorum Planetarum, necnon fixorum syderum virtute in terra, ac in mari omnes species, omniaq; indiuidua corporum compositorum, ex elementis vno illorum quatuor, quos supra dixi, modorum gignunt, atque producunt. S O. Quænam propriè hoc tàm mirandum semen formare dicuntur? P H. Totum cælum motu suo continuo ipsum producit, quemadmodum totum quoque humanum corpus communiter ad spermatis formationem concurrit: & sicut vniuersum corpus nostrum ex membris homogeneis, id est eiusdem naturæ; vt ossibus, neruis, venis, pāniculis, atque chartilaginibus, præter carnem intermedia spatia replentem, constituitur: ita vastissima orbis octaui moles ex stellis fixis diuersarum ac differentium naturarum componitur; quæ in quinque magnitudines, & in sextam quandam speciem nubilorum luminū diuiduntur, substantia perspicui cuiusdam corporis flammas illas dispersas continuante, & loca illa intermedia explente. S O. Septem autem planetæ in mundani seminis procreatione quo munere funguntur? P H. Septem planetæ septem membra eterogenea, id est organica in huius seminis formatione, primas partes obtinentia existunt: quémadmodum hominis quoque septem partes præcipuè ad spermatis generationem concurrunt.

ge recipit, sunt rores & pluuiæ.

Cælum cum humano corpore confertur.

Stellæ octaui orbis non secus ac membra homogenea, septē autem planetæ haud aliter quàm mēbra eterogenea ad rorium et pluuiarū quasi ad mūdani seminis procreationē concurrunt.

Septē mēbra præcipuè ad humani spermatis confectionem requiruntur, cor, cerebrū, iecur, lien, renes, testes, & penis.

SO. Eas omnes obsecrò declara. PH. Humani spermatis confectio primùm cordi attribuitur, qui spiritus vnà cum naturali calore tanquam formam ei largitur: cerebrum dein de humorem tanquam materiam ei præstat: tertiò iecur suaui quadam concoctione, & parte sanguinis puriori collata, ipsum confectum atque elaboratum reddit: quartò lien postquā attrahendi sibi ingenita virtute illud ab atræ bilis sordibus diligenter repurgauit, crassum, glutinosum, atque ventosum ipsum efficit: quintò renes vehementi concoctione, flaua præsertim bile, quæ à fele assiduè & copiose sibi subministratur, adiuncta, acrimoniam, mordacitatem, & feruorem quendam cum eo communicat: sextò sperma à testibus extremam manū & diuinam illam gignendi accipit virtutem: septimo & extremo loco per penem in fœminam ipsum recipientem transmittitur. SO. Qua ratione hæc septem membra organica ad humani seminis generationem concurrunt, optimè nimirum percepi. Verùm quam conuenientiam cum septem planetis, atque similitudinem possunt habere? PH. Eodem modo septem cælestis corporis planetę ad mundanum semen conficiendum concurrunt. SO. Quo pacto? PH. Sol est cor ipsius cæli, naturalis ac vitalis caloris origo, è terra, marique vapores educentis: ex quibus pluuiæ & rores fæcun-

Conuenientia septē cōmemoratorū mēbrorū, quæ ad humani sper-

30.

cundissima mundi semina, tùm radiorum, & aspectuum solarium virtute, tùm etiam quatuor temporum anni vicissitudine à proprio solis motu proficiscente, & generantur, & iam nata ad terram deuehuntur. Luna cerebrum existit cælestę seminalibus humiditatibus pręfecta: propter cuius quidem mutationes mutantur venti, pluuiæque descendunt: ipsaque nocturnum humorem, & rorem conuenientissimum seminibus nutriendis pabulum, fertur generare. Iupiter est hepar celeste, miti & temperato suo calore atque humore ad aquarum generationem, aëris salubritatem, ac tēporum commoditatem multùm proficiens. Saturnus est cæli ipsius lien: qui sibi ingenito frigore & siccitate vapores crassiores, & latices gelidos reddit; uentosque excitat ad pluuias deferendas accommodatos; necnon caloris in corporibus rarefaciendis & resoluendis immodicas vires, temperat, atque retundit. Mars in cælo felis, & renum habet rationem: qui acri suo calore vaporum ascensioni plurimùm conducit, aquas liquefacit; fluitantes, subtiles, penetrantes, & seminali calore fæcunditati quàmmaximè congruente præditas, ipsas reddit: ne aliquando Saturni, & Lunę immodicum frigus, propter caloris inopiam semen ad rerum generationem inhabile conficeret, atque ineptum. Venerem cæli testes non im-

matis confectionē requirũtur, cũ septē planetis in roribus & pluuijs quasi in mundi seminibus procreandis.

immeritò quispiam appellaret: hæc enim ad optimas aquas, et satis pinguefaciendis non parùm idoneas, generandas maximum affert momentum; propterea quòd temperatum quendam humorem, perfectè digestum, rerumque terrestrium generationi optimè consulentem, fuit sortita. Vnde propter proportionem, & propinquitatem renum, ac testium in humani spermatis confectione cõpertam, finxerunt poetæ Martem, & Venerem sese maximè adamasse. Alter enim acrimoniam, altera verò laudabilem quendam humorem semini ipsi largitur. Mercurius cœlestis coles iurè vocari potest, modò directus, modò retrogradus; pluuias aliàs excitat, aliàs comprimit: Solis appropinquatione, Lunæque aspectibus præcipuè excitatur, non secus ac penis ipse propter desideriũ & impetum cordis, necnon ob imaginationẽ atque memoriam cerebri, extendi, erigique videtur. Quamobrem perspicere iam potes Sophia cælum ipsius terræ amantissimum coniugem esse, cùm omnibus suis membris tàm organicis quàm homogeneis moueatur, ac totis viribus contendat, vt semen in eam transfundat, in eaque tot & tàm diuersas res generet atque producat. Nonne vides tàm solicitam diligentiam, tamque miram prouidentiam continuari minimè posse; nisi à feruentissimo atq; absolutissimo cæli vt viri generantis ergà terram

Ratio, cur poetæ Martem et Venerem sese mutuò adamasse finxerunt.

Cælum & terra nõ secus ac uir et uxor sese mutuò: amboq; res ex eis genitas haud aliter quã parentes ipsos liberos:itẽq; res genitæ cælum ac terrã tãquã filij parentes adamare videntur.

ram cæteráque elementa, ipsámque primam materiam tanquam propriam mulierem, uel amicam, vel vxorem, amore conseruaretur? & nisi cælum paternam erga res genitas tāquam proprios filios in eis tùm nutriēdis, tùm conseruandis, beneuolentiam, & charitatem retineret? Terra quinetiam & materia cælū vt sibi dilectum coniugem, uel amantem, à quo plurima accepit beneficia, diligere videtur. Res quoque genitæ cælum ipsum tanquā solicitum patrem, & filiorum suorum saluti optimè consulentem atque prospicientem, amare conspiciuntur. Huius igitur mutui amoris vinculo tùm corporum vniuersitas coniungitur & colligatur, tùm etiam mundus ipse stabilitur & exornatur. Quodnam euidentius argumentum, atque efficacius ad amoris communitatem demonstrandam hoc poteſt afferri? SO. Mirificus quidem est terræ ac cæli coniugalis & mutuus amor: nec minorem certè admirationem inducunt vxoris viriq; propriæ conditiones, quæ in terra & in cælo reperiuntur, vnà cum septem planetis similitudinem maximam & conuenientiam habentibus cum septem nobilioribus membris, quæ ad spermatis humani procreationem concurrunt. Verùm memini me aliâs intellexisse septem planetas è sententia astrologorum septem hominis membra referre atque repræsentare,

non ea quidem, quæ à te modò enumerata generationi famulantur: verùm potius ea exteriora, quæ in capite sita & collocata, sensibili atque interiori deseruiunt cognitioni. PH. Septem planetas septem capitis nostri partes sensui & cognitioni deseruientes, significare verè quidem dicitur. Sol enim dextrum oculum, Lunaque sinistrum, cùm ambo cælestes oculi existãt, figurare videntur. Saturnus dextram, Iupiterque sinistram aurem; vel contrà repræsentare dicuntur. Mars dextrum, læuumque Venus narium foramen; vel econtrario referre pronuntiantur. Mercurius linguæ & ori præsidet: eloquentiæ enim, & doctrinarum Princeps fuit designatus. Sed hoc nullius est impedimenti, quin, vt Astrologi testantur, septem planetarum imperium ad septem quoque humani corporis membra in seminis confectione elaborantia, quæ suprà enumerauimus, extendatur. SO. Cur idem septenarius numerus vtrique humanorum membrorum generi tàm aptè ac ad amussim conuenit & quadrat? PH. Quia in humana specie septem membra cognitioni destinata septem membris ad generationem requisitis mirum in modum consentiunt, atque respondent. SO. Quo pacto? PH. Cor & cerebrum in vniuerso corpore eandem, quam oculi in capite, habent rationem. Iecur, & Lien cum duabus

Septẽ planetæ cũ septem capitis nostri partibus sensui & cognitioni deseruiẽtibus nõnullam conueniẽtiam atque similitudinẽ retinent.

In humana specie septẽ membra cognitioni destinata septẽ membris ad generationẽ requisitis mirificè consentiunt atq; respondent.

bus auribus conferri possunt. Renes, ac testes duobus narium foraminibus assimilantur. Penis tùm situ & figura, tùm extensione & contractione linguam repræsentat. Ambo quoque consimilem sedem & actionem sortita fuerunt: quemadmodum enim coles agitatione sua prolem corporalem, corporeosque liberos gignit; ita lingua disciplinas exprimendo, & eloquendo, sobolem spiritalem ac spiritales partus in lucem edit. Osculum quoque ambobus est commune, vnum ad alterum incitandum accommodatum. Et sicut sex reliqua vnius ordinis membra, linguæ pro acquirenda inseruiunt cognitione; ipsaque tanquam nobilissimum instrumentum, & aliorum finis, clausam, & singularem illam cognitionem communicat, atque resoluit: ita peni sex cætera alterius ordinis membra pro generatione conficienda famulantur, ipseque semen interclusum transmittens, posteritati consulit atque immortalitati. Et quemadmodum lingua inter duas manus est collocata, quæ instrumenta exequendi quæcunque cognoscuntur, atque dicuntur, aptissima existunt: ita coles inter duo iacet crura, motus ad fœminam nobis adiungendam expeditissima quædam instrumenta. S O. Proportionem & conuenientiam inter membra caput circundantia, quæ cogni-

Maxima penis & linguæ similitudo.

gni-

gnitioni sunt consecrata; & inter membra per vniuersum corpus dispersa, quæ generationi sunt addicta, optimè percepi. Verùm dic quæso, cur in cælo quoque duæ planetarum classes cognitionem & generationem sibi diuidentes, non conspiciuntur, vt similitudo inter cæleste & humanum corpus perfectior foret ac absolutior? PH. Cęlum propter suā simplicem & spiritalem naturam eisdem membris atque instrumentis corpora ista inferiora gignit, atque cognoscit. Vnde cor ac cerebrū, quę fecundissimum cęli semen producunt, sunt oculi, quibus videt, & sol lunaque vocantur: iecur & lien seminis moderatores, sunt aures, quibus audit, & Saturnus Iupiterque appellantur: renes ac testes semen perficientes, sunt nasi meatus, quibus olfacit, & Mars venusque nuncupantur: penis semen transmittens, est lingua Mercurialis, cognitionem dirigens atque gubernans. In homine verò cæterisque perfectis animalibus, etsi cæli imagines ac simulachra quædā existunt: necesse tamen fuit membra cognitionis à membris generationis separari atque discerni, illis quidem in superiori capitis sede collocatis, his autem ad inferiorē corporis locum detrusis; conuenientię tamen atque proportionis ipsorum habita ratione. SO. Hactenus à te dictis quidem acquiesco. Verùm id insuper mihi dubium restat, quòd tu

Cælū propter suā simplicissimā, maximeque spiritalē naturā eisdē mēbris atque instrumētis, septem videlicet planetis, corpora ista inferiora gignit atque cognoscit: quod quidem in hoīe, cæterisque perfectis animantibus usu uenire minimè potuit.

tu cęlum cum viro, materiam verò & terram reliquaque elementa cum fęmina contulisti: ego autem hominem non tantùm cęli, sed vniuersi corporei simul atque incorporei simulachrum quoddam esse, à pluribus audiui. PH. Verum quidem illi sentiunt: homo enī totius ac vniuersi artificiosissima existit imago; & hac de causa à Græcis μικροκόσμος appellatur, quasi paruum dixeris mundum. Attamen homo et quodcunque aliud animal perfectum in seipso & marem, & fæminam continet: singulæ enim species in vtroque sexu indifferenter, non autem in altero tantùm consumuntur. Quamobrem non solùm apud latinos homo marem & fæminam communiter significat: verùmetiam in hebraica lingua linguarum omnium antiquissima origine, & vetustissima matre Adam, quæ quidem vox hominem sonat, tàm marem quàm fæminā, vtrunque simul complectitur: & philosophi cælum animal quoddam perfectum esse prædicant. Pythagoras quoque dextrum atque sinistrum cælo non secus ac perfecto cuicunque animanti attribuere solebat; cùm cæli ab æquinoctiali vsque ad polum arcticum, quem nos septentrionem vocamus, medietatem dextram appellaret; propterea quòd ab æquatore versus hunc polum stellas in octauo orbe collocatas longè plures, maiores, & clariores quàm

Homo à Græcis μικροκόσμος, quasi exiguus quidam mundus nūcupatur.

Homo, & quodcunq; aliud aīal perfectū in seipso marē simul et fæminā cōprehēdit.

Adam apud Hebræos hoīem significat, & marē simul fæminamq; complectitur.

Cælū apud philosophos est aīal quoddā perfectū.

Pythagoras duas tantūmodo perfecti aīantis differētias, dextram videlicet atq; sinistram cælo attribuere solebat.

quàm ab eodem ęquatore versus alterum polum suspiciebat: easque in plaga terræ septentrionali sibi suppositas, plures atque præstantiores effectus, quàm in altera producere existimabat. Alteram autem cæli medietatem, quæ à linea æquinoctiali vsque ad polum antarcticum nobis incognitum extenditur, sinistram vocabat. Aristoteles verò cęlum animal quoddam perfectum esse consentiens atque confirmans, ei non tantùm duas prædictas animalis partes, dextram videlicet ac sinistram attribuit: verùm pręter eas alias quoque perfecti animantis differentias accommodauit; anteriorē scilicet & posteriorem, quę facies & terga dicuntur; necnon superiorem & inferiorem, quæ caput ac pedes nuncupantur: in perfecto enim animali omnes istę sex partes diuisę atque distinctę proculdubio conspiciuntur; & dextra leuaque alias quatuor supponunt, nec sine ipsis reperiri vnquam possent: dextra enim & lęua sunt partes, quę latitudinem corporis animantis metiuntur: superior atque inferior, caput videlicet ac pedes sunt partes eius longitudinē terminantes (longitudo autem naturę ordine latitudinem pręcedit) anterior atque posterior, facies scilicet ac terga, sunt partes corporis sentientis profunditatem definientes, quę quidem dimensio tùm longitudinis tùm latitudinis fundamentum

Aristoteles cælo nō secus ac perfectißimo cuidā animanti sex omnes differētias positionis accōmodauit.

. n.

tum existit. Quapropter cùm in cęlo dextra ac sinistra reperiantur, quẽadmodum Pythagoras ipse sensit: necesse est quoque alijs quatuor partibus reliquarũ duarũ dimensionũ ipsum preditũ esse; hoc est capite & pedibus lõgitudinẽ, facie & scapulis profunditatẽ designantibus. Illud insuper Aristoteles addit; quòd nec polus noster dexter, nec alter polus sinister uocari debet, vt Pithagoras voluit: quia differẽtia harũ duarũ partium, & excessus ille, quo una alteri pstat, haud ex natura ipsius corporis cælestis; sed ex situ, & relatione, quã ad nos hẽret, in cælesti corpore reperiretur. Forsitan etiã in medietate illa nobis incognita & cælũ maiori stellarũ numero, & terra pluribus regionibus affluit atq; abundat: quod quidẽ tẽpestate nostra Lusitanorũ et Hispanorũ mirificæ nauigationes partim verũ esse indicarũt. Quibus rationibus adductus Peripateticorũ Princeps dextrã in oriente, læuã in occidẽte collocauit; & totũ cæleste corpus aĩalis forma figurauit verticẽ in antarctico polo nobis semp occulto, & pedes in arctico seu boreo habentis; & hac rõne dextra in orientẽ, in occidentẽ læua extẽditur atq; porrigitur. Facies aũt cæli superius cõspicuũq; dicitur hemisphęriũ: terga aũt hemisphæriũ inferius atq; occultum appellantur. Quamobrẽ cùm totũ ac vniuersum homo, animalq; perfectum marem & feminã simul com-

Aristoteles dextrũ & sinistrũ in cælo nõ duobus polis, quẽadmodum Pythagoras, sed oriente & occidẽte potius determinandum esse iudicauit.

Aristoteles totum cæleste corpus animalis forma figurauit.

complectens existat, & cælum duorum alterum esse omnibus suis partibus integrum atque absolutum constet; nimirum ipsi masculũ atque virilem, terræ autem cæterisq; elementis, primęque materiæ fœmineum ac muliebrẽ sexum assignare debemus: & ambo coniugali amore mutuaque beneuolentia à Deo Optimo Maximo in æternum coniuncta ac deuincta fuisse, quemadmodũ superius diximus, est concludendum. S O. *Similitudinem inter cælum & animal; & sex partes ingenitas ac differentes animantis, quas tàm aptè ac artificiosè Aristotelis doctrinam secutus, cælesti corpori accommodasti, maximè gaudeo didicisse. Plantas autem manifestè perspicio capitis tantùm & crurum differentiam participare; cùm radix verticis, & frondes pedum rationem obtineant; atque in superiori inferiorique parte animal inuersum repræsentent: reliquę verò quatuor differentiæ nequaquam illi aptari possunt; neque enim faciem, neque terga, neque dextram, neque læuam habere conspiciuntur. Sed ex eo, quòd Aristoteles orientem dextrã, & occidentem læuam cæli appellat, dubium quoddam mihi occurrit: nec enim ortus nec occasus vnus & idem omnibus incolis terræ esse videtur; quinimo oriens noster ab ijs, qui sub nobis habitant, ac Antipodes nuncupantur, occidens appellatur; & noster occasus est ip-*

Plantæ duas tantũmodo positionis differentias obtinuisse videtur, superiorẽ atq; inferiorẽ, radicẽ videlicet ac frondes.

Planta aĩal quoddam inuersum repræsentat.

Quæstionẽ illam difficillimam de oriente & occidẽte Cæli in mediũ proponit.

ipsorum ortus: & singulæ cœli partes ab oriente vsque ad occidentem propter ipsius rotundam figuram, à quibusdam terræ habitatoribus oriens, à quibusdam verò occidens appellantur. Quis igitur istorum innumerabiliū ortuum cœli dextra vocari dignus erit? & cur vnus, quàm alter hoc nomine dignior? Si autem quiuis ortus dexter vocari poterit, vnus idemque dexter atque sinister existet. Hanc haud contemnendam quęstionem ne insolutā relinque. PH. Difficultas ista proposita difficiliorem nempè exigit solutionem. Dicunt nonnulli ortum illum cęlestem, qui dexter est appellandus, ad eos referri debere, qui mediā habitabilis terrę incolunt longitudinem ex utraque parte & ortu terminatam & occasu: sibi enim persuadent medietatem longitudinis terrę esse aquis detectam & habitari, alteram verò aquis vndique circunfusam inhabitabilem esse. SO. Verane hæc est opinio? PH. Minimè: compertum est enim maximam orbis terrarum portionem, quę ab oriente ad occidentem peragratur, aquas superemmere, & singulas regiones proprios ortus habere; quorum neuter altero magis dexter est appellandus; cùm presertim eadem pars, quę vni oritur regioni, alteri occidat: ex qua quidem diuersitate vnum atque eundem ortum dextrū atq; sinistrū esse profectò contin-

Confutat nōnullorū sententiam, qui voluerūt ortū & occasum cælestem ad eos dici- xat referri debere, qui mediam habitabilis terræ longitudinē incolunt.

ge-

geret, quemadmodum ipsa optimè deduxisti. Quapropter alij dixerunt signum Arietis dextram cæli, & signum Libræ læuam esse uocandum. SO. Qua ratione adducti? PH. Quia Sole Arietem percurrente; cùm plantæ germinent atque virescant, mundusque renouetur & exornetur, maxima planetæ illius potentia mortalium generi ostenditur ac declaratur. Eo verò Libram occupante, cùm plantæ arescant & mundus ipse consenescat, Solis imperium imminui, eiusque vires frangi ac debilitari videtur. SO. Etsi hoc illis fortasse cõcederetur, haud tamẽ ꝓpterea Aries dexter, Libraue sinistra vocari deberet; quia nec ille in oriente, nec ista in occidente semper consistit: imò ipsorum vterque indifferenter modò in ortu, modò in occasu esse conspicitur; & quando vni oritur, alteri occidit. Aristoteles verò orientem semper dextram, & occidentem semper sinistram cæli partem appellat. PH. Rectè istorum opinionem confutasti, quę quidem tantò maioris conuincitur falsitatis; quia Sol Arietem ingrediens haud omnibus terræ habitatoribus benignum & beneficum sese ostendit: qui enim alteram terrę medietatem incolunt vltra ęquatorem, & polũ antarcticum semper habent sublimem, Antichthonesque appellantur, veris vsum & beneficium Sole in Libra existente consequuntur,

Confutat aliorũ sententiã, qui signum Arietis dextrum, & signum Libræ sinistrum cæli uocandũ esse existimarunt.

tur, qui tunc eos incipit adire: sentiunt autem incommoda autumni Sole Arietem pertranseunte, qui tunc ipsos deserit atque relinquit; diuersa contrariaque illarum ac nostrarum regionum euenta efficiens atque producens. Hac igitur ratione eadem pars cæli & dextra & sinistra vocaretur, prout ad nos vel ad illos referretur. Verùm animalis dextra, & læua semper & quomodocunque dextra læuaque esse conspicitur. SO. Ita est profectò: memini enim me intellexisse eos, qui vltra zonam torridam versus polum australem sedes suas collocarunt, vere frui nobis autumnum sentientibus; & autumni frigore vexari verno tempore nos demulcente. Verumtamen Philo te etiam atque etiam obsecro, vt solutionem aliquam propositæ difficultati velis afferre. PH. Aristotelis interpretes nullam aliam præter duas iam commemoratas solutiones excogitare potuerunt: cùm autem ambarum cognoscerent imbecillitatem, eam, quę pauciora subiret incommoda, reliqua dimissa elegerunt. Tu verò ô Sophia istorum doctissimorum virorum sententiæ atque authoritati acquiesce. SO. Ego non aliorum, sed meum genium sequor: & sentio quidem vnamquamque duarum expositarum solutionum non tantùm mihi, verùm tibi quoque minimè satisfacere. Vt igitur acquiescam, uel Aristotelem

tuum errasse tibi est fatendum, vel solutionē aliquam superioribus meliorem te oportet excogitare. P H. *Cùm mens mea iandiu sit tibi deuota, atque in teipsam conuersa; omnibus tuis petitionibus satisfacere debeo, & omnes animi mei sensus tibi promptè ac liberaliter cogor aperire. Ego alia quadam ratione Aristotelem intelligendum esse censeo, qui sex partium prædictarum munera tùm in cælo, tùm etiam in quocunque perfecto animali existentium, subtiliter admodum declarauit. Scriptum ipse reliquit verticem aut caput, vnde longitudo inchoatur animalis, eam esse partē, à qua prima proficiscitur motus origo; ex capite enim vel ex cerebro nerui, & spiritus motum subministrantes, proculdubio descendūt: dextram verò eam partem vocari, quæ primò moueri conspicitur, vt in omnibus ferè hominibus vsu venit: faciem denique vel anteriorem partem eam nuncupari, ad quam dextræ motus contendit. Reliquæ autem tres differentię his oppositæ, opposita quoque ratione motui ipsi deseruiunt.* S O. *Hoc optimè teneo. Verùm ad difficultatem soluendam accedamus.* P H. *Aristoteles ait dextram cæli eam esse partem, ex qua Sol aliįque planetæ & omnia sydera surgere videntur, & proptereà orientis nomen sibi ipsa vendicauit: nec alicui certę aut determinatæ parti corporis ca-*

Vera propositæ difficultatis solutio.

Dextrū & sinistrū in Cælo, ex Aristotelis sententia, nō ad vllam certā definitāue cælestis corporis partē, sed ad duo

cæleſtis hoc nomen tribuendum eſſe philoſophus mea quidem ſententia iudicat; ſed omnibus nullo diſcrimine habito accōmodari poſſe arbitratur ob id ipſum, quia oriuntur, & ad occidentem proficiſcuntur; non autem quatenus contrario motu, planetarumq; proprio ab occaſu ad ortum contendūt: huiuſcemodi enim motus erraticus ſiniſter exiſtit, & à leua exordium ſumit, & cum ſiniſtræ cuiuſque noſtrum manus imperfecta ac imbecilla motione non immeritò poteſt conferri; quemadmodum contrà alter motus ab oriente ad occidentē, quācunque cæleſtium partum conſtitutionem atque reuolutionem ſumpſerimus, dexter, & à dextra incipere iurè eſt dicendus: cùm enim cæli vertex in antarctico & crura in arctico ſtatuantur, vt Ariſto. dicit; neceſſe eſt profectò, cùm vniuerſum cælum, omneſque ipſius partes ſemper ab ortu in occaſum circunducantur, motum diurnum a dextra, & erraticum à ſiniſtra incheari. Facies autem ſuperius eſt hæmiſphærium inter ortum atque occaſum interiectum, quod cælum dextro petit motu: terga verò eæ cæleſtis corporis partes eſſe dicuntur, quæ latent poſt orientem, & à partibus conſpicuis finientis circuli interpoſitione diuiduntur. SO. Hoc maximè gaudeo intellexiſſe. Verùm ſolutionem iſtam id ſanè conſequi mihi videtur, vt in cælo duæ tātùm par-

potius varia oppoſitaq; cæleſtium motionū genera referendū eſſe videtur: ita vt motus diurnus & primi mobilis prius, dexter, motus verò planetarum ſiniſter iure maximo ſit appellandus.

In cælo duæ tantū poſitionis differentiæ, ſuperior videlicet ac infe-

rior, reipsa sunt diuisæ atq; secretæ: reliquæ verò quatuor differentiæ nō re, sed rōne tantùm motus distinguuntur.

tes, superior atque inferior, vel caput & crura reipsa sint diuisæ atque secretæ, quæ quidē poli nominantur. Reliquæ verò quatuor differentiæ non re, sed ratione tantùm motus distinguuntur. Rectè ne percepi? PH. Rectissimè quidem. SO. Verùm quęnam est ratio tantæ diuersitatis, vt in animalibus omnes sex partes reipsa differant, in cælo autem minimè? PH. Nempè hoc ex eo contingit, quod animal rectà ab vno loco ad alterum incedit, eiusque longitudinis & latitudinis partes reipsa differunt ac distinguuntur. In cælesti verò corpore, quod circulari motu in seipsum reuoluitur ac redit, necesse est quatuor istarum partium reipsa conuenire, easque vnicuique cæli portioni indifferenter vicissitudine quadam tribui ac assignari, sola autem situs ac viæ ipsius motus ratione, distingui. At cæli vertex & pedes, duo videlicet poli; quia non mutantur, nec vnum in alterius locum vnquam transfertur, sed stabiles & immoti perpetuò consistunt; idcirco reipsa differunt ac diuiduntur, quemadmodum etiam in animalibus accidere videmus. SO. Verùm si idem cæli signum ad varias prouincias relatum est & oriens & occidens, idem dextrum atque sinistrū esse proculdubio sequetur. PH. Haud rectè sentis: nam etsi reipsa eadem cæli portio accepta quibusdam populis oriatur, & quibus-

Ratio cur oēs sex differētiæ positionis in aīantibus reipsa, differunt: in Cælo verò duæ tantūmodo reipsa reliquæ uero quatuor ratione duntaxat motus distingui conspiciuntur.

husdam occidat: tamen ratione motus, quem tota cæleſtis moles et ſingulæ eius partes abſoluunt, portio illa communiter oritur, quando in eorum proprio exiſtit oriente; & ratione motus illius ſemper dextra remanet, nunquã autem in ſiniſtram permutatur; quia nec totum cælum, nec vlla ſuarum partium in huiuſcemodi velociſſimo curſu, motu aliquo oppoſito aut contrario huic dextro motui ferri, uel retrocedere aut recurrere vnquam conſpicitur: ſicut in ſeptem errantibus ſtellis vſu venire videmus; quarum quidem proprius motus ſiniſter vocatur, quia recurrunt ac retrocedunt, ut hoc ſecundo motu primæ ac dextræ cæleſtis corporis motioni repugnantes, rerum inferiorum & contrariarum diuerſitatem, earumque continuam generationem efficiant, atque conſeruent. SO. Egregiè quidem te geſſiſti, & propoſitum nodum ſolertiſſimè explicuiſti. Verùm illud inſuper à te addiſcere per cupio, qua de cauſa philoſophi dixerunt ſolum hominem totius ac uniuerſi mirandum quoddam exiſtere ſimulachrum; tùm ſcilicet mundi inferioris ortu ac interitu ſemper exagitati; tùm etiam cæleſtis, necnon ſpiritalis, angelici, atque diuini. PH. A propoſito noſtro de amoris communitate colloquendi nonnihil diſcedimus: verùm quia ex ſuperioris diſputationis argumento hoc quoque deduci uidetur, il-

Hominem a ſapientibus μικροκόσμον, paruũ uidelicet mũdum iurè ap-

pellatum fuisse demonstrat.

illud breuiter, & compendiosè tibi declarare conabor. Omnes tres illi mundi, quos enumerasti, mortalis, cælestis, atque intelligibilis, in homine tanquam in microcosmo diuino quodam artificio includuntur: nec in eo uirtute solùm et actione differre; sed etiam membris, partibus, & locis humani corporis distingui reperiuntur. S O. Singula seorsum declara.

Corpus humanũ in tres principales distinguitur partes, quæ tribus mũdis, elemẽtari uidelicet, cælesti, atq; angelico mira quadã proportione respondent.

P H. Corpus humanum non secus ac mundus uniuersus in tres distinguitur partes: quarum prima infimam, secunda mediam, tertia supremam sedem occupauit. Prima à membrana siue panniculo quodam, qui mediũ corpus nostrũ ex transuerso diuidit, & diaphragma appellatur, principium sumens, usque ad crura protenditur. Secunda super primam collocata, à diaphragmate incipiens sursum usque ad caput ascendit. Tertia omnium suprema caput ipsum existit. Primam sedem omnia ea incolunt membra, quæ alimento & generationi deseruiunt: quemadmodum uentriculus, iecur, fel, lien, mesenterium, intestina, renes, testes, & penis. Hæc autem pars humani corporis cum mundo inferiori generationi obnoxio, potest conferri. Sicut enim in eo ex prima materia quatuor generantur elementa, ignis, aer, aqua, & terra: ita in hac infima parte ex cibo, qui omnium quatuor humorum materia prima uocari potest, ipsi quatuor gignun-

Partis infimæ humani corporis alimento et generationi deseruiẽtis, cũ mũdo elementari siue inferiori perelegans comparatio.

gnuntur humores; bilis calida, sicca, atque sub tilis igni persimilis; sanguis calidus, humidus, ac optimè temperatus, cum aere conueniens; pituita frigida, & humida aquam repręsentans; melancholicus humor, frigidus, & siccus terræ respondens. Et sicut ex quatuor elementis animalia conficiũtur, quę præterquàm quòd nutriuntur atque augentur, sensum quoque motumque participant; necnon fiunt plantæ, quæ & sensu & motu destitutę, aluntur solùm atque augentur: aliaque inanimatorum mixtorum genera in lucem prodeunt; quæ & sensus, & motus, & nutrientis atque augentis expertia facultatis elemẽtorum feces meritò possunt vocari; ut lapides, fungi, sal, & metalla. Ita quoque ex quatuor humoribus in hac prima & infima sede procreatis, membra quędam fiunt, quæ aluntur, augentur, sentiunt, atque mouentur; ut nerui, panniculi, musculi, atque lacerti: alia autem gignuntur, quæ & sensu & motu suapte natura sunt destituta; nutriuntur tamen ac augentur; vt ossa, chartilagines, & venæ. Ex cibo insuper & quatuor humoribus alia generantur, quæ nec sensum nec motum vllum participant, nec nutriuntur, nec augentur, sed feces ac cibi humorumque superfluitates existunt; vt stercus, lotium, sudor, narium purgamenta; & auriũ sordes. Et quemadmodum in inferiori mun-

Quatuor humores quatuor elementis persimiles esse cõspiciuntur.

do animantia quedam ex putredine generantur, quarum plurima veneno sunt infecta: sic etiam ex corruptis humoribus multæ morborum species proficiscuntur, quarum nonnullæ veneni instar hominem ipsum conficiūt. Et sicut denique in mundo inferiori, cælesti intercedente virtute, nascitur animal illud insigne ac spiritale, quod homo nuncupatur: ita ex magis probato ac tenuiori humorum vapore, tenues puriq; spiritus generantur, ad eorum procreationem spirituum vitalium in corde residentium virtute quoque concurrente, qui ad secundam partem corporis humani cælo proportione quadam, vt postea dicemus, respondentem, reducuntur. S O. *Conuenientiam partis vniuscuiusque nostrum inferioris cum sublunari mundo atque caduco optimè intellexi. Nunc ad cælestem transeamus,* P H. *Altera humani corporis sedes, quæ supra septum transuersum collocatur, & ad guttur vsque pertingit, membris spiritalibus fuit assignata; cordi, & ambobus pulmonibus, dextro atque sinistro. In dextro tres, & in sinistro duæ pulmonum particulæ diuisæ atque distinctæ conspiciuntur. Hæc secunda corporis nostri portio cælesti mundo respondere videtur. Cor octauæ Sphæræ est persimile innumerabilibus ferè stellis refulgenti, & ei totius cæli portioni, qua*

Partis mediæ humani corporis cordi, & duobus pulmonibus ascriptæ ad mūdū cælestē mira quædā proportio atque similitudo.

Cor in hoīe octauæ Sphæræ & primo mobili in cælo quàm simillimū eē uidetur.

quæ super ipsam existit, ac primum mobile vocatur: quod cæteris omnibus æqualem, regularem, atque orbicularem motum largitur; suaque perpetua, ac indeficiente motione omnia corpora conseruat vniuersi; & quilibet alius vel planetarum, vel elementorum motus, dummodo continuus existat, ab eo originem deducit. Eadem quoq; ratione humanum cor semper in circulum, & æquabiliter mouetur; nec vnquam quiescit; & sua continua atque æquali motione vniuerso corpori vitam subministrat; & indeficientis pulmonũ anhelitus, atque assidui omnium arteriarum pulsus, prima est origo. In corde omnes spiritus, omnesque humanæ resident uires, non secus ac in octauo orbe coruscantium stellarum; quarum quædam magnæ, nonnullæ mediocres, & aliquæ paruæ existunt; necnon cælestium formarum tanta conspicitur multitudo. Sydereo orbi, & primo mobili septem erratici planetæ statim succedunt, ea ratione ita uocati; quia in motu errare uidentur, cùm modò rectè incedere, modò recurrere, aliàs celeriter, aliàs tardè moueri existimentur: omnes tamen mobile primum consequuntur. Similiter quoque pulmones sunt cordis uelut satellites quidam atque ministri, & frequenti assiduaq; ipsorum motione eius commodis inseruiunt: qui quidem cùm uelut spongiæ quædam nostri cor-

Ratio cur septẽ planetæ erratici nuncupantur.

Duo pulmones in humano cũ septem planetis in cælesti corpore optimè conuenire uidentur.

corporis existant, quandoque dilatantur, & quandoque contrahuntur; modò festina, modò tarda vtentes respiratione, nimirùm hac ratione errantium syderum inæquabilem motum imitantes. Et quemadmodum septem planetarum præcipui vniuersitatis curæ præpositi duo clarissima mundi lumina esse dicuntur, Sol, & Luna; & in sublimiori regione tres planetæ vnà cum Sole, super eum tamen, collocantur, Mars, Iupiter, atque Saturnus; in inferiori autem simul cum Luna, super ipsam quidem, reliqui duo statuuntur, Venus ac Mercurius: ita dexter ac principalis pulmo Solem repræsentat, & ideò in tres particulas distinguitur, quæ ab eo vt partes à toto continentur; sinister autem Lunam referens, vt quoddam totum in duas diuiditur portiones: quæ quidem omnia simul collecta septenarium numerum absoluunt. Prætereà sicut cælestis mundus inferiorem lumine & motu suo continuo regit atque conseruat, vitalem caloré, spiritum, & motum radiorum interuentu cum eo communicando: ita cor vnà cum ambobus pulmonibus vniuersum corpus tuetur atque gubernat, calorem, spiritusque vitales, & continuam suam motionem arterijs intercedentibus, cum eo participando. Quapropter similitudo inter cælum, & secundam humani corporis sedem, perfecta & conueniens vndi-

dique esse videtur. SO. Conuenientia inter cor membraque spiritalia, & cælestem mundum diuinam suam virtutem in istum inferiorem mirabili quadam ratione influentem à te non minus disertè, quàm eruditè exposita mihi admodum probatur. Nunc mundi spiritalis cum humano corpore proportionem videamus. PH. Caput hominis, quę suprema pars ipsius existit, est mundi spiritalis imago; qui ex diuini Platonis sententia, nec Aristotele dissentiente, in tres distinguitur ordines, animam, intellectum, atque diuinitatem. Anima est illa, à qua cæli prouenit motus; & quæ inferioris mundi naturam, sicut materiam primam ipsa natura, custodit atque gubernat. Hanc humanum cerebrum vnà cum duabus ipsius facultatibus sensum motumque voluntarium subministrantibus, repræsentat, quæ ambæ anima nostra sentiente animę mundi quàm simillima, corpora gubernanti atque mouenti, continentur. Posteà in homine intellectus potestatis collocatur; qui postrema eius est forma, & proportione quadam intellectui respondet vniuersi, in quo omnes angelicæ mentes reperiuntur. Prostremò in ipso homine agens quoque residet intellectus, cum quo si quando intellectus coniungitur potestatis; statim actualis, & perfectissimus, Deoque plenus, & cum sacrosancta diuinitate copulatus

Capitis humani cũ mũdo spiritali atque angelico doctissima comparatio.

Mũdus spiritalis in tres distinguitur ordines, animam, intellectũ, atque diuinitatẽ.

In hoĩe aĩa sentiens, quæ in cerebro tãquam in prima origine residet, animæ mũdi; intellectus potestatis ĩtellectui vniuersi; & ĩtellectus agens ipsi diuinitati mira quadã proportione respondet.

ena-

euadit. Hic nẽpè actualis intellectus, cùm in homine reperitur, diuino principio quadam ex parte potest assimilari, à quo omnia originem suam deducunt, & ad quem vniuersa tanquã ad vltimum finem diriguntur, in eoq; tandem quiescunt. Quæ hactenus de hominis conuenientia cum ipso toto ac vniuerso familiariter inter nos fuimus collocuti, ratione insuper adiuncta, cur ab antiquis microcosmos fuit appellatus, satis tibi Sophia esse videntur. Aliæ quoque nonnullę intercurrunt similitudines: quas omnes enarrare, nimis prolixum foret, & à superiori proposito alienum. Quæ modò diximus, maximo nobis erunt vsui, cùm de ortu atque origine amoris verba faciemus: tunc enim intelliges quomodo res omnes, quæ in mundo conspiciuntur, non temerè sese mutuo prosequuntur amore, tùm summa ima, tùm inferiora superiora; propterea quòd omnia simul tanquam partes ad corpus quoddam integrum, atque perfectum componendum concurrunt. SO. Orationis series & connexus eò vsque nos prouexisse videtur, vt nõnihil à proposito nostro digressi fuerimus. Nunc igitur ad ipsum reuertamur. Iam si rectè percepi, Philo ostendisti, quanto amore cælum ad viri generantis similitudinem terræ, primęque elementorum materię tãquam propriæ mulieris, siue vxoris semen suum recipientis, teneatur:

Rerum hactenus dictarũ epilogus.

ex quo deinceps secundus cæli erga omnia, quæ ex terra & elementorum materia componuntur, velut patris erga legitimos filios exoritur amor: cuius quidem certissimam fidem facit maxima cura & diligentia, quam in eis conseruandis, alendis, atque remunerandis cælum adhibere videmus: cùm aquam pluuiam propter plantas nutriendas in terram demittat, plantas autẽ vt conuenientem animantium cibum producat, vtrũque deniq; ad hominis tãquã filij natu maioris et præstantioris vtilitatẽ referat atq; commoditatem. Quatuor insuper temporum anni seriem conficit atque vicissitudinem, veris, æstatis, autumni, & hyemis: rerum ortui, conseruationi, & incremẽto hac ratione cõsulẽdo, et aerem diuersis qualitatibus afficiendo propter horũ inferiorũ vitam producendam, & eorum temperaturas ad laudabilem mediocritatem redigendas. Res quoque istas inferiores cælum vt verum et pijssimũ parentẽ diligere, illud est maximo nobis argumento, quòd animalia Sole appropinquante, et die illucescente, læti ac hilares conspiciuntur: sicut contrà nocte superueniente, & tenebris suis cæli splendorem obscurante tristes proprias domos cernuntur reuerti. Vberius, & copiosius hanc tam arduam, tamque illustrem materiam à te posse pertractari nõ ignoro: sed quæ hactenus de cæli ac terræ mutua & coniugali be-

Cæli erga oĩa, quæ ex terra & elementorũ materia cõponuntur, velut patris erga legitimos filios vehemens atq; mirificus amor.

Rerũ inferiorum erga Cælũ ut naturã in cõmunẽ parentẽ studium atq; beneuolẽtia.

beneuolentia, quæque de amborum in res genitas vt in communes liberos paterna atq; materna charitate, quæque de natorum erga terram & cælum tanquam communes parentes amore dixisti, satis superq; esse mihi videntur. Modò id scire vehementer desiderarē, vtrum cælestia corpora præter amorem, quo mundū inferiorem prosequuntur, sese mutuò & vicissim diligunt: cùm enim ortui, qui rerum ipsarum amoris potissima causa esse iudicatur, nequaquam obnoxia existant; nullus reciprocus amor, nullaque mutua beneuolentia inter ea hac de causa intercedere videretur. PH. *Etsi cæli recidiuæ mutuæque generationis sint expertes, non ideò tamen perfecto atque reciprocante destituuntur amore: qui concordia & harmonica eorum conuenientia præcipuè comprobatur à vera amicitia, veroque amore proficiscente. Quòd si vnquam ò Sophia concentum, & harmoniam motuum cælestium corporum considerares; tùm eorum, quę maxima celeritate ab oriente ad occidentem transcurrunt; tùm aliorum, quæ contrà ab occasu ad ortum remissiore, & magis lento gradu, quædam tardè, quędam tardissimè feruntur; & qua ratione quandoque progrediuntur, quandoque reggrediuntur, quandoq; apud progressionis atque regressionis puncta firmi & immoti consistere videntur; & aliquando ver-*

Cæli nō solū inferiora, verūetiam sese mutuò maximo amore, et insigni quadā beneuolentia prosequuntur.

Cælestium motionum concentus atque harmonia.

versus septentrionem, aliquando versus meri diem, aliquando mediũ ipsum zodiacum perambulant; & quòd vnus ex omnibus planetis Sol nunquam mediam rectãque zodiaci viam egreditur, nec versus septentrionem aut meridiem. iter suum vnquam deflectit: Item si quando cælestium orbium numerum, eorumq; varios diuersósque motus, mensuras, formas, positiones, proprios polos, eccentricos atq; epiciclos circa propria centra à centro mundi diuersa reuolutos, modò ascendentes, modò descendentes, cogitatione comprehenderes: et si præterea in duorum Solis motuum, orientalis, et occidentalis vim atque virtutem penetrares; plurimaq; insuper alia, quæ ad cælestem spectant cognitionem, et ne prolixi videamur, à nobis silentio inuoluentur, animo complecterreris: mira diuersorum corporum, & differentium motuũ inter sese concordantium harmonia, musicoque concentu profectò obstupesceres; & vniuersi moderatorẽ maximis laudibus celebrares. Quodnam indicium mutui amoris, mutuæque beneuolentiæ cælestiũ corporũ maius ac euidentius afferri potest, quàm tanta eorum concordia & cõuenientia in tàm multiplici diuersitate ac differentia seruata atque continuata? Vnde non immeritò Pythagoras dixit quòd celestium corporum motiones excellentes, & suauissimas uoces conficiunt

Pythagoræ de suauissima harmonia, musicoq; concentu cælestiũ

motionū elegantiſsima opinio.

ciunt ſibi inuicem harmonica proportione, muſicoque artificio mirum in modum reſpōdentes atque conſentientes: quem quidem cæleſtem concentū rebus vniuerſis pondera, numeros, atq, menſuras eorum naturis accommodatas, certa ac iuſtiſſima lege diſtribuere pronunciabat: ſingulis orbibus, ſingulíſque planetis ſuū tonum, ſuamque vocem aſſignabat, & harmoniam ex omnibus prouenientē ſolertiſſimè declarabat. Quòd autem huiuſcemodi concentus à nobis nec auditur, nec percipitur, rationem & cauſam in maximam inter cęlum & humanum genus diſtantiam intercedentē conferebat: aut continuum vſum, qui ſonum illum diuinum à nobis ſentiri haud poſſe permittit, adducebat: non ſecus ac eis quoque fertur accidere, qui apud mare incolentes ingentem vndarum ſtrepitum propter diuturnam conſuetudinem nequeunt exaudire, ab aliis, qui nuper ad littus acceſſerunt, diſtinctiſſimè comprehenſum. Cùm igitur ab amore ac amicitia omnis concordia proficiſcatur; ipſaque in corporibus cęleſtibus maior, ſtabilior, atque perfectior quàm in inferioribus eſſe conſpiciatur, maiorem quoque ac perfectiorem amorem & amicitiam in illis quàm in iſtis reperiri profectò conſequetur. S O. Cælorum communis concordia, & mutua conuenientia, effectus & indicium quoddam potius quàm can-

Ratio, cur cæleſtis harmonia humanis auribus percipi nequeat, tum in maximā diſtantiā, tum in continuū vſum a Pythagora conferri ſolebat.

causa eorum amoris esse mihi videtur. Ego verò reciprocantis cęlestium corporum beneuolentiæ rationem intelligere vehementer desiderarem: cùm enim ipsis nulla procreatio, nullaq; successio generationis ope conflata, attribui possit; quę quidem potissima causa mutui animantium hominumque amoris esse existimatur; nullam aliarum rationum perspicio, quę satis aptè eis queat accommodari: non uoluntarium beneficium ab uno in alterum collatum, quia res ad cælos spectantes vnum eundemque semper obseruant tenorem: nec conuenientia speciei, quia memini me sępè intellexisse nec speciem, nec genus, nec indiuiduam naturam propriè in eis reperiri; quæ quidem si fortè cæli participant, vnumquodque cælestium corporum speciem propriam, & ab alio quocunque differentem fuit sortitum: multoq; minus societas, quia serie & ordine celestium motionum diligenter perspecta atque considerata, diuinos illos ignes modò coniungi, modò disiungi videmus; nec coniunctio nouum inter eos amorem conciliare, nec separatio pristinã amicitiam dissoluere potest; quia hec in cælo naturę tantùm ordine, nulla voluntatis inclinatione vel propensione intercedente, efficiuntur. P H. *Etsi nullam earum quinque rationum, quę tùm homines, tùm bruta in mutuam amicitiam coniungunt, cælesti mundo satis cõ-*

modè aptare possimus; duas tamen illas, quę solo humano generi conueniunt, in eo fortasse reperiemus. SO. Quomodo? PH. Ratio amoris cælestium corporum præcipua est naturæ similitudo, quæ in hominibus temperaturę conuenientia a nobis superius fuit appellata. Inter cælos, planetas, & sydera tanta naturæ atque essentiæ existit similitudo, vt in suis motibus & actionibus ea sibi respondeant proportione, vt omnis eorum multitudo atq; diuersitas in harmonicam quandam conspiret vnitatem. Quapropter vnius potius eiusdemque perfecti atq; organici corporis varia mēbra, quàm distincta & separata corpora esse videntur. Et quemadmodum ex vocibus differentibus, altera graui, altera acuta, integra, & suauis auditu formatur cantilena; vnaq; ipsarum deficiente aut errante, totus ille dissoluitur concentus ac harmonia: ita ex corporibus cælestibus tùm magnitudine, tùm motuū celeritate ac tarditate differentibus, propter eorum affinitatem & conuenientiam musica quędam proportio & vnitas constituitur; quæ tanta nimirum ac talis existit, ut minima particula ablata totum atque uniuersum corrueret. Quamobrem hæc naturæ similitudo potissima causa debet existimari, ut cælestes globi non ut diuersæ distinctæue personę, sed ut unius eiusdemque corporis membra sese mutuem

Ratio, cur cælestia corpora sese mutuo amore, mutuaq; beneuolentia prosequūtur, duplex esse uidetur: una ex natura similitudine, altera ex insigni aliqua uirtute cælestium corporū sumpta atque deducta.

cem mutuoq; diligant. Quemadmodum enim cor cerebri aliorumque membrorum maximo accensus amore, eis vitam, naturalem calorē, ac spiritus subministrat; & cerebrum in reliquas partes neruos, vnaq; sensum & motum demittit; & iecur venas simul cum sanguine in vniuersum corpus distribuit propter immensum amorem, quo partes sese inuicem, ipsumq; totum prosequuntur; qui quidem amor cuiuscunque alterius personæ beneuolentiam maximo superat atque excellit interuallo: ita celestis corporis portiones naturæ mira quadam conuenientia mutuò sese diligere videntur, et cùm omnes ad eandem metam contendant, & & ad eundem finem suas referant actiones, vna alteri inseruit, omnesque sibi inuicem aliquem vsum atque commoditatem præstant; ita vt corpus vnum cæleste omnibus organis necessarijs instructum & perfectum conficiant, atque absoluant. Alia quoque humani amoris propria ratio cælo forsitan posset accōmodari, quæ à virtute proficiscitur: cùm enim singula cælestia corpora virtute aliqua excellant; quæ tùm ad aliorum, tùm etiam ad totius cæli, necnon ad vniuersi essentiam atque salutem plurimum conducit, necesse est vt huiuscemodi virtus alijs globis cognita atq; perspecta vehementem erga cælum hac virtute insignitum, amorem in reliquos infundat. Il-

M 2 lud

•ft•

lud etiam insuper addam, mutuam ipsorum beneuolentiã non ab aliquo singulari in unam mundi particulam, sed à communi & amplissimo in rerum vniuersitatẽ beneficio ab vnoquoque eorum collato proficisci, quo proculdubio subducto, ipsa statim corrueret atque dissolueretur. Et hoc profectò insigni amore boni studiosique sese viri complectuntur, eò scilicet quòd totius humani generis consulũt emolumento atque commoditati; non autem propter beneficiũ aliquod singulare, quod in hunc vel illum contulerunt, sicut in rebus vilibus vsu venire frequenter videmus. Vnde cùm celestia corpora omnium animalium perfectissima esse omnes uno ore fateantur, ambæ in ipsis rationes amoris, quæ in humana quoque specie ceteris animantibus præstantiori, comperiuntur. S O. Si igitur cęlestia corpora tàm vehemẽter, vt prædicas, sese diligunt; haud temerè poetas fabulas illas de cęlicolarum amoribus, vt Iouis ac Apollinis, compo suisse credendum uidetur, duobus tantum exceptis: tùm quòd Poetæ libidinosos quosdam amores, vt marium in fæminas, Dijs ipsis attribuerunt; nonnullis eorum quidem coniugijs, sed quàm plurimis adulterijs, ac stupris excogitatis: tùm etiam quòd ex ipsorum coniunctione atque concubitu alios insuper Deos procreatos fuisse dixerunt: quæ quidem ambo à di-

diuina, cælestique natura alienissima prorsus existunt. Verùm, vt fertur, poetis multa licet mentiri. PH. Neque ipsi hæc temerè aut falsò, quemadmodum tibi persuades, scripsisse videntur. SO. Ecquid ista in cælestes Deos vnquam existimas cecidisse? PH. Vtique: & tu quoque, si ea rectè intelliges, uera esse fateberis. SO. Rerum tàm abstrusarum intelligentiam cõsequi pergratum mihi foret. PH. Veteres Poetæ haud vnam tantùm, sed plures intentiones, quas sensus vocarunt, poematibus suis implicuere. Primùm omniũ propter vulgarem, atque faciliorem sensum inferendum tanquàm corticem exteriorem, illustrium personarum præclara & memoranda gesta historia quadam percurrunt. Posteà moralem sensum uitæ hominum actuosę conducentem, uirtutes extollendo, uitiaque deprimendo, tanquam interiorem corticem, medullæque propinquiorẽ, eadem fabula inuoluunt. Prӕterea in eodem commento ueram aliquã rerum uel naturalium, uel cælestium, uel diuinarum separatim, uel duarum simul, uel omnium trium coniunctim intelligentiam tanquã fructuum medullas corticibus circuntectas includunt. Sensus isti arcani medullis seu uisceribus proportione quadam respondentes, allegorici nuncupantur. SO. Haud leue quidẽ, nec pauperis ingenij esse mihi uidetur una tã-

Poetis multa mẽtiri licet.

Poetarũ cõmenta plures intẽtiones & allegoricos sensus inuoluere atque comprehendere solẽt.

Allegorici sensus quinã uocari consueuerunt.

tùm, eaque historica narratione, siue uera siue falsa existat, tot, tàm diuersas, tamq; profundas sententias significare atque complecti. Vellem ut aliquo breui exemplo rem istã miram, & fermè incredibilem patefaceres, ac illustrares. PH. Pro comperto Sophia ut habeas uolo, ueteres illos ingenia sua non minus rebus arduis atque altissimis scientiarum artificiosè explicandis, quàm eisdem optimè cognoscendis excoluisse: cuius quidem rei exemplum hoc audi proposito nostro, ut arbitror, satis accommodatum. Perseum Iouis filium Gorgonem interfecisse, & uoti compotem æthera, partem quandam cæli reliquis sublimiorem aduolasse fabulantur poetę. Historica significatio ea esse dicitur, quòd Perseus quidam propter heroicas uirtutes ab eo felicissimo planeta descendentes, Iouis filius habitus; aut reuera ex aliquo Regum illorum, qui uel Cretæ, uel Athenis, uel Arcadiæ imperarunt, & Ioues appellati fuere, originem deducens, terrarum Tyrannum Gorgonem interfecit; Gorgon enim apud Græcos terrã significat: unde tùm propter hoc maximum beneficium in humanũ genus collatum, tùm etiam propter præclaras eius uirtutes à mortalibus in cælicolarum numerum fuit ascriptus. Sensus moralis huiusmodi erit, quòd Perseus prudentissimus uir Iouis filius, idest optimis moribus & egregiis uir-

Fabulæ Persei a poetis decantatæ quinque recenset allegorias, histori cam, moralẽ, naturalem, cælestẽ, atque diuinam.

uirtutibus planetæ illius benignitate excellens, immundis ac terrenis uitijs, quæ Gorgonis nomine significantur, profligatis & superatis ad cælestes diuinásque ascendit virtutes. Allegoriarum autem prima & naturalis hæc erit, quòd mens humana Iouis, idest Dei filia, debellata atque interfecta Gorgonica, hoc est terrestri natura, ad res cęlestes, sublimes, atque æternas, in quarum cōtemplatiōe humanam felicitatē & perfectionem sapientes collocarunt, intelligendas statim euolauit. Secundam autem & ex astrologiæ fontibus petitam allegoriam hanc esse dicemus, quòd cęlestis natura Iouis progenies, postquam motu suo continuo mortalitatem atque interitū istorum inferiorum corporum ac terrenorum confecit, illustri maximáque de ipsis victoria reportata, earumque tetra ac fæda mortalitate derelicta, ad supernas sedes contendit, & immortalitatem suam integram atque illibatam seruauit. Postrema denique & metaphysica allegoria ea esse conijcitur, quòd natura angelica Ioue hoc est Deo Optimo Maximo, & rerum omnium creatore prognata, profligata atque despecta corporea terrenaque materia, quæ Gorgonis nomine designatur, in cælum euasit: intellectus enim angelici à corpore atq; materia separati, illi profectò esse existimantur, qui cęlestes sphæras perpetuò circunducunt.

cunt. S O. *Mirum est quidem paucissimis uerbis historicam aliquam actionem simpliciter enarrantibus, tot arcanos ac reconditos sensus, alterum altero excellentiorem, inuolui & comprehendi. Verùm dic obsecro cur antiqui liberius & manifestius eorum doctrinas non aperuerunt?* P H. *Multis rationibus persuasi id facere noluerunt. Primùm quia naturæ & diuino numini eorum arcana vulgo prodere, aut aperire, odiosum esse iudicabant: & hoc certè rectissimè sentiebant; quia veram profundamque scientiam diffusius latiusque pertractare nihil est aliud, quàm eam cum rudibus atque ineptis hominibus communicare, in quorum mentibus non secus ac optimum vinum in dolio infecto ac vitioso corrumpitur atque adulteratur: quod quidem adulterium iam inceptum, vniuersalis postea omnium doctrinarum per totum orbem terrarum secuta fuit corruptio; quę maior in dies, maiorque euadit scientijs ex rudi in rudius ingenium, quasi per manus traditis. Huiuscemodi autem liberalium artium pestis & corruptela ex perfacili, nimiumque dilucida scientiarum interpretatione, originem traxit: & tempestate nostra propter recentiorum philosophorum verbosam & garrulam orationem eò usque processit, ut uix merum aliquod intelligibile reperias, quin sit uitiatum atq;*

Veteres quinque rationibus impulsi naturæ, Deique optimi maximi arcana poeticis cō mentis inuoluere atq; occultare studuerunt, propter scientiarū uidelicet præstātiā atq; nobilitatē, propter breuitatē, propter iucunditatē quandā cū facilitate coniunctā, propter rerum intelligibiliū diuturnā atq; illibatā conseruationē, & propter cōmunem deniq; omniū vtilitatē.

atque corruptum. At ueteres illi sapientiæ mysteria fabularum corticibus summo quodam artificio circuntegebant: ut ingenia ad res diuinas & intelligibiles percipiendas accommodata, menteſque scientiarum conseruatrices, non autem corruptrices ad ea tantùmmodo ingredi possent. SO. Huic sententiæ mirificè quidem faueo: proculdubio enim res arduæ atque excellentes aptis & præclaris duntaxat ingenijs sunt committendæ; quæ si ineptis & obscuris forsitan creditæ fuerint, à sua præstantia atque nobilitate quàmmaximè degenerabunt. Verùm ad alias poeticarum fabularum rationes propera. PH. Quatuor insuper huiusce rei causæ possunt adduci, quarum quidem breuitas ipsa secundum locum obtinet, paucis uerbis multas sententias comprehendens: breuitas enim quãplurimùm confert ad rerũ memoriã conseruandam ac retinendam, eo præsertim adhibito artificio, ut homines historicam aliquam legentes actionem, ipsámque breuiter pertractatam, omnium sensuum doctrina exuberantium, qui sub ipsa eorundem uerborum uelamine inuoluuntur, statim recordentur. Tertia ratio est, ut historicæ & fabulosæ lectionis iucunditas cum intelligibili ueritate, & facile cũ difficili ita permisceatur, ut imbecillus noster intellectus fabularũ delectatione,

atque

2ª ratio

3ª.

atque facilitate delinitus, ad scientiarum veritatem percipiendam sensim, & suauissima quadam ratione perducatur: non secus ac pedagogi in studiosis, & honestis disciplinis pueros instituere aggredientes, à facilioribus solent exordiri: quod quidem maxima cum laude veteres consecutos fuisse videmus, quia antiquorum poetarum commenta utrique commodissimam iam dictorum simul prestiterunt habitationem; cùm mendacium, voluptas, & cortex exteriorem; veritas autem, sensus, & fructus interiorem fabulæ sedem sibi occuparint. Quarta ratio ex rerum intelligibilium deducitur conseruatione, ne aliquando circunuolentibus annis, pro humanarum mentium diuersitate ipsæ quoq; mutentur: historiæ enim, quibus veteres scientiarum mysteria complexi fuerunt, propter terminorum suorum certitudinem atq; stabilitatem ne minimam quidem suscipere possunt mutationem. Quod vt melius ac facilius assequerentur, historias illas versibus numerosis, & pedum certa mensura astrictis descripserunt, ne corrumpi aut deprauari unquã possent: numerosum enim carminum metrum nullũ vitio vel corruptelę aditũ, aut ingressum relinquit. Vnde nec ingeniorũ diuersitas aut imbecillitas, nec scriptorũ incuria aut error scientias hoc modo pertractatas adulterare seu corrumpere valet. Vltima ratio

4ª ratio

tio est, vt eodē cibo diuersis saporibus affecto, omnium conuiuarum gustibus differentibus satisfacerent: imbecilliora enim ingenia poema tum historias vnà cum elegantia carminum & melodia tantùm percipiunt: robustiora prę ter hoc moralem quoque detegunt sensum: alia insuper tàm primis quàm secundis acutiora, præter historias & mores in allegoricos sensus non solùm philosophiæ naturalis, verū etiam astrologiæ, & theologię sese insinuant, penetrantque. Huic fini illum quoque connectere possumus, vt cùm huiuscemodi poematibus tanquam cibo communi omnia hominum genera indifferenter vescantur, hinc contingat vt in mente multitudinis perpetuò conseruentur: res enim difficiliores à paucioribus cognoscuntur, paucioru̅m autem memoria citò & facillimè obliteratur; veluti si aliqua postea succederet ætas, quæ fortunæ vitio atque iniquitate homines à studijs scientiarum abduceret: quemadmodum prouincijs compluribus ac religionibus quibusdam euenisse videmus, vt Græcis & Arabibus, qui cùm doctrinis olim floruerint, nunc scientias vel omnino uel maxima ex parte amisisse conspiciuntur. Idem quoque Italiæ contigit Græcorum tempestate, quæ antiquæ doctrinæ nonnullam etsi minimā portionem nunc sibi recuperasse uidetur. Ne igitur scientiæ in hoc discrimen adducantur,

5a ratio

effi-

efficacissimum & opportunum remedium est eas fabulosis & historicis poetarum cantibus commendare: qui propter carminis suauitatem, atque delectationem ab omnibus memoriter ediscuntur; & ab omni sexu, ętate, & conditione hominum summa cum animi hilaritate semper & vbique decantantur. SO. *Rationes poeticarum fabularum, quas reddidisti, mihi quãmaximè probãtur. Verùm dic obsecro, cur Plato & Aristoteles philosophorum principes veterum sapientum morem, ac institutum contempserunt? cùm alter ipsorũ, etsi fabulam admisit, carmine tamen neglecto soluta semper vsus fuit oratione: alter verò & fabulam, & carmen despexit, philosophica autem & continuata oratione scientias pertractauit.* PH. *Non tenues, sed potentes tantùmmodo leges euertere & perfringere solent. Diuinus Plato cùm scientias ampliare ac dilatare decreuisset, uno carminis uinculo tantùm disrupto, alterum fabulæ intactum reliquit. Vnde ipse omnium primus legem scientiarum conseruandarum aliqua ex parte violauit: verùm, cùm fabuloso stylo saltem fuerit usus, earum conseruationi satis superque consuluisse videtur. Aristoteles audacior, & scientiarum imperium propagandi cupidissimus, noua ratione, & insitato exemplo præter carminis alterum quoque fabulæ vin-*

Potentes tantũmodo leges euertere et perfringere solent.

Ratio, *cur in philosophia conscribenda, Plato fabulosa duntaxat, haud metrica tamen, sed soluta oratiõe usus fuit: Aristoteles verò utrũq;, & fabulã, & carmen in scribendo neglexit.*

uinculum rescindere voluit, & legem antiquã scientiarũ conseruatricem omnino perfregit, soluta vsus oratione ac doctissimo stylo in philosophiæ arcanis pertractandis. Verũtamen in eo callidus atq; astutus fuisse videtur, quòd loquendi modũ tàm breuem, tàm significantem, & tàm doctum excogitauit, vt solus ille prò scientijs conseruandis & carminis & fabulæ simul vicem gerat. Vnde cùm Alexãder Macedonum Rex Aristotelis discipulus ad præceptorẽ scripsisset se ex eo summã capere admirationẽ, quòd reconditos sacrosanctæ philosophiæ libros edidisset; respondit ipse libros illos partim editos, partim nõ editos fuisse: illis tantùm editos esse, qui eorum interpretationẽ ab ipso audissent ac didicissent. Ex quibus verbis perspicere potes Sophia difficultatẽ & artem maximã Aristotelicæ oratiõis. SO. Eam quidem perspicio. Verùm absurdum mihi videtur tantũ philosophũ dixisse neminẽ libros ab ipso conscriptos intelligere vnquã posse, nisi qui eorũ explicationẽ à se prius didicissent: cùm tamẽ Aristotele iam uita defuncto cõplures postea philosophi successerint, qui eius scripta uel oĩa, uel pleraq; saltẽ intellexerũt. Quapropter ipse nõ tantũ mendax, sed etiã arrogans fuisse uidetur: nã si eius doctrina vera atq; sincera extitit, qđni à perspicacibus ingenijs quãquã absẽtibus intelligetur? scriptura enĩ nõ ad pͤsentiũ, uerùm

Aristotelis in scientijs pertractandis mira breuitas atque obscuritas.

Aristotelis ad Alexandrũ Macedonũ Regẽ grauis et acuta respõsio.

uerùm ad absentium & posterorum utilitatem commoditatemque fuit instituta. Quid autem naturæ erit impedimento, ne talia ingenia formare & procreare possit; quæ Aristotelis etsi duobus ferè annorū millibus iam defuncti scripta, intelligere valeant? P H. Illud Aristotelis dictū absonum certè existeret, nisi aliū sensum, diuersamque haberet significationē. S O. Eam obsecro declara. P H. Philosophus auditorem suum eum appellat, qui vbicunque & quandocunque existat, intelligendi, & philosophandi rationem ab Aristotele obseruatā imitatur: & illud nimirum significare intendit, quòd ipsius scripta non quemuis hominem philosophum reddunt; sed eum duntaxat, qui Dei beneficio mentem ad philosophicam cognitionem summopere dispositam, non secus ac Aristoteles ipse fuit consecutus. Hic quidem eius doctissima scripta intelliget, cæteri autē minimè: sicut in eo quoque scribendi genere vsu veniebat, quod philosophicos sensus fabulosis poetarum narrationibus inuoluebat. S O. In nullam igitur Aristoteles reprehensionis notam incurrit, si vtraque & carminis & fabulæ difficultate ac seruitute philosophiam liberauit; cùm doctrinas ita circunuallauerit atque munierit, vt nemini nisi solis præclaris mentibus, & perspicacibus ingenijs ad ipsas capessendas aditum aut ingressum re-li-

Quemnam auditorem suum Aristoteles appellare consueuerit.

·n·

Aristoteles in philosophia pertractanda reipsa quidē laudem, ex accidēti tamē reprehensionē nonnullam mereri videtur.

liquerit. PH. Nullum certè flagitium ipse commisit, quia ingenij sui magnitudine confisus id, quod abstulisse videbatur, alia ratione suppleuit: verùm in eo tantùm reprehendi forsitan posset, quòd alios exemplo suo reddiderit audaciores ad philosophiam soluta oratione conscribendam, qui postea nullo delectu habito eius sanctissima mysteria semper diffusius & copiosius declarantes, eam aptis & ineptis, acutis atque obtusis ingenijs indifferenter communicarunt: ex quo pura & elegans sapientia ab omnibus vndique ita fuit lacerata, deformata, & conculcata; vt uix cognosci queat, & sibijpsi quàm dissimillima existat. SO. De hoc satis, modò ad cælicolarum fabulosos amores interpretandos reuertamur. PH. Primùm quinam & quot sint Dij à poetis decantati, est aperiendum: deinde ipsorum amores sunt exponendi. SO. Meritò quidem, & propterea Deorum istorū nomina, & significationes in primis declara. PH. Princeps & summus poetarum Deus est prima illa causa omnia producens, & rerum uniuersitatem conseruans: qui quidem Iupiter quasi iuuans pater ab eis passim nuncupatur, eò quòd tanquam benignissimus parens omnibus adiumentum præstat, cùm ex nihilo singula confecerit, & essentiam singulorum captui accōmodatam ipsis largitus fuerit.

Iupiter est princeps & summus poetarum Deus. Iupiter quasi iuuans pater ab omnibus passim vocatur.

Iupiter a Romanis optimus maximus, et a Græcis ζεὺς meritò nuncupatur.

rit. Romani autem ipsum Optimum Maximum appellarunt, quia omnia bona omnesque rerum essentiæ ex eo profluunt, atque procedunt. Idem a Græcis ζεὺς quasi ζῶν idest vita fuit vocatus, quia vniuersa ab ipso uitam acceperunt, quin potius ipse est omnium rerum præstantissima uita. Hoc tamen supremo Iouis nomine quædam res creatæ tanquam cæteris excellentiores ab omnipotente Deo participatæ fuerunt: quemadmodũ in cælesti mundo hanc appellationem secundus septem planetarum meruit sortiri; quia maximam fœlicitatem, præclarissimum splendorẽ, optimosq; effectus in mundum influit inferiorem: & homines, in quorũ natalibus primas præcipuasq; ipse obtinet partes, cæteris meliores, excellentiores, atque præstantiores huius benefici syderis munere semper euadere conspiciuntur. In sublunari autem orbe ignis quoque elementum Iupiter nuncupatur: quia clarior, atq; actuosior omnibus reliquis existit elementis, maximeque vitalis; cùm omnia ista inferiora, sicut Aristoteles consentit, ignea qualitate, hoc est ipso calore viuant ac nutriantur. Eodem insuper cognomine homines nonnulli excellentissimi, qui memorabile & insigne aliquod beneficium in alios homines contulerunt, dignati fuere: vt Lysanias ille Arcadiæ natus, qui cùm Athenas profectus esset, & pu-

Iouis nomẽ apud poetas plura quidem significare comperitur.

Inferiora omnia calore uiuunt ac nutriuntur.

pu-

pulos illos rudes, ac bestiarum more uiuentes offendisset, non solùm humanis legibus eos donauit; sed etiam Dei cultum in ipsorum regiones introduxit; ex quo eum Regem sibi Athenienses elegerunt, & tanquam diuinum aliquod numen coluerunt, & propter præclaras ipsius virtutes benignissimum illum planetam tanquam proprium authorem repræsentãtes, Lysaniæ nomen cum Ioue commutarunt. Eadem quoque ratione Cretensis quidam Saturni filius, propterea quòd in eis populis administrandis sese optimè gessit, humanis carnibus vesci eos vetando; necnon optimos mores, religionemque & pietatem ipsos edocendo, Dei, quem Iouem appellant, nuncius & filius habitus, Iupiter à Cretensibus fuit vocatus, & diuinos honores est cõsecutus. S O. Num poetæ supremum Deum alio proprio nomine insuper appellarunt? P H. Demogorgonem quoque eum nuncuparunt, quod quidem significat Deum terræ ac vniuersi, vel Deum terribilẽ, propterea quòd omnibus maior existit. Hunc vniuersa ferunt produxisse. S O. Post summum Deũ quos insuper Deos posuere poetæ? P H. In primo ordine cœlestes Deos collocarunt, vt Polum, Cælum, Aethera, septem planetas, Saturnum uidelicet, Iouem, Martem, Apollinem vel Solem, Venerem, Mercurium, Dianã aut Lunã. Hos omnes Deos, Deasq; ap

Demogorgon apud poetas supremum Deũ significare consueuit.

N pel-

pellarunt. S O. *Qua inducti ratione diuinum numen corporibus ipsis cœlestibus attribuerūt?* P H. *Propter eorum immortalitatē, lucem, magnitudinem, maximamque potentiam; in primis autem propter præstantiam; ac diuinitatem animarum suarum, quæ intellectus à materia & corpore separati, purissimi, & in assidua actione versantes existūt.* S O. *Dei nomē plura'ne apud antiquos cōplectitur?* P H. *Vtique: nam in mundum quoque inferiorem descendit. Elemēta enim, maria, flumina, montesque insigniores poetę Deos appellant: veluti ignis Iupiter, aer Iuno, aqua et mare Neptunus, terra Ceres, terræque hiatus atque voragines Pluto; & ignis mixtus atque comburens, qui in terræ finibus conseruatur, Vulcanus ab eis nuncupantur: & eadem ratione quàmplurimos alios Deos diuersarum aquæ terræque partium, excogitarunt.* S O. *Hoc nempè absurdum, & quàmmaxime à ratione alienum esse videtur, vt corporibus & vita, & sensu, & anima destitutis, pręstantissimum Dei nomen attribuatur.* P H. *Dij quoque à poetis hæc appellantur propter eorum magnitudinem, cōmunem notitiam, vsum, actionem, & dignitatem, quam in hoc sublunari orbe obtinuerunt: eoque magis, quia ipsi sibi persuadebant hæc singula spiritali quadam virtute, quæ diuinitatem intellectualem participaret,*

Ratio, cur poetæ diuinum numen cælestibus corporibus tribuerūt.

Dei nomen apud poetas in mundū quoq; inferiorem descendit.

Ratio, cur poetæ corporibus quoq; inanimatis diuinum numen accommodarunt.

regi & gubernari: vel Platonis ſententiam ſequentes, ſingula elementa principia quędam formalia atque incorporea exiſtimabant habere, quorum communione ipſa proprias conſequerentur naturas. Hæc autem principia Ideas Platonici appellant: & Idæam ignis verũ eſſe ignem ſuamet eſſentia formali, igneum autem elementũ idæam illam participãdo, ignem euadere opinantur. Idem quoque de reliquis ſentiunt elementis. Diuinitatem igitur rerum Idæis tribuere nec nouum, nec mirum tibi debet uideri. Quapropter numen diuinum in plantis quoq; reperiri Academici affirmant, in eis pręſertim, quibus homines paſſim veſcuntur, quæque maximum vſum humano generi pręſtant: veluti cùm Cererē frugibus, & Bacchum vino propter vtriuſque communem utilitatem atque neceſſitatem præeſſe dicunt: nec immeritò quidem, nam plantæ quoque non ſecus ac elementa proprias Idæas ſortitæ fuerunt. Eadem quoque impulſi ratione virtutes, vitia, & animorum noſtrorũ affectiones, Deos Deaſque vocarunt: nam præterquã quòd illæ propter earum excellentiam, iſtæ autem propter ipſarum vehementiam partem aliquam diuinitatis ſibi vendicarunt: tamen ratio pręcipua ea eſſe dicitur; quia ſingulæ virtutes, & ſingula vitia, necnon ſingulæ humanorum animorum affectiones proprias obtinent Idæas,

Diuinitas a poetis rebus inferioribus attributa cũ Idæis Platonicis una eademq; prorſus eſſe uidetur.

Idæ a Platonicis, diuinaq; numina a poetis nõ tantũ uirtutibus, uerũetiã uitijs, et animorũ quoq; noſtrorũ affectionibus ſolent accõmodari.

pro quarum maiori vel minori communicatione ea quoque in hominibus intensius aut remißius reperiuntur; & hac de causa in Deorum numero Fama, Amor, Gratia, Cupiditas, Voluptas, Litigium, Labor, Inuidia, Fraus, Pertinacia, Misericordia, aliaq; similia à Poetis collocantur: quia vnumquodq; istorum sua idæa, suoque incorporeo principio, vt iam diximus, fuit donatũ, cuius merito Dei vel Deæ nomen sibi cõparauit. S O. Etsi virtutes propter maximam earum excellentiam Idæas habere videntur, vitia tamen & prauę animi affectiones quomodo eas possunt participare? P H. Quemadmodum inter cælestes Deos nonnulli boni & fortunati, ut Iupiter & Venus, existunt, à quibus semper uaria bonorum ac fælicitatum genera proficiscuntur; nonnulli cõtrà sunt mali atq; calamitosi, vt Saturnus, et Mars, qui omnium malorũ ac ærumnarum authores esse existimantur: ita Platonicarum Idæarum quædam bonorum et uirtutum, quædam malorum ac vitiorum principia existũt, cùm vtraque propter conseruationem vniuersi sint necessaria, cuius quidem necessitatis ratione malum ipsum in bonum quoque conuertitur: quæcũque enim ad rerum vniuersitatem constituendam tanquam partes concurrunt, in numero bonorum proculdubio debent haberi; cùm vniuersum ipsum non solum bonum, sed

Malũ, propterea quòd ipsum quoque ad uniuersi conseruationẽ necessariò cõcurrit, in bonum conuertitur.

sed etiam optimum esse ab omnibus conceda-tur. Quapropter malum atque corruptio non minus quàm bonum & generatio ad mundi essentiam perfectionemque absoluendam necessariò requiruntur: vtrunque enim ad alterum assequendum tanquam dispositio quædam ac præparatio esse videtur. Nullam igitur capere debes admirationem, si ambo diuinum illud principium, Idæam scilicet à materia separatam, sortita fuerunt. S O. *Verùm me sæpe intellexisse recordor, vitia malaque puras esse priuationes, et à defectu primæ materiæ eiusq; imperfectiõe ex potestatis contagio, proficisci. Qua ergo ratione principia illa diuina habere possunt?* P H. *Etsi Peripateticorum uestigia sequentes uerum hoc esse fateremur, nũquam tamen negabimus eãdem materiam ex mente diuina prodijsse, & ex diuino præcepto institutam fuisse; omnesque eius effectus atque defectus à summa Dei sapientia dirigi ac proficisci, cùm & isti & illi ad inferioris orbis, & ipsius humanæ speciei potissimũ cōstitutionẽ necessariò concurrant. Quapropter à Deo Optimo Maximo propriæ eis quoque ideæ tanquã principia non materiæ, sed actionis & formæ vicem gerentia præfectæ fuerunt, quæ rerum imperfectiorum cum priuatione semper coniunctarum, & ad vniuersi compositionẽ concurrentium, essentias conficiant atque absol-*

Ideæ primæ quoque materiæ, eiusque imperfectionibus ex Platonicorum sententia præfici debent.

uant. SO. Abundè quidem petitioni meæ satisfecisti. Ad propositum modò redeundo dic mihi obsecrò, vtrum nomen diuinum alijs quoque rebus poetæ communicarunt. PH. Illud hominibus tandē applicuere, non omnibus quidem, sed ijs duntaxat, qui heroicis virtutibus claruerunt; & illustria, maxima, ac memoranda facinora, diuinisque consimilia obierunt. SO. Propter huiusce tātùm similitudinis rationem mortales homines diuinum nomen assequuntur? PH. Non mortalitatis quidem, sed immortalis tantùm æternique intellectus habita ratione, Dij appellantur. SO. Si intellectus omnes homines participes existunt, cur omnes quoque diuinam appellationem non sortiuntur? PH. Nō omnes quidem eum æquè excellentem atque diuinum habere conspiciuntur, sed ex actionibus gradum & excellentiā animorum nostrorum cognoscimus: qui si virtutibus & actionibus diuinis refulserint, diuinitatem reipsa participare, & non secus ac splendidissimi radij ab ea procedere iudicantur. Vnde non immeritò præclari isti uiri Dij uocati fuerunt: & quidam ipsorum propter maximam præstantiam Deorum cœlestium appellationes sunt consecuti, vt Iouis, Saturni, Apollinis, Martis, Veneris, Mercurij, Dianæ, Cæli, Poli, Aetheris, & plurium syderum varias octauæ Sphæræ imagines cōfigurantiū. Nonnul-

Diuinum nomen præclaris denique & excellentissimis viris a poetis solet accōmodari.

Poetæ varijs quidem diuersisq; rationibus præstantissimis uiris diuinitatē ipsam attribuerunt.

nulli autem istorum filij habiti fuere: quemadmodum cùm Iupiter Herculem, Neptunũ Saturnus fertur genuisse. Nonnulli præterea minoris excellentiæ Deorum inferiorum nomina sibi vendicarũt; vt Oceani, Terræ, Cereris, Bacchi, & consimilium, necnon ex his genitifuisse putantur: qui vel ambos parentes cælestes Deos; uel patrem Deum aliquem æthereum, matrem verò mulierem; vel patrem cælestem quendam Deum, matrem autem Deam inferiorem habuisse prędicantur. Hac igitur ratione poetarum commenta heroas diuinis nominibus appellãtium, in immensum ferè creuerunt: quando enim ab eorum vitis, actionibus, atque historijs nomina sumunt, moralẽ edocent philosophiam: quando autem ex ipsorum virtutibus, vitijs, & animi perturbationibus depromunt appellationes, naturalem philosophiam pertractant: quando verò Deorum sublunaris orbis generatiõe & corruptione perpetuò exagitati, nominibus eos appellant, in astrologia, cælestiq; sciẽtia versantur: quando tandem cælestium Deorum appellationes ipsis attribuunt, diuinam atque angelicam Theologiam significare intendunt. Quamobrem fabulosæ poetarum inuentiones, maximũ acumen ingenij, & reconditã sapientiam multiplici Deorũ appellatione præ se ferre videntur. SO. De natura, deque varijs deorum,

Poetæ multiplici Deorũ appellatione varias quidem diuersasq; scientias intẽdũt pertractare.

qui à gentibus colebantur, appellationibus abundè locutus fuisti. Eorum nunc mihi amores interpretare, necnon rationem aliquam redde, cur propagationem atq; succeßionẽ generationis ope conflatam, non tantùm heroicis illis viris, quos Deos participantes appellant, poetę attribuerunt; verùm etiam cælestibus, atq; inferioribus numinibus, quibus libidines, coniugia, & proles minimè conuenire uidetur.

PH. Diuinorum amorum, diuinęque generationis portionem aliquam nos explicare, opportunum iam eße existimo. Verùm illud in primis te animaduertere uellem, nõ omnem procreationem propagationem carnis, & libidinosos complexus requirere: hac enim ratione homines tantùm & animalia poßent generare, cùm tamen generatio rebus uniuersis communis existat, & à supremo ac preſtantiſſimo incipiens Deo, vſque ad infimam & ignobiliſſimam rerum omnium extendatur, hac solummodo intercedente differentia, quòd Deus generat tantùm, non gignitur; reliqua autem omnia gignuntur, pleraque etiam generant: et hæc duo quidem ortus sui principia sortita fuere, alterum formæ, reliquum materiæ vicem gerens: quorũ unum dandi, alterum recipiendi munere fungitur. Quapropter non immeritò principiũ quidem formæ locum obtinẽs, patrẽ conferentem, principium verò materiæ partes se-

Generatio rebus omnibus vniuersi communiſsima existit.

Principia omniũ, quæ gignuntur, duo eſſe dicũtur, forma atque materia.

secutum, matrem recipientem poetæ vocarũt. Vt autẽ hæc duo principia ad omniũ rerũ, quę oriuntur, procreationem facilius atq; libentius conuenirent, necesse fuit vt sese mutuò diligerent, et amoris intermedij opera ad cuiuscunq; rei generationem in vnum coniungerẽtur, hac certè in re hominum & animalium parentes imitantia. Si igitur copulatio duorũ principiorum generationis, naturalem ordinem seruauerit, coniugium à poetis vocatur, eaque uir vxorque appellantur. Si uerò ipsorum coniunctio à consueto naturæ cursu deerrauerit, amor atque adulterium nuncupatur, & parentes seu genitores amantium appellationem sortiuntur. Quamobrem Deorum tàm superiorum, quàm inferiorum amores, coniugia, procreationes, affinitates, atque origines sine vlla hæsitatione iã admittere debes. SO. Hoc rectè percepi, & diuinorũ amorum firmissimum fundamentũ præclarè iecisse videris. Verùm memorabiles quosdam Deorum amores, necnon illustriores eorum procreationes distinctius & enucleatius te vellem interpretari, & à Demogorgone exordiri, quem primum ac supremum Deum significare homines opinãtur: memini enim me intellexisse ipsum noua quadam atque inusitata ratione filios edidisse. Sententiam tuam de tàm prodigiosa procreandi ratione audire desiderarem. PH. Quod de

Amor hæc duo tã diuersa generationis principia, formã scilicet ac materiam in unũ copulat atq; coniungit.

Qua rõne poetæ Dijs ipsis amores, cõiugia, adulteria, procreationes, affinitates, atque origines attribuere solent.

de Demogorgonis prole antiqui monumentis literarum consignarunt, totum tibi aperire contendam. Legitur apud Pronapidem poetam in eius protocosmo, Demogorgonem æternitate & chaos tantùmmodo circunseptum, cùm in æternitate illa fęlicissimè quiesceret, tumultum ingentem in ventre ipsius chaos excitatum, sensisse. Quapropter vt ei opem ferret, manu admota illius ventrem aperuit; vnde mox litigium prodijt: quod turpi & deformi ore pręditũ, dum maximas turbas excitaret, et sursum euolare contenderet, mox à Demogorgone in imum fuit detrusum. Verùm cùm sudoribus & suspirijs ardentibus puerpera miserabiliter adhuc grauaretur atq; opprimeretur, Demogorgon manum ad se prius contrahere noluit, quàm Pana vnà cum tribus sororibus, quæ Parcæ dicuntur, è ventre ipsius eduxerit: cuius quidem Panis maxima pulchritudine, & egregia forma impulsus, eũ curę familiari præfecit; & tres sorores tanquã pedissequas, ancillas, atque ministras eum sequi iussit. Chaos deinde tantæ molis pondere exoneratum & liberatum, Demogorgonis sua su filium Pana in paterno solio collocauit. Hæc est fabula Demogorgonis à poetis decãtata, etsi Homerus in Iliade Litigij, Discordieq; procreationem Ioui vt patri attribuerit: quã propterea quòd in Euristei, & Herculis ortu gra-

Fabula Demogorgonis prolem atq; posteritatẽ, necnon insolitam huiuscemodi procreationis rationem exponens.

grauiter Iunonem offendit, à Dea è cælo in terram asserit præcipitatam fuisse. Addunt insuper Demogorgonem Polum, Pythonem, Terram, & Erebum genuisse. S O. Huius fabulæ significationem quęso mihi declara. P H. Nempè ipsa rerum omnium generationem atque procreationem è summo creatore emanantem significare videtur, cui æternitatem indissolubili volunt societate semper coniunctam fuisse: quia solus ipse verè æternus vocari potest, qui vniuersorum principium causaque & est, & semper fuit, & semper erit, nulla prior sus temporum successione in eo conspecta. Chaos quoque in æterna illa societate tertium locum ferunt obtinuisse: quia Chaos, vt præclarè Ouidius cecinit, est communis, mixta, atque confusa omnium rerum materia; quam veteres cum Deo simul æternam esse dicebant, & ex qua ipse pro voluntate & arbitrio suo ueri optimique parentis munere functus, vniuersa procreauit, atq; formauit: materia autem omnium rerum, quæ genitæ fuerunt, communis mater & verbo & reipsa esse videtur. Vnde duos tantùm rerum vniuersarum primos, antiquissimosque parentes, quorum vnus patris, alter matris obtinet rationem, ęternos atque ingenitos esse veteres pronunciarunt. Verùmtamen Deum causam præcipuam, Chaos autem accedentem & concomitantem esse volu-

Allegoria fabulæ Demogorgonis iā expositæ rerū omniū è summo creatore emanantē, atq; ex primamateria prodeuntē elegāter admodum significantis.

luęr

luerunt: hoc enim Plato quoque in Timęo de noua ac recenti rerum à summo Deo ex æterna & confusa materia procreatarum ratione, sensisse videtur. Sed aliquis fortasse antiquos reprehenderet: cùm enim Deus communis omnium genitor ab omnibus habeatur, necesse est ipsum materiam quoque in lucem edidisse, ex qua cætera deinde genita fuerunt. Verùm id nimirùm præstantissimi viri significare voluerunt, cùm chaos in æternitate illa Dei Optimi Maximi socium fuisse dicatur, ipsum æterna quadam generatione ab eo processisse: & Deū postea reliqua omnia ex chaos, noua ac tēporali generatione effecisse, qua quidē in re Platonicę opinioni consenserunt. Chaos autem etsi ex Deo emanauerit, eius tamen socium fuisse dixerūt, tùm quia ex æterno à Deo profluxit, & semper vnà cum eo conspicitur: tùm etiā quia ad rerum procreationem atque generationem cum Deo tanquā vxor quædam & socia ipsius concurrit. Cùm igitur chaos nullo intermedio existente, à Deo productū fuerit, reliqua autem omnia à Deo & ex Chaos siue ex materia originem traxerint, iurè ipsum Chaos Dei socium vocatur: neque huic repugnat, illud ex æterno à diuino numine prodisse; quemadmodum etiam Eua cùm ex Adamo formata fuisset, socia & vxor ab eo semper habita fuit; necnon inter posteros quoq; &

Chaos æterna quadā generatione à Deo processit: cætera autem oīa ex Chaos noua ac tēporali generatione a Deo effecta fuerunt. Ratio, cur poetæ Chaos ipsū Dei socium esse finxerunt.

& ipsorum vtrunque, societas quædam affinitasque intercessit. S O. Veteres hac fabula vniuersi generationem ab omnipotente Deo tanquam à Patre, & à Chaos siue materia tanquã à matre proficiscentem, significare quidem uoluisse videntur. Verùm huiusce fabulæ haud cõmunem tantũmodo sensum, sed singula etiam quæque significata intelligere desiderarem: sicut quid tumultus in ventre Chaos excitatus, quid manus Demogorgonis admota, quid Litigij & aliorum ortus sibi velit.
P H. Strepitus & tumultus, quem ex ventre ipsius Chaos Demogorgonem sensisse iam diximus, est potestas ac appetitus materiæ res diuisas & separatas pariẽdi, quę quidẽ diuisio strepitum atq; tumultum efficere solet. Manus Demogorgonis admota ad uentrem chaos aperiendũ, est potentia diuina, quæ potestatem cõmunem atque uniuersalem ipsius Chaos, ad actum separatũ atque distinctum reduxit: hoc enim proculdubio significat uentrẽ prægnãtis aperire, & fœtus latentes educere. In generatione autem hac conficienda non membro aliquo ad propagationem accõmodato, sed manu nouo quodam & insolito exemplo ipsum uti uoluerunt: ut indicarent primam rerum procreationem, & productionem minimè uulgarem & consuetam fuisse, sicut est naturalis generatio, quæ creationi postea successit; sed mi-

alegoria optima.

mirificam & monstruosam extitisse, quæ manus potentissimi instrumenti vsum requisiuit. Litigium primum ex ventre Chaos dicunt emersisse: nam ex materia prima ante omnia diuisio rerum prodijt, quæ cum prius in ea coniunctæ & confusæ omnes reperirentur, pariendi temporibus exactis, à Demogorgonis manu, hoc est à potentia maxima Dei diuisæ distinctæque fuerunt. Diuisio ista litigium vocatur, quia in quatuor oppositis contrarijsque versatur elementis: & turpi ore ac inhonesto fingitur esse, quia reipsa diuisio & oppositio defectum, sicut contrà vnio atque concordia perfectionem inducere solet. Litigium sursum aduolare contendentem, à Demogorgone è cælo in terram volunt præcipitatum fuisse, quia in cælo nulla discordia nullaue oppositio ex Peripateticorum sententia reperitur: & hac de causa celestia corpora mortalitati minimè obnoxia existunt, sed hæc tantummodo inferiora; quia in ijs nulla, in his maxima diuersitas ac oppositio esse conspicitur, quæ rerum interitus ac dissolutionis potissima causa existimatur. Quòd autem Litigium è cælo in terrā depulsum fuisse pronunciant, significare intendunt cælum esse causam omnis diuersitatis pugnæque rerum inferiorum, ipsum autem cuiuscunque oppotionis atque discordię expertem esse. SO. Si cælum omni genere caret

oppositionis, quomodo ipsam efficere valet? PH. Huiusce rei tres rationes in medium adduci possunt: primùm oppositio effectuum, qui à planetis, astris, & cælestibus signis proficiscuntur: deinde oppositio cælestium motionum, quarum vna ab oriente ad occidentem, altera contrà ab occasu ad ortum contendit; & hæc versus septentrionem, illa versus meridiem procedit; postremò contrarię corporũ inferiorum, quæ intra Lunarem orbem collocantur, positiones; cùm cælo proximiora leuiora, ab illo autem remotiora, centroque viciniora, grauiora esse conspiciantur: ex qua quidem prima oppositione omnes reliquæ elementorum differentiæ atque diuersitates deriuantur. Antiquorum etiam, & Platonicam illã opinionem in huius rei confirmationem possemus adducere, quòd astra & planetę ex igne propter copiosissimam lucem, cęlestes autem orbes propter maximam tenuitatem ac perspicuitatem ex aqua confecti fuerunt. Vnde Cælum scamayn Hebrei appellarunt, quod es maim, hoc est ignem & aquam ipsi interpretantur. Quam quidem opinionem sequentes forsitan dicere possemus, litigium atque oppositionem in primus mundi exordijs ad cælos ascendisse, quia cælestia corpora ex igne constãt & aqua: verùm ibi minimè constitisse, quinimo è cælo ad terras tanquam ad propriam & con-

Tres ascribuntur rõnes, cur cælestia corpora in mundũ inferiorẽ oppositos contrariosq; demittunt effectus.

Plato antiquißimorũ Hebræorũ secutus opinionẽ Cælum ex aqua & igne constare existimauit.

n. n.

conuenientem ipsorum habitationem esse deuoluta, in quibus generationis successio contrariorum intercessione perpetuò continuatur. S O. Absurdum quidem mihi uidetur in cælo contrarias elementorũ naturas, ut ignis & aquæ collocari. P H. Si materia prima, ut isti unà cum Platone senserunt, tàm cælestibus quàm inferioribus communis existit, quidni aliqua saltem elementorum oppositio in cælis quoque reperietur? S O. Cur igitur cælestia quoque corpora, quemadmodum inferiora non corrumpuntur? P H. Plato quidem cęlos suapte natura corrumpi posse concessit, uerùm propter diuinam potentiam formarum intellectualium actu existentium, quæ cælos informant, eos uoluit indissolubiles esse: eoque magis, quia cælestia elementa longè inferioribus puriora, & quasi sublunarium animæ debent existimari: neque in cælis, sicut in inferioribus mixtis, commixta fuisse conspiciũtur; quia ignis partem tantùmmodo lucidã, & aqua partem perspicuam dũtaxat sibi usurpauit. Vnde etsi Litigium quàmprimùm auras uitales attigit, ad cęlum properauit; mox tamen in mundum inferiorem fuit detrusum, in quo tanquam in propria curia eum hodie residentem uidemus. Quapropter subiungit fabula quòd cùm Chaos Litigio iam edito sudoribus, & ardentibus suspirijs nihilominus aggra-

Plato cælestia ex eadẽ materia, ex qua inferiora quoq; corpora cõstare, & suapte natura corrumpi quandoque posse putauit.

-h-

aggrauaretur atque opprimeretur, Demogorgon manu ulterius extensa, Pana cum tribus sororibus, quæ Parcæ uocãtur, ex uentre puerperæ eduxit. Per labores & cruciatus illos, quos Chaos primamq́ue materiam Litigium enixam, pertulisse dicunt Poetæ, intelligendæ sunt contrariæ quatuor elementorum naturæ: ita ut per oppressionem illam & pondus terram reliquis elementis grauiorem, per sudorem aquam, per ardentia suspiria aerem & ignem significare videntur. Vnde ut opem & salutem aliquam his tantis laboribus & cruciatibus à pugna atque discordia contrariorum proficiscentibus, diuina potentia afferret, ex vterò ipsius Chaos Pana secundum filium, qui apud Græcos totum significat, extraxit: per Pana vniuersalem quidem naturam omnia, quæcunque ex Chaos genita ac edita in lucē fuerunt, ordinantem & gubernantem, contrariasq́ue naturas simul pacantem & concordantem, sub intelligi uolunt. Vnde Pana post Litigium natum fuisse ferunt, quia concordia discordiæ succedit, necnon in discordiæ locum subit. Cum Pane tres Parcas simul genitas fuisse aiunt, quæ Clothos, Lachesis, & Atropos nominantur, & à Seneca fatis præesse dicuntur: per eas tres ordines temporum significantes, præsens, præteritum, ac futurũ, quæ Deum naturæ uniuersalis sequacia uolũt statuisse. Nam Clotho

Tres Parcæ tres ordines temporũ, præsens uidelicet, præteritum, atq; futurum significare dicuntur.

O rerum

rerum præsentium uolutionem esse interpretantur, & hæc Parca præsentia uitæ stamina uoluit, atque deducit. Lachesis futuri significat productionem, & hæc lina, quæ nenda ac torquenda supersunt, diligenter præparat atque custodit. Atropos, quasi irremeabilem & irreuocabilem dixeris, præteritū figurat, quod reuerti nequaquam potest, & hæc fila sibi cōmissa iam neuit atque absoluit. Appellantur autem Parcæ per quandam ironiam, eò quòd nemini parcunt. Addunt præterea Pana Demogorgonis iussu in patris solio collocatum fuisse: quia natura diuinum ordinem exercet, rerúmque administrationem sibi concreditam promptè, fideliterq; exequitur. Subsequitur postea sexti filij, Poli uidelicet, ortus, ultimam sphæram repræsentantis: quæ super duos Polos, arcticum atque antarcticum uoluitur: deinde septimi Pythonis, Solem figurātis: octauus postea fœmina existens, terræ nomen fuit sortitus, & centrum mundi significare uidetur. Tellurem insuper noctem enixam fuisse cecinerunt poetæ, propterea quòd ex vmbra terræ nox ipsa efficitur. Per noctem quoque lucidarum formarum interitum ac priuationem à materiæ tenebris proficiscentem, possumus intelligere. Famam quin etiam terræ filiam esse addiderunt, quia terra mortalium, postquàm extremum diem obierunt, famam nomenque confer-

Terræ posteritas, Nox scilicet, Fama, & Tartarus unà cum eleganti trium horum liberorum significatione.

conseruat. Tartarum demùm, hoc est infernum quasi filium Tellurem matrem tradunt peperisse, propterea quòd omnia corpora genita ad uentrem terræ inferiorem tandem reuertuntur. Hos quidem, & plures alios filios Tellurem per se tantùm nulla viri opera concurrente genuisse affirmant: quia huiuscemodi omnia defectus & priuationes essentiæ existunt, quæ quidem à rudi tantùm materia, minimè autem à forma proficiscuntur. Demogorgon postremò Erebum nouissimum omnium aliorum filiorum habuisse fertur: qui adhæsionem significat, idest naturalem quandam potestatem omnibus rebus inferioribus adhærentem; quæ quidem in hoc sublunari orbe est ipsamet rerum generabilium materia, & est causa generationis & corruptionis, necnon cuiuscunque varietatis, & mutationis corporum inferiorum: in homine autem, quem mundum exiguum esse iam demonstrauimus, est appetitus ac desiderium res nouas acquirendi. Quapropter Erebum plures filios dicunt habuisse, ut Amorem, Gratiam, Laborem, Inuidiam, Timorem, Dolum, Fraudem, Pertinaciam, Egestatem, Miseriam, Famem, Querelam, Morbum, Senectutem, Pallorem, Obscuritatem, Somnum, Mortem, Charontem, Diem, & Aetherem. SO. Quam tot natorum matrem aiunt extitisse? PH. Noctem telluris filiam,

Erebi significatio

Erebi & Noctis numerosa progenies unà cū eius apta & conueniēti significatione.

cum qua Erebus concumbens, vniuersam hanc progeniē fertur genuisse. SO. Cur totam hanc prolem Erebo & Nocte satam fuisse arbitrantur? PH. Quoniam hæc omnia à potestate inhærente, nocturnisq; priuationibus tùm in magno ac sublunari, tùm etiam in paruo ac humano mundo, proficiscuntur. SO. Qua ratione? PH. Amor, seu desiderium ab inhærente potestate, atq; defectu originem habet: materia enim, ut Philosophus testatur, eas omnes, quibus caret, appetit formas. Gratia est ipsius rei expetitæ, uel amatæ, quæ in mente aut appetitu desiderantis persistit. Labores cruciatus, atque solicitudines amantis, ut rem tandem consequatur expetitam, esse definiuntur. Inuidia angor quidam animi esse dicitur, cuius causa miser amans quàm maximè inuidet commodis, & voluptatibus possidentis. Timor est uel rem tunc primùm acquisitam amittendi (quæcunque enim à nobis comparantur, amitti quoque possunt) uel ne id, quod exoptamus, assequi vnquam possimus. Dolus, & Fraus sunt media congrua & accommodata rem concupitam obtinendi. Pertinacia est illa, qua in eadem vtimur persequenda. Egestas, Miseria, & Fames sunt expetentium priuationes. Querela est amantium lamentatio atque conquestio, propterea quòd uel quæ vehementer appetunt, assequi minimè possunt; vel

vel iam habita, & acquisita deperdiderunt. Morbus, Senectus, & Pallor dispositiones quædam existunt ad amissionem & interitum rerum acquisitarum, voluntate aut generandi potestate intercedente. Obscuritas, & Somnus sunt primæ rerum amissiones: Mors autem postrema existit corruptio. Charon obliuionem inducit, quæ amissionem atque interitum rei consequitur acquisitæ. Dies in uniuerso quidem lucida forma existit, ad quam potestas materiæ inhærens, tandem pertingere potest, & est ipse intellectus humanus: in homine verò est lucidissima uirtus ac sapientia, ad quas perfectorum voluntates ac desideria eriguntur. Aether est cælestis ille spiritus intelligentia præditus, cuius ad summum materiæ potestas, humanaque voluntas participes fieri possunt. Forsitan etiam hi duo postremi Erebi filij reliquis natu minores, Dies, et Aether, duas illas cælestes naturas, tùm lucidam stellarum ac planetarum, quæ Dies vocatur; tùm etiam perspicuam ipsorum orbium, quæ dicitur Aether, significare possent. SO. Quam similitudinem & conuenientiam hæ duæ cælestes cum Erebo habent naturæ, quem generabilium & mortalium materiam iam esse asseuerasti? & qua ratione eo prognatas fuisse affirmas? PH. Propterea quòd antiquorum plurimi, unaque

cum eis Plato, cælestes istas naturas ex materia corporum inferiorum constare uoluerunt, unde ipsæ inter omnes Erebi filios præstantiorem ac digniorem locum obtinuerunt. S O. Quæ breuibus de Demogorgonis posteritate complexus fuisti, satis superque mihi esse uidentur. Reliqui Deorum amores tibi restant exponendi, ut Panis secũdi Demogorgonis filij in Siringam. P H. Pana duo cornua in capite ad cælum usque pertingentia, igneam faciem, barbam prolixam, & in pectus propexam habere, poetæ tradiderunt. Baculum & fistulam septem cicutis compactam, in manibus gestat. Pelle uersicolore est indutus. Corporis membra humilia, deformia, & incomposita, caprinaque crura fertur habere. Cùm autem ipse atque Cupido in grauissimas olim contentiones de principatu inter sese uenissent, Pan à Cupidine tandem victus & superatus, uirginis & nymphæ cuiusdam Arcadicæ nomine Siringæ, maximo uehementissimoque exarsit amore. Quapropter Nympham Pane sequente, ipsaque Deum fugiente factũ est, ut ambo ad fluuium Ladonem peruenirent. Vnde Virgo aliarum Nympharum auxilio implorato, in palustres calamos fuit conuersa, quorum suauissimum sonum zephyro molliter flante, eosq; leuiter feriente cùm Deus audiret, & harmonia illa mirificè delectatus, necnon maximũ suum in Nym-

Fabula Panis figuram, eiusq; ardentissimũ in Siringam amorem exponens.

in Nympham ostendere uolens amorem, septem ex eis calamis sibi sumptis, ipsos cera coniunxit, & fistulam pastorale & suauissimum quoddam instrumentum ex ipsis formauit.

SO. Quemnam allegoricum sensum hac fabula poetæ significare uoluerunt? PH. Præter historiam Syluani cuiusdã Arcadij; qui cùm amaret, musicæ studiosissimus fuit, & fistulam septem calamis cera compactis primus excogitauit: alium proculdubio altiorem & magis reconditum sensum iam supradicto commento veteres implicuerunt; quòd scilicet Pan apud Græcos totum significans, est vniuersalis natura vniuersum mundum regens atq; disponens: duo cornua, quæ ex fronte oriuntur, & usq; in cælum ascendunt, duos Polos, arcticum, & antarcticum repræsentant: pellis varijs coloribus aspersa, qua uestitur, octauam sphæram innumerabilibus ferè stellis distinctam imitatur: ignea facies septem Planetas figurare uidetur: nam facies, ut superius diximus, septem præcipuis organis, quæ maximam habent similitudinem cum septem errantibus astris, duobus uidelicet oculis, duabus auribus, duobus narium meatibus, & ore, fuit insignita: horridæ comæ, prolixaq; barba in pectus propensa radios solis Planetarum, & Syderum referre dicuntur, qui in mundum inferiorem propendent, ut omnes generationes efficiant ac mixtiones.

Allegoria tùm Panis figuram, tùm etiã huiusce Dei in Siringam uehementissimũ studium declarans, quæ uniuersalem naturam mundũ ipsum regentẽ ac disponentem perbellè designat.

nes. Humilia & incompoſita membra elementis, & inferis corporibus, utpotè illis, quæ ſi cum cæleſtibus conferantur, rudia atque deformia exiſtunt, aſſimilari poſſunt. Pedes caprini eſſe dicuntur, quia ſicut capræ nunquàm rectà incedunt, nec vllum in motu ordinem ſeruant; ſed ſemper errare, & huc atq; illhuc ferri conſpiciuntur: ita in hoc mundo inferiori res moueri, & ex vna in alteram ſpeciem atque eſſentiam mutari nulla certa lege ſeruata, ſed obliquè & incompoſitè cernuntur; cuius quidem confuſionis, ac erroris cæleſtia corpora expertia prorſus exiſtunt. Panis figuram à Poetis decantatam, eiusque interpretationem, niſi me animus fallit, ſanè diligenter proſecuti fuiſſe uidemur. S O. *Diligentiſſimè quidem: ſed ſignificationem vehementiſſimi amoris, quo Deus Siringam adamauit, tanquàm propoſito noſtro magis accommodatam, aggredere interpretandam.* P H. *Addunt inſuper vniuerſalem iſtam naturam tam præſtantem, potentem, admirabilem, & excellentem, amoris expertem minimè extitiſſe: & ideò eam volunt puram incorruptamque virginem adamaſſe, ideſt ſtabilem & perpetuum ordinem rerum, quia natura meliora atque perfectiora deterioribus ac imperfectioribus anteponit: quem*

qui-

quidem certum & constantißimum ordinem dum ipsa assequi cupiebat, is eam effugiebat: quia mundus iste inferior minimè stabilis, & perpetuis mutationibus nullo prorsus ordine seruato, subiectus eße conspicitur pedum instar caprarum. Huiusce autem virginis celeritas & fuga à Ladone flumine firmata fuit ac impedita: quia Cælum continuo perpetuoque motu fluuium referens, incorruptam quidem, sed lubricam & labentem corporum generabilium inferioris orbis stabilitatem, continet atque coercet, etsi cælum quoque perenni sua motione aliqua ex parte instabile esse perspiciatur. Verùm cœlestis illa mobilitas ordinata ac sempiterna existit, incorruptaque virgo iure à poetis vocatur, cùm eius deformitates atque diuersitates vnitam & harmonicam habeant proportionem: quemadmodum superius diximus, cùm de musico, & suauißimo cælorum concentu sermonem habuimus. Hæ sunt fluuiales arundines, in quas Siringa fertur conuersa fuiße, qui quidem calami spiritu eos impellente, harmonicum & suauissimum edunt concentum; quia spiritus intellectualis cælestes globos circunuoluens, eorum concordantes musicosque sonos componit. Ex septem autem calamis Pana fistulam confecisse, nihil aliud significat,

significat, nisi septem orbium Planetarum congregationem, eorumque circunductorum maximam & mirificam melodiam. Eadem quoq; de causa Pana baculum gestare, tibiamque inflare dixerunt, quia natura septem Planetarum perpetuis, & æquabilibus vtitur motionibus, ad mutationes continuas sublunaris orbis efficiendas. Ecce tibi o Sophia amoris, quo Pan Siringam fuit prosecutus, breuis & compendiosa interpretatio. SO. Et maxima quidem cum animi mei iucunditate ipsam audiui. Modò generationes, coniugia, stupra, atque amores aliorum cælestium Deorum unà cum allegoricis eorum sensibus intelligere uellem. PH. Non omnes quidem, ut prolixam orationem tædiumque uitemus, sed nonnullos cæteris elegantiores atque insigniores breuiter tibi exponam. Cælicolarum origo à Demogorgone, & ab Aethere Dieq; fraterna et cõiugali societate inter sese deuinctis, proficiscitur, qui uel Erebo Demogorgonis filio; uel, quemadmodum alij senserunt, ipsomet Demogorgone satî fuere. Ex amborũ coniunctione Celium siue Cælum aiunt natum fuisse, quod quidem nomen Vranio Saturni parenti gentiles imposuerunt: quia virtutum splendore & ingenij robore ita cæteros superabat ac præcellebat, ut cælestis potius, quàm humanus uideretur, atque ex Aethere Dieq; originem traxisse existimaretur,

Allegoria Celij siue Cæli ortũ exponens, quem quidem Deum poetæ ex Aethere quasi ex patre, Dieque tanquam ex matre natum esse uoluerunt.

retur, quia & spiritalem æthereamq; naturam ingenio, & lucem diuinam virtutibus exprimebat atque repræsentabat. Allegoricus sensus minimè obscurus existit. Cælum enim, quod cuncta circundat, complectitur, & comprehendit, Aetheris Dieique filius esse dicitur; quia ex duabus constat naturis; tùm ætherea propter suam tenuissimam, ac spiritalem perspicuitatem; tùm etiam lucida atque diuina propter stellarum, quibus est refertum, vberrimum & copiosissimum lumē. Aether autem tanquàm pars cæli præcipua, atque amplitudine sua omnes orbes complectens; necnon quia, vt Plotinus ex mente Platonis affirmat, in vniuersa penetrat atque diffunditur, quæ plena spiritu quodam æthereo ille esse arbitratur, patris sortitus fuit appellationem. Astra verò, quia ad cælum non secus ac membra particularia ad totum referuntur, fœminę & matri simillima existunt, quam ab homine tanquàm partē à toto, primā originem habuisse sacra volumina narrant. Huiusce rei aliam quoque rationem afferre possemus, quia scilicet æther longè tenuior ac spiritalior, quàm astrorum ac planetarum lucidißima corpora existit. Vnde Aristoteles ait stellas propter densum & concretum ipsarum tantummodo corpus lucis recipiendæ & conseruandæ fuisse capaces, quam quidem orbibus propter eorum perspicuitatem atque tenuitatem

Cælum ex duabus constat naturis, ætherea ac lucida.

Stella ex Aristotelis sententia est pars densior sui orbis.

Aether ex mēte Plotini propter suam maximam tenuitatem omnia corpora penetrat uniuersi.

natura denegauit. Quinimo Plotinus tantam ætheris existimat esse tenuitatem, ut omnia corpora penetret uniuersi, tàm supera quàm infera, & cum ipsis simul coniunctus & implicitus, ea maiora minimè reddat: quia spiritus iste interior cuncta corpora, eorum mole nullum prorsus augmentum recipiente, alit atque conseruat. Quamobrem Aether viro spiritum conferenti, Dieséque uxori materiam suppetenti, iurè assimilatur, ex quibus duabus naturis Cælum ipsum iam diximus constare. S O. Cælum uerò quem procreauit? P H. Saturnum. S O. Quæ mater tantum filium dicitur peperisse? P H. Saturnus Cretæ Rex Vranio & Vesta fuit prognatus. Cùm autem Vranius propter suam præstantiam & eccellentiam cælum vocaretur, Vesta eius uxor terræ nomen obtinuit: propterea quòd ut fæcundissima mater plurimos fætus fuerit enixa, Saturnum præsertim, qui in rerum terrenarum studijs maximè elaborauit, & multa agricolis utilia primus excogitauit. Ipsum quoque pigrum & tristem natura terræ instar, aiunt extitisse. Allegoricè autem, ut iam diximus, terra in rebus cunctis, quæ ad mundum spectant inferiorem, generandis Cælestis coniugis habet rationem. S O. Cùm Saturnus inter Planetas numeretur, quomodo terræ filius uocari potest? P H. Quia ipse

Allegoria ortus, ipsius Saturni, quē Cælo ac Terra prognatū fuisse poetæ retulerunt.

ipse Cælum habeat patrem, nemo ambigere debet: primus enim omnium Planetarum, & reliquis sydereo Cælo proximior existit; simpliciterque Cælum uocatur, quia non secus ac parens omnes complectitur Planetas. Verùntamen inter Saturnum & terram multæ similitudines intercedunt: primùm plumbei coloris ad terrenum accedentis: deinde quia sicut terra omnibus elementis craßior & pigrior existit, ita Saturnus omnibus errantibus astris tardius proprium motum absoluit. Triginta annorum Saturnus, duodecim Iupiter, duorum Mars; unius Sol, Venus, atque Mercurius; Lunaque vnius mensis spatio proprios orbes peragrare dicuntur. Præterea Saturnus in temperatura quoque & constitutione, quam in corpora demittit, frigida scilicet & sicca, cum terra conuenire uidetur. Homines, quibus dominatur, melancholicos, tristes, graues, pigros, plumbei coloris; agriculturæ, ædificijs, & terrenis studijs quàm maximè deditos efficere solet: omnibus rebus, in quarum compositione terra primas obtinuit partes, dicitur præesse. Senem, tristem, deformi aspectu, cogitantem, sordidè indutum, & falciferum eum depingunt: quia homines, quibus dominatur, huiuscemodi conditionibus præditos, & ad agriculturam valdè propensos atque

Plures similitudines inter Saturnum ac Terram intercedentes.

Saturni natura atque influxus.

atque inclinatos, quæ falce tanquàm commodissimo utitur instrumento, reddere conspicitur. Ingenium sagax, profundas cogitationes, ueram scientiam, bona consilia, animi constantiam, propter cælestis parentis cum matre terrestri optimè commixtam naturam largitur. Deniq; animorum beneficium atque diuinitatem patri, corporum perniciem atque deformitatem matri refert acceptam. Quãobrem egestatem quoq;, mortem, sepulchrum, & res sub terra latitantes, quocunque prorsus corporis cultu & ornamentis reiectis, significare prædicatur. Vnde non immeritò Saturnum omnes filios mares deuorare consueuisse, nequaquam autem fœminas poetæ finxerunt: quia ipse omnia indiuidua quidem corrumpit, terrenas autem & maternas rerum conseruat radices. Iurè igitur Cæli, Terræq; filius, ab antiquis est appellatus. SO. Saturnus autem liberos'ne fertur habuisse? PH. Plures quidem, & mares & fœminas; quemadmodum Cronon, qui tempus definitum significat, uel temporis aliquem circuitum, ut annum, qui circularẽ propriamq; Solis metitur & explet lationem. Cronos autem Saturni filius fuisse dicitur: quia maior ac diuturnior temporis circuitus, quem homo prę uitæ suæ breuitate uidere atque obseruare potest, ipsius Saturni existit: & sicut iam diximus, triginta annorum spatio consumitur atq; exple-

Saturnus cælestẽ naturam animo, naturamque terrestrem corpore optimè repræsentat.

Cronos a poetis Saturni & Opis filius iurè quidẽ fuisse prædicatur.

expletur; cùm cæterorum planetarum propriæ reuolutiones breuiori tempore conficiantur, & absoluantur. SO. Quam uxorem Saturnus, matrem'ue Cronos fertur habuisse? PH. Saturni coniux, Croni aliorumque liberorum communis mater Opis dicitur extitisse, utri sui soror, Cælo patre, Terraque matre sicut ipse quoq; prognata. SO. Per Opim aliud'ne quiddam, quàm legitimam Saturni Cretæ imperantis, uxorem intelligi uolunt? PH. Allegoricè Opis operam sonat, & terræ labores significare videtur: qui tùm in agris colendis, tùm etiam in urbibus & ædibus ædificandis perspiciuntur. Ipsa autem Saturni coniux & soror iurè dicitur: soror quidem, quia Cæli nata exiftit, qui potissima causa & agrorum culturæ, & terrestrium habitationum esse existimatur; ita ut ijdem parentes, Cælum uidelicet ac Terra, & Opim & Saturnum genuerint. Est etiam ipsius coniux: quia agricultura atque ædificia à Saturno tanquam agente, & ab Opi tanquàm patiente ac recipiente, proficiscuntur. SO. Quos alios insuper filios Saturnus & Opis genuerunt? PH. Plutonem, atque Neptunum: quorũ hic Mare, ille Abyssum figurat: ambobus enim Saturnus dominatur. Alios quoq; liberos eo satos fuisse poetæ retulerunt. Verùm ad cælestia ut ad propositum nostrum magis accommodata reuertentes, dicamus

Opis quid significat.

Opis Saturni & soror & coniux a poetis haud immeritò quidem fingitur extitisse.

Saturnus ex Opi tres liberos cæteris insigniores fertur habuisse, Plutonem, Neptunũ, ac Iouem.

Ratio cur Iouem ex Saturno quasi ex parente originem traxisse poetæ finxerunt.

mus Ionē etiã Saturni filium extitisse: qui quidem Iupiter est infra Saturnum, ipsum tamen contingens; atque in cęlesti serie eadem ratione Saturno succedit, qua Iupiter Cretæ imperans, in patris Saturni regnum successit. Hic autem Cretensis Iupiter, propter suam benignitatem atque virtutem excellentissimi, & beneficentissimi Planetæ nomen meruit sortiri; non secus ac pater propter consimilem rationem, ut supra iam diximus, Saturnus est appellatus. Vnde cùm ambo Reges istorum duorum Planetarum naturas participarent, eorum propria nomina meritò sibi usurparunt, ac si duo illa cælestia sydera in terras descendissent, & humanam formam sibi induissent. In ijs quoque, quæ tùm vtrique seorsum, tùm ambobus simul acciderunt, duos illos Planetas repræsentasse videntur. SO. De Saturno satis iam locutus fuisti: nunc ea, quæ Ioui et unà cum parente Saturno, & ipsi tantùm euenere, allegoricè interpretare. PH. Quemnam eius euentum me tibi uis exponere? SO. Illum, quo Iouem recens natum Saturnum immanissimum patrem, qui omnes filios interficere solitus erat, ferunt latuisse. PH. Saturnum omnium bonorũ atque virtutum in hunc mundum inferiorem ex alijs Planetis descendentium, perditorem esse & corruptorem, allegoricè est intelligendum; earum præsertim, quæ à Ioue

Allegoria ortus ipsius Iouis Saturno tantopere snuisti

à Ioue proficiſcuntur, & primæ, cæteriſq; inſigniores exiſtunt: ut Iuſtitia, Liberalitas, Magnificentia, Pietas, Ornamentũ, Splendor, Forma, Amor, Gratia, Benignitas, Succeſſus, Opes, Deliciæ, aliaq; conſimilia, quæ quidẽ omnia Saturnus euertere ac deſtruere ſolet: & qui fatorum iniquitate in ſuis natalibus Saturnum Ioue potentiorem ſortiti fuere, maxima damna, plurimaq; incommoda huius maleuoli Planetæ dominio perpetiuntur: & uel nullas, uel paucas admodum, easque uix conſpicuas, quas modò enumerauimus, uirtutes habere cõſpiciuntur: quemadmodum Cretenſis quoque Iupiter, cùm infans atque infirmus eſſet, Saturno ſæuiſſimo patri, qui tanquam potentior eum interficere ſtatuerat, clanculum fuit ſurreptus. S O. Verùm quæ allegoria eius fabulæ poteſt afferri, quæ Saturnum Titanum captiuum exiſtentem, à miſericordi filio Ioue maximis copijs comparatis miſerrima illa ſeruitute liberatum tradit fuiſſe? P H. Significare hoc commento uoluerunt poetæ, quòd cùm Iupiter in alicuius natali; uel in ædificij, habitationis, aut cuiuſcunq; alterius inſanæ ſubſtructionis exordio, principatum obtinuerit, & lætis ac fœliciſſimis oculis Saturni torua ac infauſta lumina confundentibus, alios aſpexerit Planetas; calamitate, miſeria, & uinculis ſibi ſubiectum uirum liberabit, & omnia Saturnia

Allegoria eius fabulæ, quæ Saturnum Titanis inſeruientem a Ioue filio liberatum fuiſſe recenſet.

P infortu-

ratione; nec iniuria quidem, cùm ipse cæteris planetis beneficentior & præstantior existat, et secundā tanquam reliquis digniorē sedem occuparit: prima tamē propter reuerentiam ac pietatem vt omnium dignissima, Saturno parenti concessa, qui intellectum cælestem animam producentem significare uidetur; sicut Opis Saturni coniux, & Iouis Iunonisque mater terram, primamq; materiam designat. Iupiter in atheres regionibus medium locum obtinuit: qui aliorum Planetarum, Saturno tantùm excepto; & Cæli, necnon Iunonis sororis omnia corpora, quæ inter cælum terræque centrum repe riuntur, complectentis ac moderantis, principium & communis parens esse uidetur. Quoniam autem cælestis mundus atque elementaris nullo intermedio existente sese contingunt, propterea fratres esse dicuntur; & eodem partu editi fuisse asseruntur, quia ambo ab intellectu patre, & ex materia matre simul, vt Anaxagoras sensit, procreati fuere: quod sacrorum quoq; voluminum authoritate confirmatur, quæ creationem rerum, mundiq; exordium pertractantia, referunt ex uno principio ac semine cælum terramq; ab optimo maximo Deo creata fuisse. Prior autem Iuno è ventre matris fertur prodijsse: quia antiquissima est opinio vniuersi procreationem à centro auspicatam, quadam ascendente successione usque

Ratio cur Iuno prior Ioue ex aluo materno fertur prodijsse.

que

infortunia reprimet ac superabit. S O. *Quid autē sibi vult illud, quòd Iouē postquam Saturnum libertate donauit, paterna sceptra sibi vsurpasse, & parentem ipsum in infernum relegasse, memoriæ proditum fuit?* P H. *Huius cōmenti historicū sensum eum esse dicemus, quòd Iupiter postquam Saturnum Titanum seruitute liberauit, regno ablato ipsum in Italiā compulit, vbi vnà cum Iano regnauit, & Romæ prima iecit fundamenta, ibiq; exul vitam cum morte cōmutauit. Poetæ Latium infernum appellarunt: tùm quia superioribus primisue temporibus Cretæ & opibus, & nobilitate erat inferius, qua quidem de causa Rex illud cum Regno suo collatum, infernum appellauit: tùm etiam quia reuera Italia Grecia inferior existit, cùm ad occidentem magis inclinet. Ortum autem superum, & Occasum inferum homines passim uocare consueuerunt. Allegoricè autem est intelligendum, quòd cùm Iupiter principem locum in cuiusuis personæ natali aut actione obtinuerit, dominationem atque imperium eripit Saturno; ipsumq; sibi uirtute cedere, ac inferiorem esse cogit. Communis autem & artificiosissima allegoria ea esse dicetur; quòd etsi primùm in exordio rerū generationis, et animaliū conceptionis, Saturno regnāte, hoc est huiusce Planetæ diuino auxilio intercedente, semina sub terra conseruentur, speramque*

Historicus, atque Allegoricus sensus eius fabulæ, quæ Saturnum à filio Ioue è regno expulsum fuisse demōstrat.

que ad extremam cæli circunferentiam subrepsisse, non secus ac arbor ab infima terrenaque radice ad summos æthereosque ramos paulatim ascendit: quod quidem Psalmista quoque grauissimo testimonio potest confirmari dicentis: Dic, quo Deus terram cælumque creauit: Atq; huiuscemodi uerborũ contextu in ordine procreationis inferius superiori præponentis. Matrimonio quoq; hi duo mundi coniuncti fuisse dicuntur: nam, ut suprà iam dixi, cælorum vniuersitas ad elementorum communitatem eandem, quam uir ad vxorem, obtinet proportionem; cùm illi in hæc agere, hæc autem actiones ex illis defluentes, recipere conspiciantur. Iunonis etiam nomen vnam eandémque cum Ioue originẽ habet, idest à iuuando: ambo enim ad rerum generationem, ille ut pater, hæc vt mater quàm maximè iuuant. Matrimoniorum quoque Dea, & Parientium Lucina appellatur, utpotè præstantissima illa virtus; quæ mundum inferiorem, elementorum coniunctionem, rerumque generationem temperat ac moderatur. SO. De Iouis atque Iunonis coniugio satis dixisti: nunc eorum posteritatem, Hebem videlicet fæminam, & Martem masculum interpretandam aggredere. PH. Apollinem filium apud Iouem patrem quondam commorantem nouercæ Iunoni agrestes lactucas comeden-

Iupiter & Iuno eandem habent etymologiam, ambo enim à iuuando sic appellãtur.

Iuno cur matrimoniorum Dea, & parientiũ Lucina esse existimatur.

Allegoria eius fabulæ, quæ Iunonem Apollinis opera concepisse, ut

maq́ue condensetur: in rerum tamen iam exortarum, & ad lucem ventarum profectu, augumento, atq; ornatu, Iupiter regnũ sibi vendicare conspicitur, & primas obtinet partes; Saturnoq; parente ex imperio expulso, in infernum eum relegare uidetur, ideſt in locos cæcos atq; obscuros, vbi rerum semina, quibus dominari Saturnus haud immeritò existimatur, in generationis latent exordio. SO. Eorum, quæ Ioui & Saturno simul euenisse dicuntur, interpretationes à te excogitatæ, acutæ & uerisimillimæ quidem esse videntur. Vnde cùm hæc tàm subtilia & elegantia habuerint significata; multò subtiliora atq; elegantiora ea habitura esse iudico, quæ de victorijs ac de virtutibus Iouis, presertim de ipsius iustitia, liberalitate, ac pietate poetæ retulerunt. PH. Rectè quidem iudicas: eum enim mortalibus benè honesteq; uiuendi, rationem primũ dicunt ostendisse, qui antea homines immolare, et eorũ carnibus vesci soliti erant: à qua quidem tam impia ac inhumana consuetudine ipsos Deũ aiunt retraxisse. Nempè significare intendunt Iouẽ cęlestem propter suam maximam benignitatem omni sæuitiæ ac feritatis genere homines interdicere, & eis pietatẽ infundere, ipsorumq́ue vitam conseruare atq; producere; necnon ab innumerabilibus fermè periculis eorũ corpora tueri ac liberare. Vnde ζεὺς quasi vita à Græcis

Iouis naturã beneficam, eiusque præclaras actiones eleganter admodum interpretatur.

Iupiter à Græcis ζεὺς quasi ζῶν, hoc est uita appellatur.

Hebem peperisse recenset.

das aiunt tradidisse: unde cùm Dea anteà sterilitatis nomine malè audisset, statim concepit, & filiam Hebem peperit, quæ propter egregiam formam iuuentuti prefecta, cum Hercule in matrimonium postea fuit coniuncta. SO. Quænam est huius fabellæ allegoria? PH. Cùm Sol, qui uocatur Apollo, in domo patris sui Iouis, idest in Sagittario primo præcipuoq; Iouis domicilio diuersatur, & illhinc ad Pisces usque secundam eiusdem Iouis habitationé, insigne Zodiaci opus, excurrit: quod quidem iter totum illud temporis interuallum inter mediū Nouembrem, & medium Martum collocatum, complectitur: propter eorū mensium immodicum frigus, assiduasq; pluuias Iuno elementarem orbem designans, grauida redditur. Et hoc nimirū significatur, cùm dicitur Apollinem agrestes lactucas Deæ manducandas apposuisse, frigidissimum proculdubio atq; humidissimum cibum: quæ quidem duæ qualitates terram superioris autumni intemperie sterilescentem, excitare & commouere, & radicibus seminibusq; rerum virtutem quandam generandi seu germinādi, quæ conceptio appellatur, elargiri uidentur. Vnde terra proximo deinde vere Sole ex Piscibus exeunte, atq; Arietem ingrediente, tot, ac tàm formosos fætus conspicitur eniti. Quoniam autem tunc temporis Plātæ uirescunt, & omnia renouantur, propterea

à Græcis uocatur. Addunt prætereà ipsum leges sanxisse, pietatem docuisse, & templa immortalibus Deis dedicasse: quia cælestis iupiter homines sibi subditos, moderatos, æquitatem amantes, diuinoq; cultui quàm maximè deditos efficere solet. Eum quoq; maximam totius orbis terrarum partem subiugasse pronunciant: quam inter fratres, filios, cognatos, atque amicos distribuit, sibiq; solum montem Olympum retinuit, in quo tanquam in curia residebat: & innumeris penè hominibus ad Deum undiq; confluentibus, diuinaq; iudicia petentibus iura reddebat, & integrã incorruptamq; iustitiam administrabat. Significant vtiq; beneficentissimum istum Planetam uictorias, diuitias, & possessiones unà cum liberali earum dispensatione in homines suos conferre, ipsumq; purgatam quandã substantiam, purissimamq; naturam diuino fauore consecutum fuisse, ab omni auaritia & fœditate prorsus alienam; & homines iustos, virtutis & æquitatis amantissimos efficere. Quapropter Hebræi eum Sedech, quasi iustitiam dixeris, appellarunt. SO. Omnes istæ Iouis allegoriæ, quas tam doctè ac eruditè interpretatus fuisti, maximam iucunditatem mihi attulerunt. Verùm quid de huiusce Dei uarijs, diuersisque dices amoribus, stupris, atque adulterijs? PH. Referunt historici Iouem sororem suam Saturni & Opis filiam

. n.

Hebræi Iouem Sedech, quasi iu-stitiam appellant.

Allegoricus sensus, cur poetæ Iouem sororẽ suam

pterea Hebe iuuentutis Dea esse prædicatur: ipsa enim germinandi uirtutem illam diuinam significat, uerno tempore sese exerentem; quæ ex cælesti Ioue, terrestriq; atque elementari Iunone quasi ex parentibus, Solis quoq; tanquam innati caloris opera intercedente, ortum suum deducit. Ipsam Herculis postea vxorem tradunt extitisse: quia viri excellentes, & uirtutibus clari atque conspicui, Hercules appellantur, quorum famam vegetam & integrã perpetuò conseruari, nec mori aut consenescere unquam uidemus. SO. De Hebe satis hucusque dixisti. Ad Martem eius fratrẽ festina. PH. Mars, ut optimè nosti, Planeta calidissimus & quasi feruens existit, & uberrimum calorem in sublunarem mundum demittit, qui quidem calor cum humore per Hebem significato simul permixtus, plurimos ac diuersissimos fætus efficit huiusce orbis inferioris Iunonis nomine designati. Quapropter Iuno elementaris cælestis Iouis concurrẽte uirtute, hos duos nobilissimos partus fuit enixa, Hebem ac Martem, calorem scilicet & humorem, quibus vnà coniunctis omnes postea mixtorum subsecutæ fuerunt generationes. Addunt insuper quòd sicut Hebes ratione humoris communissimam significat mundi generationem: ita Mars, qui comburendi & destruendi habet sibi ingenitam quandam proprietatẽ, rerum interitum adumbrare

Allegoricus sensus cur Hebe Herculi matrimonio iuncta fuisse narratur.

Allegoricus sensus cur Mars & Hebe fratres fuisse, amboq; ex Ioue atque Iunone quasi ex parentibus originem traxisse dicuntur.

filiam cum eo uno eodemq; partu in lucem editam, sed priorem matrimonio sibi iunxisse. In allegorico sensu reddēdo quidam Iunonem terrā & aquam, Iouem aerem & ignem; nonnulli uerò Iunonem aerem, Iouemq; ignem significare opinantur: quæ quidem elementa fraterna charitate, & coniugali beneuolentia coniuncta esse videntur. Alij Iunonis nomine Lunam intelligendam esse arbitrantur. Singuli autem Iunonias fabulas secūdùm proprias sententias interpretantur. SO. Tu verò ô Philo quid Iunonis nomine putas esse intelligendum? PH. Virtutem vtique mundum hunc inferiorem, omniaq; elementa, aerem præsertim, qui aquam circundat ac ambit, terramque undique penetrare videtur, regentem & gubernantem: ignis enim elementum antiquis obscurum atque incognitum fuit; quinimo ueteres aerem Lunarem orbem contingere credide runt, etsi pars eius superior cælis contigua, propter ipsorum continuam motionem maiorem inferiori nacta fuerit æstum. Vnde propter aeris maximam in orbe elementari communitatem ac dignitatem Iunoni consecrato, ipsa Dea & virtus uniuersum mundum generationi elementisque attributum moderans, atque gubernans esse existimatur: quemadmodum Iupiter quoque ut cælestium corporum rector ac moderator, à mortalibus in summa habetur uene-

Iunonem matrimonio sibi iunxisse finxerunt.

Ignis elementum antiquis obscurū atque incognitū fuit.

brare uidetur, qui ab æstiuis præsertim ardoribus omnem humorem exprimentibus, solet proficisci. Quamobrem hi duo liberi ex Ioue nati, atq; Iunone, rerum inferiorum ortum, & occasum figurant. Vnde quia interitus secundùm accidens tãtùm è cœlestibus causis emanat, cùm ipsæ proprium munus, propriamq; intentionem generando solùm exequantur; hac de causa Iunonem ex uteri percussione Martem peperisse uoluerunt: corruptio enim materiæ defectũ atq; percussionẽ, non autẽ scopum aut finẽ ab agente propositũ, consequi solet. SO. Coniugij Iouis et Iunonis, legitimæq; ipsorũ posteritatis, iam expositæ allegoriæ mihi summopere placuerunt. Modò aliquid de utriusq; clandestinis amoribus, adulterinaq; prole intelligere desiderarem: ut quãdo Iupiter cum Latona, Alcmena, alijsq; pluribus dicitur concubuisse. PH. Iouẽ Latonæ virginis amore olim captũ fuisse, eamq; grauidã reddidisse fabulãtur poetę; quod quidẽ cùm Iuno iniquo animo ferret, nõ solùm omniũ terrarũ in miserã grauissimũ odiũ concitauit, ita ut nullus mulieris fortè miseratus, hospitium ei prębuerit: uerùm etiã serpentem miręq atq; insolitæ magnitudinis nomine Pythonem, vbiq; locorũ eam persequi iußit. Quapropter cùm ipsa & numinis iram, & minacem illum serpentem effugeret, post longum errorem Delum tandem celeberrimam insulam appulit:

Fabula Latonæ a Ioue cõpressæ, et Iunoni quàm maximè inuisæ miserrimam fugam & diuturnum errorẽ, necnon Apollinis ac Dianæ ortum exponens.

appulit: vbi hospitio à Delijs ciuibus impetrato Dianam, & Apollinem dicitur peperisse. Verùm Diana quidem cùm prior exijsset, Lucinæ officio in Apollinis ortu deinde perfuncta, matri laboranti succurrit. Apollo autem postquàm auras uitales attigit, arcu & sagittis instructus serpentem illum Pythonē interfecit, & maternas iniurias egregiè vltus fuit. SO. Allegoricum huius fabulæ sensum quæso interpretare. PH. Per ipsam nempe significatur, quòd diluuij tēpestate aer uaporibus aquæ propter maximas assiduasq; pluuias, quæ tunc deciderunt, tellurem operientis, ita nebulosus atq; caliginosus redditus erat, ut Sol aut Luna nulla ratione lucem suam in mundū istum inferiorem diffundere posset: propter aeris enim maximā densitatem, et concretionē nec huius, nec illius Planetæ radij eum penetrare ualebant. Quapropter dicunt Latonam, quā cæli circumferentiam esse interpretantur, vbi Lactea via conspicitur, ex Ioue amante concepisse: & cùm Lunare atq; Solare lumē post diluuium rerū uniuersitati parere et reddere exoptaret; Iuno, quę aerē, aquā, et terrā significat, propter eam conceptionē & viro & pellici grauiter succensa, suis crassis densisq; vaporibus Latonæ partum, & Solis Luneq; in mundo inferiori exortus impedire quàm maximè conabatur: ita vt nullus terrarū locus his luminibus aditū aliquē aut

Allegoria Latonæ fabulam declarans, eamq; ad diluuij tempestatē artificiosè admodum reducens.

aut ingressum exhiberet, nec ea conspicere pos- set. Preterea serpens quoque Python, per quẽ copiosissimus humor, qui post diluuium in ter- ris remansit, intelligi debet, vaporibus semper assidueque ascendentibus eam persequi uideba- tur: qui aerem condensantes, ipsumque crassio- rem reddentes, Lunares & Solares radios neq; exoriri, neq; cerni permittebant. Serpentem autem immodicum illum humorẽ appellarunt, utpote plantas terrenasq; animalia ad putredi- nem atq; interitum perducentem. Deniq; in Delo insula, ubi primùm aer propter salsorum fluctuum siccitatem purus euasit, Latona Dia- nam & Apollinem peperit. Græci enim, post diluuium Delijs primis Lunam & Solem illu- xisse arbitrantur. Dianam autem Apollinem fratrem in ortu dicunt anteuertisse, propterea quòd prior Luna noctu, Sol posterior proxima die refulsit. Vnde Luna ita aerem ad splendo- rem maximum Solis recipiendum disposuisse vi- detur, ac si matri fratrem parturienti tanquã Lucina opem tulisset. Apollinem deinde iam natum serpentem Pythonem tradunt sagittis confixisse: quia Sol postquam mortalium oculis sese uidendum exhibuit, efficacissimis radijs hu- morem, qui animantium & plantarum gene- rationi quàm maximè officiebat, statim fuga- uit ac dissipauit. SO. Quinam Apollinis ar- cus quæso uocatur? PH. Eum solaris corpo-

ris

ris ambitum, quo radij tanquam arcu sagittæ emittuntur, interpretari possemus. Veruntamen Apollinis arcus aliam quandam magis propriam, & uerisimiliorem recipit expositionem, quam, cùm de eius amoribus loquemur, infra sumus declaraturi. Possemus etiam Dianæ & Apollinis ortus aliam antiquiorem, doctiorem, & sapientiorem allegoriam in mediũ afferre. SO. *Eam obsecro ne taceas.* TH. *Fabula recitata, duorum luminarium confectionem sub exordia mundi significare, & mirum in modum cum Mosaicis scriptis consentire videtur.* SO. *Qua ratione?* TH. *Moyses literarum mandauit monumẽtis, antequam Deus cœlestem mundum supernas sedes occupantem, & terrestrem infernis regionibus delegatum procrearet atque ordinaret, terrenum orbem cum omnibus simul elementis maximè confusum, implicitumq; fuisse; & tenebrosam atq, obscuram quandam abyssum extitisse. Diuino autem halitu super aquas abyssi expirante, statim exorta est lux, & nox prior quidem antecessit, dies verò posterior fuit subsecuta. Hoc nempè Latonæ partus significare videtur cæle stem substantiam figurantis: cuius quidẽ cùm Iupiter, supremus uidelicet Deus omnium rerum creator, maximo teneretur amore, eam corporibus lucidis, Sole, Lunaq; præsertim impleuit, & grauidauit. Cùm autem Iuno, ele-*

Altera allegoria eandem Latonæ fabulam exponẽs, ipsamque primæ duorum luminarium sub exordia mundi confectioni eleganter accommodans.

mentorum scilicet confusio, diuinæ voluntati repugnaret, lucidissima illa corpora radijs sui eam penetrare minimè poterant: quinimo ab elemētari globo undiq; oppugnabātur, & gradum referre compellebantur. Præterea aquarum abyssus, quæ serpentis Pythonis nomine figuratur, cælo maximū attulit impedimētum, ne Solis, Lunę ue clarissimum lumen terris edere siue ostendere posset. Delo tandem insulæ primò, quæ terræ aquis detectæ sub mundi originem minimam portionem ex aquis insularum more eminentem significat; tùm quia undas exuperabat; tùm quia in ea telluris parte aer non admodum crassus aut caliginosus erat, cælestia lumina sese conspicienda exhibuerunt. Vnde sacra volumina testantur, quòd postquam lux & tenebræ, nox videlicet & dies prima die satæ procreatæque fuerunt, postera deinde æthereum firmamentum tùm formauit, tùm extendit Deus; & aerem aquasque à Tellure separauit: tertiaque mox terram aperuit, & plantarū generationem fuit aggressus; quarta denique Latonam apud Delios parturientem repræsentante, Sol, & Luna Tellurem iam conspicuam atque apertam illuminarunt. Ex qua quidem operum & temporum serie illud intelligi potest, sex dierum mundanæ constructionis circuitu, conceptionem prima die præcessisse, partus autem fœtusque

Ordo mundanæ procreationis.

quarta

quarta denique luce prodiisse. Dianæ autem priorem in exitu locum concesserunt, eamque Lucinæ partes in Apollinis fratris ortu egisse simularunt: quia sub creationis initium nox diem præcurrit, & radij Lunares aerem ad Solares recipiendos mira quadam Dei prouidentia disposuerunt. Apollinem postea Pythonem, hoc est abyssum interfecisse subiungunt: quia Sol radiorum suorum diuina propemodum virtute magis magisque indies tellurem exiccauit, aeremque purgauit, aquamq; digessit; & crudum illum ac indigestum abyssi reliquum humorem consumpsit, qui animantium generationi quàm maximè officiebat, etsi nullum plantarum vtpote humidiorum ortui afferret impedimentum. Quamobrem quinta creationis die, quæ luminarium exortum & præsentiam est subsecuta, volatilia & aquatilia animantia tanquam imperfectiora procreata sataque fuerunt. Sexta denique & postrema creationis luce Deus hominem, vt omnium rerum inferiorum perfectissimum absolutissimumque formauit: quando videlicet cælestia lumina, Solque præsertim, ita elementa disposuerant, itaque eorum permixtionem contemperauerant; vt ex ipsa animal illud effici posset, in quo spiritus cum corpore, diuina cum terrestri natura, necnon insuper æternitas cum mortalitate

mirifica

mirifica quadam compositione coniuncta, & commixta reperirentur. SO. Nunquam ha elegantiorẽ aut doctiorem allegoriam me au disse recordor: cuius quidem similitudinem, qu eam tùm cũ vniuersitatis procreatione à Mo se in sacris voluminibus enarrata, tùm etia cum operum sex dierum succedente atque co tinuata serie habere demonstrasti, optimè vi deor percepisse. Et mirum est quidem res tàn arduas tamque sublimes, sub humanorum am rum velaminibus celari, aut occultari potuisse Verùm illud quoque mihi declara, vtrum Io uis in Alcmenam amore aliquis arcanus sen sus inuoluatur. PH. Finxerunt Poetæ Io uem amore Alcmenæ irretitum Amphitri nis eius viri forma assumpta cum ipsa concu buisse, vnde Hercules prodiisse fertur. Hercul quippe apud Græcos dignißimi & virtute ex cellentes viri, vt nosti, vocari consueuerũt: qu matribus laudabili & corporis & animi co positione præditis, formosis, atque honestis n scuntur; & Alcmena similibus, quæ optim animi moribus, & egregia corporis forma in structa, virum suum vnicè fertur dilexisse Huiusce autem mulierũ generis Iupiter facil mè capitur amore, in quas virtutes suas larg & copiosè influere solet: ita ut ipsæ ex Io præcipuè concipere videantur, maritis in conc ptibus instrumentorum tantũmodo rationen haben

Allegoria fabulæ stuprum a Ioue Alcmenæ sub Amphitrionis forma illatum, & Herculis ipsius or tum pertractãtis.

habentibus. Et hoc nempè significatur, cùm dicitur Iouẽ Amphitrionis viri specie assumpta, cum eius vxore concubuisse: nunquam enim solum Amphitrionis semen, nisi potẽtia quoq; et uirtus à cælesti Ioue influxa accessisset, Herculem ex Alcmena gignere potuisset: qui propter maximas, diuinasq́; uirtutes à beneficentissimo illo Planeta proficiscentes, uerus & proprie Iouis, falsus autẽ et nomine tantùm Amphitrionis filius habitus fuit. Idem de omnibus egregijs uiris atque præclaris, qui Herculis merentur appellationem, prorsus est sentiendum, quod de præstantissimo illo Alcmenę filio diximus. SO. Iupiter nonne aliarum quoq; mulierum exarsit amore, & plures liberos ex eis fertur habuisse? PH. Plures insuper amores poetæ Ioui attribuerunt, propterea quòd Planeta iste natura benignissimus existit, & homines ad amicitiam ac amorem mirum in modum aptos reddit, atque propensos. Et quãquam eius amor solam honestatem vt sibi accommodatum finem, & conuenientem spectare uidetur: tamen cùm in hominum suæ potentiæ ac uirtuti subditorum, quos eius filios poetæ appellare consueuerũt, natalibus cum aliquo alio Planeta habet commercium; ad res honestas eis simul, quæ naturam illius Planetæ sapiunt, admixtas, adamandas ac diligendas, animos eorum propensos inclinatosq́ue reddit. Quapropter

Ratio, cur poetæ plures amores Ioui ipsi attribuerunt.

Iupiter uaria & differentia amorum genera pro aliorum planetarum, cum quibus coniungitur, conditione hominibus infundere uidetur.

Q

propter quandoque clarum, limpidum, purum, apertum, atq; suauem amorem, suæ tantùmmodo naturæ conuenientem, in animos hominum inducit: & hoc amoris genere Ledam fingitur adamasse, cũ qua forma cigni indutus dicitur Venerẽ exercuisse: olor enim albus, purus, & clarus existit, necnon suauiter canit; vnde à Leda captus fuit, & mox Ledam ipse cepit, quæ diuino semine grauis Castorem atq; Pollucem simul eodem partu est enixa: qui ea de causa Ioue nati esse dicuntur, quia uirtutibus maximè claruerunt. Helenam quoq; fertur peperisse, quæ propter formæ præstantiam nõ solùm oloris candorem, & pulchritudinem repræsentasse; sed etiam Altitonantẽ patrem habuisse existimatur. Gemelli fratres in geminos à Ioue conuersi fuerunt: propterea quòd signum illud Mercurij domicilium esse putatur, qui suauissimam eloquentiam suaui oloris cantu significatam, mortalibus præstat. Cigni quoquè habitum ea de causa Iouem assumpsisse poetæ finxerunt, ut indicarent animi candorem ac puritatem vnà cum orationis suauitate & elegantia, ad excitandum amorem, atque amicitiam conciliandam maximum habere momentum. Quandoque autem Iupiter honestum quidem amorem; non tamen apertum; nec manifestum, sed internum, latentem & (ut ita dicam) nebulosum in animos suorum

Allegoria amoris, quo Iupiter Ledam fuit prosecutus.

Allegoriæ complurium Iouis amorum.

rum immittit: & talis ipsius in natam Inachi extitit amor, cum qua consuetudinem nube Deum amictum, tradunt habuisse. Si verò Iupiter cum Venere fuerit consociatus, amorem quendam ad voluptatem tendentem excitabit. Quapropter Europam dicunt eum ad amasse, & pulcherrimi iuuenci specie, virginem deceptam rapuisse, quia reuera signum Tauri, est ipsius Veneris domicilium. Quòd si cum Mercurio commercium aliquod habuerit, amorem ad utilitatem spectantem in animos hominum inducet: Mercurius quippe facultatum & substantiarum sedulus procurator atque administrator esse existimatur. Quapropter dicunt Iouem Danaës illaqueatum amore, aureæ pluuiæ callidissima inuentione virginem obtinuisse, & corrupisse: liberalis enim pecuniarum distributio, est potissima causa, vt potentes ac diuites ab infirmis & egenis diligantur, qui eas tanquam pluuiam è Cælo decidentem maxima expectant accipiuntque auiditate. Si verò cum Sole commixtus fuerit, regnandi, dominandi, & altissimos dignitatum gradus obtinendi, animis nostris vehementem imprimet amorem; quem quidem significant, cùm dicunt Iouem, vt Asteria potiretur, in Aquilam sese transformasse. Si autem cum Luna fuerit coniunctus, tenerum & pium, ut matris aut nutricis in

cum Venere

cum mercurio

cum Sole

cum Luna

cum marte		ex filium uel alumnum, influet amorem. V... de eum Semelem Cadmi filiam adamasse, &... Beroes puellæ nutricis personam mentitum, v... ginem aiunt compressisse. Si verò Marti adhæ... serit, ardentem & comburentem excitare vi... detur amorem: & hac de causa ipsum Eginam... fulguris terrifica specie accepta, stuprasse trad... derunt. Cùm autē Saturno sese iunxerit, amo... rem quendā ex honesto & turpi compositum, partim humanum & intellectualem, partim ferinum atque impurum largiri existimatur: vnde eum egregia Antiopæ forma captum, Sa... tiri specie assumpta superis partibus hominem, & inferis capram repræsentantis, amore suo fuisse potitum cecinerunt poetæ; nec temerè quidem, cùm Capricorni signum Saturni sedes esse dicatur. Insuper si cum fœmineo signo copulabitur; muliebrem inducet amorem: & propterea eum Calistonem fœminea specie simu... lata ferunt obtinuisse. Si uerò masculum signū fuerit ingressus, Aquarium præsertim Saturni domicilium, ad puerorū amores summam propensionem conferre uidetur. Quapropter eum Ganimedem formosissimum puerum deperisse, ipsumq; in cœlum sublatum in Aquarium, Saturniam domum, transtulisse veteres tradiderunt. Omnium tùm commemoratorum, tùm aliorum insuper Iouis amorum, doctas, integras, absolutasque exponere tibi possem allegorias:

Marginal notes (handwritten): cum marte; cum saturno

gorias: verùm eas, ne curiosi, aut loquaces præter æquum & bonum videamur, prætermittemus. Id tantùm ignorare non debes, omnes huiusce Dei amores, varias amorũ amicitiarumq́; species, ac differentes significare; quæ a Ioue dominium & principatum in suorum natalibus obtinente proficiscuntur, atque infunduntur. Diuersæ autem ad amandum propensiones, & animorum inclinationes, quas ipse tùm merito propriæ naturæ, tùm etiam propter plurium cælestium signorum, quibus adiungitur, vires differentes suis hominibus largitur, per numerosam multiplicemq́; eius posteritatem significari videntur: & eorum historiam, qui Iouis virtutes dissimiliter participarunt, vnà cum participandi rationibus differentibus complectuntur. SO. De Iouis amoribus satis superq́; locutus fuisti. Nunc præclari illius & celeberrimi amoris, quo Mars Iouis filius Venerem fuit prosecutus, interpretationem audire percupio. PH. Martem ex Iunonij uteri percussione in lucem exijsse, suprà intellexisti: quod quidem propterea fingitur, quia ipse Planeta calidissimus & acerrimus esse, atque ad mundi inferioris generationem Iunonis nomine significati conficiendam, maximos stimulos adhibere existimatur. Iouis quoq; filius vocatur, quia ipsum proximo quidem, sed inferiori loco subsequitur. Marti Venus ex antiquorum senten-

Ratio, cur Martem ex Iunonij uteri percußione in lucem exijsse, & Iouis filium esse poetæ tradiderunt.

Diuersæ Astrolo

gorum sententiæ in planetis disponendis & collocandis.

sententia statim succedit, & mediam planetarum occupat sedem: post Venerē autem Mercurium, deinde Solem, Lunam denique in postrema sede collocarunt. Astrologi uerò recentiores Solem medium inter Martem & Venerem statuerunt, de qua plura à poetis ficta reperimus: qui eam quādoq; magnam appellant, rerum eccellentiorum generationē atq; dominium in ipsam tanquam in matrē, & Reginā referentes, & Cælo Dieq; parentibus eam natam fuisse dicentes. Cęlum patrem, Diemque matrem huiusce Deæ esse arbitrantur, quia Venus vna ex septem cælestibus, atq; errantibus astris existit, & clara lucidaq; præ cæteris conspicitur: & matutina diem præcurrit, uespertinaque ipsum producit. Eam geminos amores, & tres sorores, quæ Gratiæ vocantur, ex Ioue contendunt peperisse: per hoc significare volentes, rerum inferiorum amorem ab ambobus beneficis benignisque parentibus, qui Fortunæ appellantur, hoc est à Ioue Fortuna maiore, Venereq; Fortuna minore, proficisci. Verùm Ioui vt potē mari atque superiori patris nomē, Veneri autem vt fæminæ atq; inferiori matris appellationem accommodarunt. Iouis insuper amor honestus, spiritalis, perfectus, & masculinus: Veneris autem iucundus, sensibilis, imperfectus, atque fæmineus existit. Quamobrem amborum planetarum lucidum purumq; amo-

Allegoriæ complurium, quæ ad Venerē spectant, fabularum.

rem geminum poetæ uocarunt, tùm quia ex honesto simul & iucundo componitur, tùm etiam quia duorum amantium verus ac absolutus amor, geminus mutuusq; existere debet. Gratias quoq; hi duo parentes coniuncti genuisse feruntur, quoniã amor nunquam ambarum partium gratia destitutus reperitur. Addunt præterea Venerem Martis domicilium ingressam, furias concitasse: hac ratione innuentes Venerem, quãdo infante exoriente ipsa aliquod Martialium signorũ occupauerit, uerbi causa aut Arietem, aut Scorpionem, propter Martis immoderatum calorẽ furentes amantes, atque libidine exæstuantes efficere. Idem etiam contingit, quãdo Venus Martem aspexerit. Eam quoq; inter coniugia nuptiasque uersantem, cestu cinctam depingunt, ad maximã coniunctionem & indissolubile uinculum significandum, quo Venus sese mutuò amantes alligat atq; deuincit. Huic formosissimę Deę ex omnibus animalibus columbas tantùm consecrarunt, tanquam coniugali amore maximè insignes: & ex arboribus myrtum solùmmodo ipsi dedicarunt tùm propter eius suauissimum odorem, tùm etiam quia perpetuam uiriditatem ac iuuentutem, sicut amor ipse, conseruat. Eam quoque rationem insuper reddere possemus: quia myrti folia bina & bina sibi inuicem succedentia, geminum atque reciprocantem amorem,

Columba Veneri consecratæ.

Myrtus Veneri sacra.

sicut iam diximus, representant. Baccę insuper myrti atro sunt infectæ colore, quo quidem significatur amorē tristes ac melancholicos edere fructus. Ex floribus solam rosam sibi Venus dicitur elegisse, tùm propter eius mirificam pulchritudinem, & gratissimum odorem; tùm etiam quia acutis spinis undiq; est circunsepta, sicut amor quoq; medius inter ærumnas, dolores, & impatibiles animi cruciatus consistit. SO. Venus illa, quam nudam in concha natante residentem, uastum atque apertum mare circumire depingunt, an vna fortasse cum ista, de qua loqueris, eademque existit? PH. Humana certè Venus vnica tātùm fuit, Iouis atq; Dionis filia, quā quidā Vulcano matrimonio tradunt adiunctam fuisse, sed reuera Adonis extitit vxor: nonnulli verò eam Vulcano primùm, deinde Adoni nupsisse arbitrantur. Hæc in Cipro regnauit, & concupiscibili amori adeò sese dedidit; ut mulieres Reginæ exemplo pudicitiam prostituere, & corporis sui pluribus copiam facere minimè uererentur. Eam propter egregiam formam, & renitentē aspectum Venerem omnes uocarunt, vtpotè in terris lucidissimum, & præclarū illum Planetam referentem; necnō cælestem Venerem in eam Reginam & maximam pulchritudinem, & coeundi immoderatam libidinem influxisse sibi persuadentes; cùm ea Planetæ illius natura esse

Rosa Veneri dedicata.

Veneris vitam historicè describit, atque pertractat.

esse dicatur, ut uoluptariam uitam, & concupiscibiles appetitiones in hunc mundum inferiorem demittat. Vnde Venerem Cyprij primi ut numen diuinum coluisse, atque in eius honorem templa extruxisse commemorantur. Verùm poetæ sub terrenæ huiusce Veneris uelamine multa naturæ, compositionis, atque effectuum cælestis Veneris mysteria occultarunt: cuius posteà virtutes sub magnæ Veneris Cæli Dieique filiæ persona, vt superius diximus, expresserunt. Eiusdem autem ad libidinosos complexus concitatam impulsionem, poetæ quadã noua & inusitata nascendi ratione subtiliter admodum significarunt. Saturnum olim aiunt falce testes patri suo Celio abscidisse, uel sententia aliquantulum uariata, Iouem parenti Saturno suamet falce testes fingunt detruncasse, quibus in mare proiectis ex eorũ sanguine unà cum maris spuma Venerem tradunt exortam fuisse: & ideò eam nudam intra concham mare natantem depingunt. SO. Quænam huius tam monstruosæ originis allegoria afferri potest? PH. Celij testes virtutem significant generandi, quæ ex cælo in mundum hunc inferiorem descendit: cuius quidem virtutis proprium instrumentum Venus existit, cùm ea appetitum, & vim generandi animantibus verè largiri dicatur. Saturnum Celio testes addunt abscidisse, propterea quòd Saturnus à Græcis χρόνος

Fabula mõstruosum veneris ipsius ortum recensens.

Allegoria inusitatum Veneris ortum exponens.

χρόνος vocatur, quod tempus significat, potissimam videlicet causam generationis huiusce orbis sublunaris: res enim in ipso existentes, temporiq; subiectas, cùm æternæ minimè sint, principium necesse est habuisse, genitasq; fuisse: quod quidē ea quoq; ratione comprobari potest, quia tēpus res eius ditioni obnoxias corrumpit; quodcunq; autē corrumpitur, necessariò prius genitum fuit. Vnde tēpus per Saturnum intellectum, Venere intercedente, generationem è cælo in mundū attulit inferiorem: qui propter continuam ex vna in alterā formam, perpetuæ generationis & corruptionis auxilio, uicissitudinē maris sortitur appellationem. Hoc autem generationis beneficium sublunaris orbis accepit, propterea quòd Celij testes falce abscissi fuerunt, nam generatio præcedentē semper requirit corruptionem. Propria insuper Saturni natura corrumpendi, sicut Veneris generandi esse uidetur; unde ab hac ortus, ab illa interitus tanquam à causis proficiscuntur: utraque tamē necessaria existit; nisi enim res priores corrumperentur, posteriores gigni minimè possent. Quamobrem Saturnum falce, qua ad omnia euertenda & corrūpenda vti solet, Celij genitoris sui virilia dicunt execuisse, & in mare istud mundanū proiecisse, ex quibus Venus fuit exorta, quæ gignendi virtutem cum potestate coniunctā corrumpendi propter Celiorum

[Generatio præcedentem semper requirit corruptionem.]

[Saturni natura propria corrumpendi, sicut Veneris generandi esse videtur.]

liorum testium exectionem inferioribus largitur. Qui autem testes detruncatos Veneris genitores, non Celij, sed Saturni fuisse opinantur, significare intendunt Saturnum, propterea quod à filio Ioue est exectus, vnde ad fœtus progenerandos inhabilis ineptusque remansit, ipsi generationi maximo existere impedimento. Verùm instrumenta gignendi, quibus Saturnus fuit orbatus, Venerem generationis integram absolutamque causam, formasse dicuntur. Illud etiam huius secundæ opinionis authores significare videntur, Saturnum videlicet primam post coitum conceptionem inchoare: ipsius est enim sperma congelare seu condensare, & hac de causa primo conceptionis mense regnat ac dominatur. Verùm mox Iupiter secundo mense partum formare, atque effingere aggrediens, dominationem, & imperium conceptionis sibi vsurpare videtur. Et hoc nempè sibi volunt virilia patris Saturni in conceptu primas partes agentis, à Ioue filio execta, ex quibus Venerem natam esse tradiderunt: ea nanque totius generationis princeps existit, & quinto præsertim mense dominium suum exercet, fœtui perfectionem & pulchritudinem simul largiendo. Quapropter ipsam testium sanguine, & maris spuma natam esse finxerunt: eò quòd animal è maris sanguineo semine à testibus suppedi-

Saturno.

suppeditato, & ex subtili spumosoque faemine spermate procreatur. Vel per spumam humanum sperma propter candorem, & per sanguinem menstrua muliebria faetui alimentum subministrantia intelligi debent. Nudam praeterea Deam depingunt, quia amor celari aut occultari minimè potest, & quia carnis amorem inducit; & quia amantes aperti, synceri, ac nudi existere debent. Mare praeterea natare conspicitur; propterea quòd amor gignendi in mundi huiusce inferioris, qui continua assiduaque mutatione mare repraesentat, omnes diffunditur partes: & quia amantes mobiles, instabiles, dubij, inconstantes, tempestatibus atq; procellis iactati, non secus ac mare quoddã uentis exagitatum existere comperiuntur. SO. De Veneris origine & exortu satis dixisti. Modò ut de ipsius & Martis amore pauca loquare, tempus esse videtur. PH. Venerem aiunt olim Vulcano nupsisse, quem & aspectu deformem, & vtroque pede claudicantem formosissima Dea contemnens, strenui ac bellatoris Martis uehementi accensa fuit amore: cum quo dum tacitam & clandestinam consuetudinem haberet, à Sole visa, ad Vulcanum adulterij statim fuit delata; qui clanculum toro, vbi duo amantes recubabant, ferreis ac tenuissimis retibus circunfusis, eos nudos atque inopinantes cepit, & arctissimè colligauit. Quapropter

Fabula Martis Venerisq; amorẽ atque adulterium eleganter admodum pertractans.

pter Vulcanus omnibus Dijs conuocatis, præsertim Neptuno, Mercurio, atque Apolline, Martem Veneremq; nudos & ferreis vinculis districtos, eis conspiciendos indicauit: cuius quidem spectaculi indignitate Dij commoti, atque pudore affecti ora texisse dicuntur. Solus Neptunus tam supplices Vulcano adhibuit preces, vt Martis Venerisq; liberationem ab eo tandem impetrarit. Vnde Venus in posterum perpetuo, atque implacabili odio Solem, & vniuersam eius progeniem est prosecuta, ita ut omnes Apollinis filiæ auersum numen habentes, stupratæ ac vitiatæ fuerunt. SO. Quid igitur de huiuscemodi cælestium Deorum libidinibus, atque adulterijs tibi dicendum uidetur? PH. Non solùm abstrusa scientia, uerùmetiam summa utilitas ex huiusce fabulæ percipitur allegoria: significat enim immoderatam libidinem non tantùm omnibus humani corporis facultatibus atque virtutibus maximum detrimentum tandem afferre, sed etiã in eodem actu coeundi defectum aliquem vnà cum solitarum uirium diminutione præseferre. SO. Totam rem latius diffusiusque declara. PH. Venus humanam concupiscentiam figurat è Venere emanantem, quæ pro huiusce Planetæ efficaci ac potente in suorum natalia influxu, uehemens quoq; & concitata existit. Venus ista Vulcano dicitur nupsisse, numini videlicet

Doctissima allegoria Martis Venerisq; adulteriũ exponens.

delicet ignis inferioris, qui in homine calor uocatur naturalis, concupiscentiæ terminum præstans & actum, eique tanquam uir uxori actu semper adhærens. Hunc Vulcanum Ioue atque Iunone satum esse tradunt, quem, propterea quòd puer claudus existeret, à parentibus despectum, & è cælo in terrã præcipitatum Thetis sustulit atque nutriuit, unde Iouis postea Faber euasit fulminibus conficiẽdis præfectus. Significant utique calorẽ hominũ & animantium naturalem, è Ioue & Iunone exortum fuisse, quia cæleste quiddã cum materia permixtum participare videtur. Vnde Iouis, cælique merito, virtutibus naturalibus, animalibus, atque uitalibus exornatur. Propter materiæ autem permixtionem neque æternus, neque æquipotens, neque persimilis semper in humanis corporibus reperitur; ueluti Solis, & aliorum cælestium astrorum calor esse perspicitur: quinimo pro ætatum vicißitudine, & humanarum dispositionum diuersitate, claudi instar augetur ac diminuitur, attollitur atque deprimitur. Et hoc nempè est intelligendum, cùm dicitur Vulcanum, propterea quòd claudus existeret, de cælo in terras detrusum fuisse: calor enim, & omnes reliquæ celi qualitates eodem & consimili modo perpetuò sese habere, neque sicut inferiores claudicare unquam conspiciuntur. Thetidem autem Oceanum figuran-

Vulcani ortum, naturam, & conditiones allegoricè interpretatur.

vantem ipsi lac præbuisse, nihil aliud significat, nisi quòd tàm animantium, quàm terræ calor naturalis, humore viuit atque nutritur; & tantò est fortior uel imbecillior, quantò innatus humor calori respondens copiosior vel tenuior existit. Fabrum & artificem à Ioue conductum eum esse prædicant: quia pluribus mirandis operibus, & Iouis naturam repræsentantibus, quæ humanum corpus illustre et conspicuum reddunt, tanquam minister idoneus deseruire videtur. Cùm igitur Venerea concupiscentia cum naturali calore matrimonio sit coniuncta, Martis exæstuantem coeundi libidinem significantis: maximo irretitur amore. Mars etenim furentem, effrenatam, & indomitam libidinem influere existimatur. Vnde ipsum non Iouis semine progenatum fuisse volunt, neque illius benefici syderis vllam virtutem participasse; sed ex Iunonij vteri percussione, per quam maternorum profluuiorum exitiale venenum intelligere debemus, foras affirmant erupisse: nam propter Martis acerrimos stimulos Iunoniæ materiæ uis atque potentia, ipsius Iouis rationem quàm maximè conspicitur exuperare. Venerea igitur concupiscentia Martialem ardorem solet adamare: et idcirco Astrologi hos duos Planetas amicissimos esse, & Veneris benignum aspectũ Martis pra-

Maxima amicitia inter Martem

& Venerem ab Astrologis confirmata.

tis prauitatem reprimere, & coercere arbi
trantur. Cùm autem hi duo amantes simul c
pulati, nimio atque immoderato luxui indul
gent, Sol humanæ rationis claritatem repræ
sentans, eos apud Vulcanum grauissimè accu
sat; ipsique ostendit, quòd propter immodic
luxum naturalis calor sensim debilitatur. Vn
de Vulcanus à Sole admonitus, tenuissimis re
bus aciem oculorum nostrorum effugientibu
ambos adulteros maximo cum eorum vitupe
rio capit, & colligat. Cùm enim calor natura
lis succumbit, libidinis quoque deficiunt uires
& immodica desideria libertate, & robore d
stituta uinciuntur, ac languent: & uacua m
daq; effecta, pudore insuper cum pænitenti
permixto, remanere conspiciuntur. Ambo
auté in adulterio deprehensos Vulcanus Dij
præbet uidendos: idest calor naturalis sui de
fectum atque imbecillitatem omnibus corpor
facultatibus communicat sentiendum, quæ pr
pter earum insignia munera diuinæ vocantur
& innato calore deficiente maximum incom
modum ac detrimentum patiuntur. Tres aut
Dij tanquam tres Principes humanarum fa
cultatum nominatim appellantur, Neptunus
Mercurius, & Apollo. Neptunus enim ani
mam nutrientem unà cum omnibus naturali
bus eius virtutibus & potestatibus à iecor
proficiscentibus designare videtur, quæ humo
ris copian

ris copiam sibi necessariò requisitam accipit à Neptuno. Mercurius animam sentientem, quę sensum, motum, & cognitionem è cerebro descendentes, comprehendit, & Mercurium principem recognoscunt, figurare existimatur. Apollo animam vitalem atq; pulsantem, quæ spiritus & naturalem calorem per arterias in uniuersum corpus transmittit, & à corde originem ducit, repræsentare putatur. Sicut enim me suprà dixisse recordor, cor in humano corpore eandem, quam Apollo in mundo, rationem obtinuisse videtur. Vnde immoderatam libidinem, cordis, cerebri, & iecoris, omniumq; virtutum & facultatum ex unoquoq; ipsorū emanantium, plurima incōmoda, atque dedecora consequuntur. Nemo preter Neptunum Vulcanum potest placare, eiusq; vires amissas reparare: ipse enim uirtutem significat nutrientem, quæ sola cibario humore iam consumptum naturalem calorem recuperare, & Venereas vires iam defessas in integrum restituere ualet. Cytheream totam Solis familiam maximo odio habuisse; & eius filiarum, quibus Veneream naturam, Venereosque mores impressit, stupris ac adulterijs proprias iniurias vltam fuisse retulerunt: amor enim rationis acerrimus hostis existit, & luxuria prudentiæ opponitur; nec tantùm ei obtemperare recusat, verùmetiam omnia eius consilia

atque iudicia euertere & corrumpere solet. Vnde ratio à propria rectaq; natura degenerata, & prauam ac alienam induta, omnes, quæ è libidine prodeunt, actiones bonas & conducibiles esse existimat, nullaque prorsus mora intercedente ipsas strenuè exequitur. SO. De Marte Venereque hæc dicta sint satis, ex quibus id quoque conijci potest, quòd non immeritò ex horum duorum amantium copulatione Cupidinem produxisse poetæ narrarunt.

Allegoricus sensus, cur Cupido ex Venere & Marte quondam procreatus fuisse a poetis commemoratur.

PH. Rem optimè tenes: verè enim Cupido, qui amoris affectio quædam, & absoluta concupiscentia existit, ex Venerea libidine, & Martis ardore procreatur. Quapropter eum puerum, nudum, cæcum, alatum, & sagittantem depingunt. Puerum quidem, quia amor semper augetur, & non secus ac infans incontinens atque indomitus esse conspicitur. Nudum, quia celari aut dissimulari minimè potest. Cæcum, quia perturbatione ita offuscatur atque impeditur, vt clarissimum lumen rationis sibi aduersantis intueri aut discernere nequaquam valeat. Alatum propter maximam ipsius velocitatem: amantis enim cogitationes celerrimè ad amatam contendunt personam, & ibi quietem ac fœlicissimam vitam nancifcuntur. Cupidinis sagittæ eæ nempè dicuntur, quibus ipse amantium corda petit atque transfigit. Vulnera autem huiuscemodi

Cupidinis ingenium & conditiones allegoricè exponit. Supra fol. 46.

ſcemodi telis inflicta, anguſta, profunda, & immedicabilia exiſtunt: quæ plerunque acutiſſimus radijs, quæ ex ipſorum amantium luminibus exeunt, tanquam ſagittis inferuntur.

SO. Dic obſecrò Philo qua ratione Venus ex Mercurio peperit Hermaphroditum. PH. Haud ignorare te arbitror poetas referre Mercurium Cælo Diéque ſatum fuiſſe, Veneremque ſororem habuiſſe. Alij ipſum Iouis filium, & Iunonis alumnum eſſe arbitrantur. Hunc autem Deum eloquentiæ atque ſcientijs, mathematicis præſertim, ut arithmeticæ, geometriæ, muſicæ, & aſtrologiæ præeſſe; medicinæ quoque, mercaturæ, & latrocinijs præſidere; nuncium inſuper Iouis, & Deorum interpretem eſſe, homines opinantur. Virga tandem ſerpente circuntexta, huius numinis inſignia eſſe creduntur. Ex his autem principijs plures fabulæ de Mercurio à poetis decantatæ, originem traxerunt. Sed mendacijs reiectis, & veritatem ſequentes dicamus, cæleſtem Mercurium, prout ipſe varios ſitus, diuerſaſque diſpoſitiones in natalibus hominum obtinuerit, ita varias differenteſque proprietates, ſiue propenſiones in eos influere. Vnde ſi potens extiterit, & laudabilem ſortitus fuerit aſpectum, eloquentiam, elegantiam, atque ſuauitatem orationis, doctrinam, & ingenium in ſcientijs mathematicis pro-

Mercurij ortus atq; potentia.

Mercurij inſignia.

Mercurij, prout ipſe cũ cæteris planetis cõiungitur, eoſq; diſſimiliter aſpicit, varii ac differentes influxus.

proculdubio confert. Si Iouem rectè aspexerit, ad philosophiam, & theologiam maximam propensionem largietur. Martem rectè quidem aspiciens, optimos medicos efficit, malè verò, fures, aut pessimos medicos procreat, Sole præsertim ipsum comburente. Vnde fabula est exorta Mercurium Apollinis vaccas abegisse, & ex Lichione Antholomium filium latronem insignem habuisse. Cum Venere coniunctus, poetas musicosq; : cum Luna mercatores & negotiatores efficere solet : cum Saturno consociatus profundam scientiam, & futurorum vaticinium præstare censetur. Huius autem diuersitatis ea ratio potest adduci, quòd Mercurius uersatili ingenio præditus, in naturam alterius planetæ, cum quo permiscetur, facillimè mutari solet. Vnde masculi planetæ nactus permixtionem, mas euadit, cum fœmineo verò coniunctus, in fœminam uertitur. Inter homines autem plures Mercurij nomen sibi uendicarunt, præsertim nonnulli apud Ægyptios celeberrimi medici, & sapientissimi viri, qui Mercurialium virtutum participes extiterūt. Quia autem planeta iste vndiq; lucidus conspicitur, ideò eum Cæli Dieiq; filium poetæ finxerunt : cælestem enim substantiam vnà cum luce diurna participare videtur, cùm omnium planetarum Lux à Sole Diem efficiente, proficiscatur. Veneris frater esse prædicatur, quia

Mercurii uersatile ingenium.

Homines nōnulli Mercurii ob eorū præstantiam nuncupati.

Allegoricus sensus, cur Mercurius ex Cælo Dieq; tanquam ex parentibus natus fuisse, uel ex aliorum sentētia Iouis filius et Iu

ambo ex iisdem parentibus nati fuerunt, ambo semper coniuncti proximiq; esse reperiuntur: ambo eiusdem temporis, unius scilicet anni, interuallo cursus suos absoluunt: ambo deniq; iuxta Solem semper incedunt, nec unquā ab eo longius recedunt. His omnibus de causis duo isti planetæ fratres uocantur. Alij Mercurium propter diuinam eius sapientiam atq; virtutem, Ioue quidem satum esse concedunt, sed à Iunone educatum postea fuisse opinantur: propterea quòd humana sapientia à diuinitate primùm procedit: deinde in hominum scriptis, quæ per Iunonis nomē intelliguntur, perpetuò conseruatur. Iouis nunciū eum appellant, quia uentura & ab omnipotente Deo conficienda, prænunciat, atque prædicit. Vnde tùm propter hanc rationem, tum etiam propter maximam ipsius eloquentiam Deorum interpres uocatur. Mercurij virga rectitudinem significat ingenij, quam propter scientiarum acquisitionē hominibus infundit. Serpens autem uirgæ intertextus, acutum & subtile designat ratiociniū, quod circa rectum ingenium vertitur atq; uersatur. Aut potius per virgam sapientis intellectus scientiarū contēplationi incumbens, et per anguem prudentis intellectus circa moralium virtutum actiones sese uoluens atq; reuoluens intelligi debet: Serpens enim propter suā astutiam & sagacitatem prudentiæ, uirga autem

nonis alumnus existere: Veneris frater, Iouis nuncius, Deorumque interpres esse; & uirgam serpentē circuntextā tanquam propriū insigne manibus gestare prædicatur.

Fabula Mercurii furtum, Apollinis iram, & amborũ reconciliationem, mutuaq; ipsorum munera unà cum doctißima eius allegoria comprehendens.

propter suam rectitudinem atq; subtilitatem scientiæ persimilis esse videtur. SO. Memini me aliàs intellexisse Mercurium ab Apolline virgã accepisse. PH. Mercurium aiunt Apollini vaccas clam olim subduxisse, & cùm nemo nisi Battus hoc furtum sensisset, pastoris silentium unius vaccæ dono Deus fertur emisse. Verùm cum rustici fidem incertam & dubiam esse vereretur, figura & uoce mutata ad Battum rediit, & bouem pactus, si furti proderet authorem, arcanum perfido seni commissum ab eodem resciuit. Quapropter Mercurius Apollinis ueritus iram, pastorem in saxum conuertit. Verùm cùm Apollo diuinandi peritus & furtum, & furem ipsum tandem cognouisset, furore percitus in Mercurium arcum tetendit, qui in auras statim resolutus diuini numinis iram, & ictum egregiè delusit. Lite deinde inter ipsos composita, Mercurius Apollini Cytharam, & Apollo Mercurio virgam dono dedisse dicuntur. Nonnulli verò, re aliquantulum variata, Mercurium Apollinis iram præsensisse, eique sagittas è pharetra clanculum subduxisse tradiderunt: quod animaduertens Apollo, etsi grauiter excandesceret, tamen astutia Mercurij perspecta risum continere non potuit, eique acceptam iniuriam condonauit. Vnde ambo muneribus mutuis, virga scilicet ac Cythara se-

se ho-

se honorarunt, & in integrum restitutam amicitiam confirmarunt. SO. *Quænam huiusce fabulæ significatio affertur?* PH. *Ea vtique, quòd Mercuriales pauperes quidem existunt, sed ad copias & opes ex Regum Satrapum'ue ærarijs exhauriendas dolos, atque fallacias innumerabiles excogitare consueuerunt: ipsis enim propter callidum, & versutum ingenium Mercurij naturam repræsentans, negotia, atque arcana regia plerunque committuntur. Et hoc nempè significatur, cùm dicitur Mercuriũ Apollinis armenta abegisse. Apollo enim Reges & Principes, quibus huiuscemodi dignitates largitur, designat. Vaccæ potentum diuitias, & copias figurare videtur. Siquando autem principes ministrorum latrocinia resciuisse, & ijs propterea grauiter succensuisse contigerit: ipsi ad callidas statim atque astutas Mercurij technas confugientes, dominorum suorum minaces effugiunt iras; & animaduersionis causas auferendo, atque iratos Principes maximo artificio & ornatu verborum adhibito leniendo, potentum gratiam sibi recuperare uidentur. Huiusce quoque hominum generis infima conditio eos à Principum minis, atque iniurijs tutos, securos'ue reddere solet, cùm eis ne minimùm quidem resistere aut repugnare conspiciantur: Mercurium certè hoc*

nomine imitati, qui reliquis planetis minor existit, et propter eius exiguitatem à Solaribus radijs minus incommodum ac detrimentum, minoremq́; quàm ullus aliorum, patitur exustionem. Discordijs eorum compositis, Mercurius Apollini cytharam dedisse, & ab eo uirgam accepisse traditur: quia Regibus, eorumque consiliarijs seu ministris iam reconciliatis, Mercuriales sapientes Principibus harmonicæ prudentiæ, & suauis eloquentiæ, quæ ambæ Cytharæ nomine significantur, gratissimam seruiunt seruitutem: ab ipsis autem potentiam & authoritatem maximam, quæ sapientiæ vires, & existimationem conciliare solent, tanquam virgam accipiunt. Vnde non temere Plato frequenter dicebat potētiam, & sapientiam simul esse copulandas: sapientia enim potentiam moderari, potentiaq́; sapientiam extollere videtur. Eum quoque Mercurij atque Apollinis reconciliationi, mutuisq́; amborum muneribus sensum accommodare fortasse possemus: quòd cùm aliquo nascente hi duo planetæ fælicem sedem, & laudabilis signi domicilium occupauerint, & in perfectam aliquam coniunctionem siue societatem conspirauerint; homini Mercuriali ac sapienti, diuitias, opes, ac dignitates; nec non Solari atque potenti insuper uiro, sapientiam, prudentiam, & eloquétiam largiuntur. SO. De Mercurij origine, natura,

Potentia & sapientia ex Platonis sententia simul sunt coniungendæ & copulandæ.

natura, & gestibus satis dixisse videris. Nunc illud tibi restat aperiendum, quod iandudum requisiui, qua ratione scilicet ex ipsius, Venerisque coniunctione in lucem prodierit Hermaphroditus. PH. Hoc nimirum à Ptolemeo in Centiloquio optimè declaratur: dicit enim Astrologorum Princeps ille, quòd si aliquo exoriente Venus in Mercurij domo, & Mercurius in Veneris domicilio diuersantur, multo què magis si amborum planetarum corpora simul coniunguntur, eum hominem ad ferinam et naturæ repugnantem libidinem propensum, inclinatumq; reddunt: ita ut nonnulli neque cum maribus concumbere, neque agere simul & pati vereantur, maris & fœminæ eodē temporis momento munere fungentes. Huiuscemodi autem monstruosa & duplex libido, Hermaphroditi nomine latenter exprimitur, quod personam vtriusque sexus participem significat. Ipsum autem ex Mercurij Venerisque permixtione atq; concubitu procreatum fuisse, cum uera & naturali optimè conuenit ratione: duo enim isti planetæ cùm differentes maximeque contrarij inter sese existant, nec bene nec conuenienter vnà possunt temperari, propterea quòd Mercurius totum sibi postulat intellectum, Venus autem uniuersum sibi uendicat corpus. Quapropter harum duarum tàm differentium naturarum coniunctionē, nouam, mon-

Allegoricus sensus cur ex Mercurii & Veneris coniunctione Hermaphroditum in lucē produxisse poetæ testantur.

monstruosam, & naturæ aduersam libidinem efficere, minimè mirum existit. SO. De cælicolarum amoribus, matrimonijs, atque propagationibus; deque eorum naturis, tàm vide licet de cõmuni omnium parente Demogorgone, quàm de duobus cælestibus parẽtibus, Aethere, Celioq; necnõ de quinq; planetis, qui se rie quadam ab ijs proficiscuntur, Saturno, Ioue, Marte, Venere, atq; Mercurio uberrimè locutus fuisse videris. Modò de Latonæ & Iouis liberis, Apolline scilicet atq; Diana, aliquid intelligere desiderarem: etsi de Diana pauca narrari possunt, quæ solam traditur & virginalem vitam semper uixisse. Quapropter Apollinis in Daphnidem amor tibi restat tantùmmodo exponendus atq; dilucidandus, quam Deum effugientem, in laurum fuisse conuersam fabulantur poetæ. PH. Apollinis & Dianæ exortum plenè atque diffusè, ni fallor, superius pertractasse videmur. Quod reliquum igitur est aggredientes, Dianam idcirco à poetis virginem fingi dicamus: quia propter immodicum Lunæ frigus mulieres, quarum natalibus ipsa dominatur, libidinis æstu atque ardore carere conspiciuntur. Montium Camporumque Dea vocatur, quia Luna ad herbarum & arborum germina emittenda, quibus syluestria animalia vescuntur, maximum præstat adiumẽtum. Venatrix dicitur esse, quia copioso lumine nocturnis

Dianæ conditiones a poetis decantatas allegoricè et doctè quidem interpretatur.

diana.

sturnis venationibus fauet. Viarum custodia ipsi committitur, quia nocturno splendore itinera faciliora reddit ac tutiora. Arcu & sagittis depingitur instructa, propterea quòd radij ex Luna defluentes, animantibus non parum detrimenti sæpe afferre conspiciuntur, præsertim si per angusta parietum, uel fenestrarum foramina sagittarum more sese insinuauerint. Curru à candidis ceruis tanquam omnium quadrupedum velocissimis, pertracto inuehi prædicatur, quia celerius quàm ullus aliorum cælestium orbium proprium motum absoluit, cùm totum circuitum unius mensis spatio conficere uideatur: candore autem vtpotè suo gaudet colore. Luna appellatur, quia noua noctis crepusculo lucet. Diana vocatur, quia antiqua diem præcurrit, & ante Solis exortum refulget, & quia interdiu quoque sæpè uidetur. SO. *De Diana hæc dicta sufficiant. Apollinis modò celebrem illum amorem tanquã reliquum omnium cælestium amorum, aggredere interpretandum.* PH. *Apollo apud poetas sapientiæ, & medicinæ Deus existit. Cytharam, insigne Mercurij donum, in manibus gestat, & Musis præsidere existimatur. Laurũ et coruum sibi sacra uehemẽter amat, & arcu, sagittisq; instructus incedit.* SO. *Horum significata audire expecto.* PH. *Deus sapientiæ vocatur: tùm quia cordis præcipuè*

Allegoricus sensus, cur Apollo Deus sapientiæ, & medicinæ præsertim esse, Cytharamq; a Mercurio sibi traditã pulsare, & Musis præsidere; nec non Laurum &

sibi

Coruum sibi sacra uehementer amare; & arcu postremo sagittisq; instructus incedere a poetis existimatur.

sibi uendicat imperium, & spiritus humanæ cognitioni & sapientiæ copiosam materiam subministrantes, purgatos, ac lucidos reddit: tum etiam quia Phebeæ lampadis uberrimo lumine res sub aspectum cadentes, quibus cognitio & sapientia nostra maxima ex parte deriuatur, cernuntur ac discernuntur. Medicinæ eum præesse ex duobus coniicitur argumētis: primùm quia cordis & innati caloris à corde proficiscentis diuina propemodum uirtus, uniuersi corporis ualetudinem conseruat, & morborū uaria ac differentia genera expellit: deinde quia calor Solis lenis, ac temperatus uere existente morbos antiquos sanat, atque resoluit ex hyemis, autumniq; intemperie contractos, propter quorum duorum temporum anni exitiale frigus, Solis uires infirmæ ac tenues esse sentiuntur; & idcirco innumerabiles morbi tunc humana corpora infestant, quæ postea uerno calore adueniente sanantur, ac pristinas uires recuperare cernuntur. Cytharam pulsare, & Musis præsidere duplici dicitur ratione: tùm quia pulsuum efficit harmoniam à corde in uniuersum corpus spirituum beneficio sese diffundentium, quam quidem experti medici solo tactu statim discernunt: tùm etiam quia diuinam illam harmoniam ex motuum cælestium diuersitate confectam, quam, ut iam dixi, Pythagoras in uocum suauissimo concentu repo-

repositam esse iudicabat, Sol utpotè maior, lucidior, & principalior cæteris planetis, et quasi omnium imperator, temperat ac moderatur; & idcirco Cytharam Apollini tribuendam esse poetæ iudicarunt: quam Phœbum à Mercurio accepisse propterea dixerunt, quia Mercurius quidem concordiã atq; mensuram harmonicam præstat: cæterùm Sol ut planetarũ præcipuus, cælesti melodiæ præpositus fuit. Nec immeritò quidem, cùm in motu maiorem ordinem, ac certiorẽ regulam, quàm ullus aliorum seruare conspiciatur: semper enim medium Zodiacum perambulat, nec tantillum ab eo vnquam deflectit, semperque recto itinere incedit. Quapropter ipsius motus aliorum motuum mensura, sicut etiam eius lumen aliorum luminum origo rectè existimatur. Hoc igitur proculdubio est à nobis intelligendum, cùm eum Musarum præsidem esse poetę testantur, quæ nouem existere dicuntur: quia nouenarius numerus cælestes etiam cõplectitur orbes suauissimum illum, diuinumq́; edentes concentum, ex quibus ipse tanquam Musicæ peritissimus artifex, integram illam cælorum cantilenam, & melodiam componere quasi uidetur. Sagittæ eius radij nuncupantur, qui uel propter nimium ipsorum calorem, uel propter aeris prauam dispositionem sæpe damnum ac detrimentum solent afferre: unde eum pestem quoque

inducere

Lauri natura ac honos. inducere arbitrantur. Ex arboribus Lau[ri]
Apollini consecrarunt: tùm quia Laurus
lida aromaticaque existit natura, & per[pe]
tua gaudet uiriditate: tùm etiam quia lau[ri]
sertis celebrum poetarum, & triumphanti[um]
imperatorum tempora redimita conspiciu[n]
tur, qui quidem omnes Soli sapientiam co[n]
ferenti, & imperia uictoriasque largienti, s[ub]
biecti esse existimantur. Alia quoque de c[au]
sa Laurus Phœbo consecratur, quoniam u[t]
licet Apollo, cùm sapientiæ Deus existat, d[iui]
nationem in hominum mentes influere solet.
Lauri mira proprietas. De Lauro autem id memoriæ proditum e[st]
quòd si aliquis capite eius frondibus corona[tus]
.n. quieti sese dederit, ueridica somnia, quæ eu[en]
tura portendunt, concipiet. Eadem quoq[ue]
Coruus quatuor & sexaginta uoces edere fertur. differentes. ratione Apollini coruus consecratur: coruu[m]
enim quatuor & sexaginta differentes ed[ere]
voces aiunt, ex quibus auguria atque ausp[icia]
antiqui diuinandi periti, frequentius, quàm
cuiuscunque alterius auis garritu capieban[t].
SO. De Apollinis ingenio & conditionib[us]
quæ hactenus dixisti, satis superque mihi [ui]
dentur: nunc ipsius erga Daphnidem veh[e]
mentem amorem obsecro interpretare. P[H.]
Apollo cùm præsente Cupidine arcus & [sa]
Fabula Apollinis in Daphnidẽ uehementem amorem, & Nymphæ gittarum suarum, quibus pestiferum illum se[r]
pentem nomine Pythonem interfecerat, vi[r]
tutem intolerantius iactaret, Cupidinis a[r]
cum

cum, & tela uelut arma puerilia, atque ad insignia facinora perpetranda minimè accommodata, contemnere uidebatur. Quam quidem iniuriam Cupido iniquo animo ferens, Apollinem aurea, & Daphnidem Peneo flumine natam plumbea sagitta dicitur vulnerasse. Vnde Apollo virginis statim accensus amore, eam celeri cursu fuit insecutus, quemadmodum aurum quoque uehementer adamare, & prosequi homines solent. Daphnis verò Apollinem maximo odio habens, eiusque amorem ut grauissimum quoddam ac plumbeum onus subire recusans, Deum insequentem diu effugit. Verùm cùm puella sese ab Apolline peti, & iamiam teneri sentiret, Penei genitoris, & aliorum fluuiorum opem auxiliumque implorauit: qui vt virginem Phœbi manibus liberarent, eam in Laurum transformasse dicuntur. Cuius quidem arboris metu trepidantis post multos, & repetitos complexus, Deus tandem frondibus decerptis Cytharam, pharetramque exornauit, & Laurum arborem suam vocauit: ex quo quidem Dei summo studio, & incredibili amore, Daphnis maximam iucunditatem sensisse narratur. SO. Fabula quidem elegantissima atque ingeniosa existit, uerùm quænam est ipsius significatio? PH. Hoc commento ingentes, & longissimè latissimeq; sese diffundentes vires amoris, quæ ad Solem

fugam, ipsiusque in Laurum conuersionem declarans.

Allegoria ardentem Apollinis in Nympham amorem, Nymphæque fugam, eiusdem

in Laurum metamorphosin doctè quidē & eruditè exponens.

ad Solem usque omnium cælicolarum superbissimum ac potentissimum Deum, pertingunt, poetæ indicare uoluerunt: Quapropter eleganter quidē finxerunt eum insolenter gloriatum fuisse, sese arcu & sagittis ipsius efficacissimos radios significantibus, minacem serpentem Pythonem confixisse, omniaque deuorantem: qui quidem serpens, ut iam diximus, aquarum diluuium adumbrare uidetur, quæ uniuersam tellurem undique circunfluebant atque inundabant; & hominum, aliorumque terrestrium animantium generationi, ac alimento quàm maximè officiebant. Hanc autem aquarum superfusionem Sol ardentium radiorum tanquā sagittarum emissione exiccauit atque confecit: & essentiam nobilissimum munus omnibus, quæ in terris uitam suam traducunt, largitus fuit. Vt autem Sophia intelligas, quinam Apollinis arcus propriè uocetur, præterquàm quòd ipsum cursum, & ambitum exteriorem Solis esse possumus interpretari, quo beneficentissimū illud astrum uiuentium, hominumque præsertim, uniuersum genus, à crudelissimi Pythonis sæuitia, idest ab aquarū alluuie liberauit: aliam quoque ueriorem, & rationi magis consentaneam expositionem libet afferre; quòd uidelicet per arcum Apollinis arcus ille uersicolor sit intelligendus, qui Cælo humido pluuioque existente, è regione Solis in aere conspicitur, & à Græcis

Apollinis arcus Iridem designare & figurare uidetur.

à Græcis ἶρις uocatur, & à Moyse in Genesi optimè describitur referente: quòd cùm transacto diluuio ex innumerabili ferè hominũ multitudine solus Noë æquitatis amantissimus uir vnà cum tribus filijs viuus remansisset, & mari fæminaque simul cuiuscunque speciei terrestrium & uolatilium animalium secum assumptis, arcamque natantem ingressus dum amplationem effugisset: Deus sese diluuium staturum ipsi pollicitus fuit, & Iridem post pluuiam nubibus imprimi solitam, tanquam promissi arrham, conspiciendam exhibuit, quæ homines ab alluuie tutos atque securos reddere solet. Cùm enim huiuscemodi arcus ex radiorum Solariũ in crassas humidasq; nubes diffusione, procreetur, quarum differentia & dissimilitudo in maiori minorique crassitie pro nubium multiplici captu, admirandam illam efficit colorum diuersitatem, sequitur nimirum Solarem arcum, diuina prouidentia ita disponente, mortalibus diluuij maximam præstare securitaté. SO. *Qua ratione obsecrò Sol formosissimo illo arcu nobis aquarum securitatem pollicetur?* PH. *Solis vestigia quando arcuatam illam efficiunt figuram, nequaquam aeri subtili neque sereno, verùm crasso humidoq; imprimuntur: qui si nimium crassus aut densus fortasse existeret, ita vt propter pluuiarum ingentem multitudinẽ nouum diluuium denuò efficere posset, nec Solis im-*

Iris mortalibus aquarum alluuiei maximam præstat securitatem.

Ratio, cur Iris à nobis conspecta à diluuio nos tutos securosue reddere existimatur.

S

lis impressionem recipiendi, neque arcum figurandi capax aut potens unquam existeret. Quapropter arcus illius impressio à nobis conspecta, fidem maximam facit nubes non ea crassitie præditas esse, ut diluuium in terras demittere queant. Hæc nempè est certitudo atque securitas, quam Solaris arcus aquarum alluuiei humano generi præstat: cuius quidem causa in Solis vim atque uirtutem prorsus debet conferri, quæ nubes ita puras ac tenues reddit, vt ipsis ambitum ac imaginem suam imprimendo, eas impotentes inhabilesque relinquat ad nouum diluuium excitandum. Vnde doctè & prudenter Apollinem arcu sagittisq; Pythonem interfecisse poetæ cecinerunt: quo quidem illustri & magnanimo facinore perpetrato, cùm Deus Solarem naturam imitatus, gloriabūdus atq; superbus incederet, haud tamen propterea Cupidinis ictum effugere ualuit: Amor enim non tantùm inferiora ad superiora adamanda cōpellit, uerùm etiam summa ad infima diligenda deducit. Quapropter Apollo Daphnidem Penei filiam dicitur adamasse, quæ terræ naturalem significat humorem à fluminibus eam irrigantibus proficiscentem. Huiuscemodi humorem summa quadam Sol beneuolentia prosequi videtur, ipsúmque ardentes radios demittendo, atque humorem in vaporem conuertendo, ad sese attra-

trahere contendit. Illud insuper etiam addere possemus, quòd inferiorum corporum exhalationes, ad cælestia nutrienda sursum ferantur: cælos enim uaporibus ex terrestri humidaq; globo ascendentibus, ali antiquissima poetarum opinio extitit. Verùm cùm ipsi metaphoricè potius quàm propriè loquantur, dimissa eorum sententia, planetas, Solemq; præcipuè, humidorum vaporum exhalantium beneficio, proprio munere mundum hunc inferiorem, necnon totum ac vniuersum gubernandi conseruandique fungi dicamus. Vnde Sol, ut proprium & nobilissimum munus suum explendo, summam perfectionem acquirat, maximamque laudem consequatur; humorem perfectionis & laudis suæ materiam atque instrumentum, vehementer amat, eumque ad sese attrahere conatur. At ille Solem tanquã sibi interitum ac perniciem machinantem, iurè quidem effugit. Insuper radij quoque Solares humorem exteriorem telluris superficiem relinquere, & per occultos meatus ad loca subterranea sese recipere compellũt: quò quidem postquam ipse peruenit, Solis virtute eum semper insequente, nec vlterius amplius effugere possit, Deorum cælestium rerum generationi præsidentium, ope intercedente; & terrestrium fluminum ipsum à Solis viribus atque persecutione defendentium auxilio

Cæli ex antiquissimorum poetarũ sententia uaporibus nutriuntur.

lio concurrente, in arbores plantasque tandem conuertitur. Daphnidem in Laurum postea transformatã esse poetæ subiungunt: quia in Lauro propter eius præstantiam, diuturnitatem, perpetuam iuuentutem, odorem, atque calorem, longè magis quàm in alijs arboribus laudabilis, optimaque radiorũ Solarium cum terreno humore permixtio conspicitur. Eam Peneo flumine natam fuisse addiderunt, quia prata hoc amne irrigata, Laurorum innumera ferè multitudine abundant. Apollinem huiusce arboris frondibus cytharam atq; pharetram exornasse retulerunt: ut significarent celebres tantùm poetas, qui Phœbi cythara designantur; & fortunatos imperatores, necnon potentissimos Reges duntaxat, qui Apollinis pharetra iurè significantur; cùm Sol præclara nomina, fælices uictorias, & excelsos triumphos verè proprieq; largiri existimetur; Laureis sertis tanquam perpetui honoris, & gloriosæ famæ ipsorum testibus accommodatis, redimiri solitos esse. Quemadmodum enim Laurus diu conseruatur, ita sapientum & triumphantium memorabile nomen longum perdurat in æuum: & quemadmodum Laurus perpetua gaudet uiriditate, ita virorum illustrium fama semper iuuenis uiridisque conspicitur, nec vnquam senescit aut arida euadit: & quemadmodum Laurus calida atque odora existit

Lauri optima tẽperies atq; permixtio.

Peneus Thessaliæ fluuius Lauris abundat.

Lauro celebres Poetæ, triũphantes Imperatores, & potentissimi Reges tantùmmodo coronantur.

natura, ita præclarorum hominũ calentes animi, virtutis suauissimum odorem usque ad longinquas emittunt regiones, eumq; in extremas atq; incognitas oras maxima celeritate diffundunt. Vnde arborem istam propterea Laurum homines appellarunt, quia eandem inter arbores, quam aurum inter metalla dignitatem obtinere uidetur. Antiqui uerò eam Laudũ nuncupabant, uel propter ipsius laudes à poetis decantatas; uel quia huiusce arboris sacris frondibus, eorum, qui æternas diuinasq; laudes merebantur, tẽpora coronari solebant. Hæc nempè egregia & præstantißima arbor Soli sacra existit, quæ propterea cælesti fulmine contingi lædiue non potest: quia virtutis nomẽ nec tẽporum longinquitate aut iniuria deleri; nec cælorum motibus aut mutationibus, quæ ueluti fulmina, omnia reliqua huiusce orbis inferioris uetustate, corruptione, atq; obliuione dissipant atque extinguunt, consumi unquam potest.

Laurũ quasi aurum hõies appellare cõsueuerũt. Laurus ab antiquis laudus appellata.

Ratio, cur Laurus cælesti fulmine cõtingi lædiue nõ posse existimatur.

SO. De cælicolarũ tam orbes cælestes, quàm septem errantia astra figurantium amoribus, postulatis meis abundè satisfecisti. De amoribus verò terrestrium atque humanorum numinum tanquã de rebus exigui momẽti, nec multùm ad sapientiam conducẽtibus, nihil est quod labores. Illud attamen pergratum mihi foret, si tu fabulis poetarum commentisque relictis, quid sapientes Astrologi de cælestium sphæra-

rum & planetarum mutuis amoribus, mutuisque inimicitias persenserint, patefaceres.

P H. *Partem aliquam eorum, quæ petijsti, quàm breuissimè potero, absoluam; totum enim exponere nimis longum profectò, atq; difficile existeret.* Cælestes orbes ab Astrologis nouem esse dicuntur. *Cælestes orbes, ad quorum intelligentiam Astrologi pertingere potuerunt, nouem esse dicuntur: Septem quidem huic inferiori mundo proximiores, septem errantia astra, quæ planetæ appellantur, circunducunt. Ex duobus autem superioribus, qui supersunt, octauus innumerabili ferè fixorum syderum, quæ conspiciuntur, multitudine refulget: nonus uero & postremus Diurnus nuncupatur;* Ratio, cur supremus orbis ab Astrologis Diurnus appellatur. *quia vnius diei & noctis, uigintiquatuor scilicet horarum spatio, totum ambitum suum percurrit absoluitque, & eiusdem temporis interuallo reliquos omnes cælestes orbes secum vnà circũuoluit.* Diuisio ambitus primi mobilis & orbis stellati in 360. gradus, atq; in duodeci signa. *Ambitus duorum istorum orbium superiorum in trecentos & sexaginta gradus secatur: atque duodecim signis, quorum vnumquodq; triginta gradus complectitur, distingui solet.* Zodiacus quasi circulus aĩalium ab Astrologis sic appellatus. *Ambitus autem iste zodiacus appellatur, quasi circulum dixeris animalium: duodecim enim illa signa animalium formis figurata conspiciũtur, quæ huiuscemodi nomina sortita fuerunt,* Duodecim Zodiaci signorũ nomina. *Arietem, Taurum, Geminos, Cancrum, Leonem, Virginem, Libram, Scorpionem, Sagittarium, Capricornũ, Aquarium,*

rium, et Pisces. Horum autē signorū tria calida & sicca ignea existunt natura, Aries, Leo, & Sagittarius: tria frigida & sicca terram repræsentant, Taurus, Virgo, & Capricornus: tria calore prædita atq; humore ad aerem referuntur, Gemini, Libra, & Aquarius: tria deníque frigore atq; humore sibi insitis, aquam imitari videntur, Cancer, Scorpio, & Pisces. Hæc signa amicitiā et odium inter sese habere cōperiuntur: nam tria singula eiusdē tēperaturæ cælum in tres partes æquales distinguūt, & inter sese centū atq; viginti graduū spatio distare dicuntur, & ideò maxima ac indissolubili sunt inter sese amicitia coniuncta: verbi causa Aries cū Leone & Sagittario, Taurus cū Virgine & Capricorno, Gemini cū Libra et Aquario, Cācer cum Scorpione et Piscibus: trini enī aspectus conuenientia, eadē insuper cōcurrente natura, inter ea perfectā conciliat amicitiā. Signa autem illa, quæ zodiacū in sex partes æquales diuidunt, & sexaginta graduum interuallo inuicem distant, non maximam nec absolutam, sed mediocrem & imperfectam amicitiam sortiuntur, uelut Aries & Gemini, Gemini & Leo, Leo et Libra, Libra & Sagittarius, Sagittarius et Aquarius, Aquarius et Aries: quę quidē signa hoc pacto cōsiderata, ꝑter cōuenientiā sextilis aspectus, sexus quoq; similitudinem habēt: omnia enī masculina, et eadē agen-

Duodecim zodiaci signorū uariæ oppositæq; naturæ elemētis quōdammodo persimiles.

De duodecim Zodiaci signorū amore at odio tū ipsorū faustis ac infaustis aspectibus, tū etiā eorūdem similibus uel pugnantibus naturis cōsideratis ex sententia Astrologorū pertractat.

Trinus aspectus maximã, & sextilis mediocrẽ signorũ amicitiam significare uidetur. Oppositus uerò grauissimas, et quadratus tolerabiliores eorũdem inimicitias præ se ferre existimatur.

di prædita qualitate existunt; cùm omnia calore uel ignea siccitate adiuncta, uel aereo consociato humore sint affecta. Ignis autem & aer inter sese mediocrem quandam conuenientiam atque amicitiam in elementorum serie habere uidentur. Eadem quoque similitudo inter alia sex signa terrenæ aqueæq; naturæ reperitur; nã ea etiã mediocri quadã amicitia cõiunguntur; ut Taurus cum Cancro, Cancer cũ Virgine, Virgo cum Scorpione, Scorpio cũ Capricorno, Capricornus cum Piscibus, Pisces cum Tauro: omnia enim aspectum sextilem habere, sexaginta gradibus inter sese distare; fœminina, & eadem agendi informata qualitate, frigore scilicet ipso, existere conspiciuntur: etsi postea eorum differentia non secus ac terræ & aquæ in patientibus qualitatibus, siccitate uidelicet atque humore, deprehendatur. Vnde ipsorum quoque amicitia media & imperfecta vocatur. Si autem zodiaci signa opposita extiterint, & maximam quam possint distantiam, centum scilicet & octoginta graduum habuerint; grauissimas inimicitias exercere, odiaque capitalia inter sese gerere dicentur: propterea quòd situs oppositos, & contrarios omnino obtinebunt, unoque ipsorum ascendente alter descendet, unoque supra terram exerto, alter sub terris latitabit. Et quamuis in actiua semper

signa opposi[ta]

cons

conueniant qualitate, cùm ambo calida, vel ambo frigida existant: passiuis tamen maximè differunt, cùm unum humore, alterum siccitate sit affectum. Vnde passiuarum qualitatum dissidium unà cum situs, atque aspectus oppositione, maximis & capitalibus inimicitijs illatis, ea disiungunt: veluti in Ariete & Libra, Tauro & Scorpione, Geminis & Sagittario, Cancro & Capricorno, Leone & Aquario, Virgine ac Piscibus quiuis perspicere potest. Quandocunque verò signa quarta zodiaci parte, idest nonaginta graduum spacio inter sese distabunt, mediocres tantùmmodo gerent inimicitias, tùm quia eorum distantia dimidiata existit oppositio; tùm etiam quia ipsorum naturæ in ambabus, actiua scilicet atque passiua; dissentiunt qualitatibus. Si enim alterum calida, sicca, igneaque præditum est natura; reliquum aqueam, frigidam, humidamque temperiem obtinuit: & si unum calore & humore, aereis qualitatibus, est affectum; alterum frigoris merito & siccitatis ad terrestrem accedit temperaturam: ut si Aries cum Cancro, Leo cum Scorpione, Sagittarius cum Piscibus conferatur; alter enim ignem, alter aquam repræsentat; ueluti etiam si Gemini cum Virgine, Libra cum Capricorno, cum Tauro Aquarius comparentur; unus enim eorum aeream, alter uerò terrenam naturam

Signa in quar

turam fuit consecutus. Quandoque autem huius ordinis signa in actiua tantùm discordant qualitate, ut si vni calor, alteri frigus obtigerit: cuius quidem rei Taurus ad Leonem, Virgo ad Sagittarium, Capricornus ad Arietem, Cancer ad Libram, Scorpio ad Aquariū, Pisces ad Geminos relati, fidem maximam facere possunt. Omnia enim signa, quæ nuper commemorata fuerunt, qualitatum actiuarū tantùmmodo oppositionem, & quadratum aspectum mediocrem inimicitiam significantem, habere comperiuntur. SO. Duodecim cælestium signorum amorem & odium tàm perfectum, quàm imperfectum rectè percepi. Illud modò intelligere vellem, vtrum hæc eadem in septem etiam reperiantur planetis. PH. Planetæ tunc sese mutuò amare dicuntur, quando fausto benignoque aspectu sese inuicem intuentur, verbicausa trino centum & viginti gradúum distantiam requirente, qui quidem trinus aspectus perfectum amorem, & summam eorum beneuolentiam indicare videtur: vel quando sextilem aspectum trini dimidiū, sexaginta videlicet graduum distantiam sortiuntur; qui quidem sextilis aspectus remissum amorem, & mediocrem ipsorum amicitiam significare existimatur. Quòd si aspectu opposito longissimam, quæ in cælo excogitari possit, distantiam, centum scilicet & octo-

Planetarū amicitia ex trino atq; sextili: eorūdem uerò inimicitia ex opposito & quadrato ipsorū aspectu ab Astrologis potissimum iudicatur.

ginta graduum, postulant, & ad se inuicem fuerint conuersi, inimicissimi existent, & implacabili odio sese prosequentur: contrarius enim aspectus odium, inimicitiam, & maximam inducere solet eorum oppositionem. Si denique quadratum aspectum oppositi dimidium, nonaginta videlicet graduum habuerint, tolerabilia odia & mediocres gerent inimicitias: hæc enim propria quadrati aspectus esse uidentur. S O. Dixisti, ni fallor, ex aspectibus trinum atque sextilem, amorem, oppositum autem & quadratum, odium frequenter significare. Nunc illud discere percupio, vtrum ipsorum coniunctio amica an inimica esse iudicetur. P H. Duorum Planetarum coniunctiones iucundæ aut odiosæ pro ipsorum varijs diuersisque naturis esse existimantur. Si enim duo benefici planetæ, Iupiter scilicet et Venus, qui fortunæ ab Astrologis dicuntur, simul copulantur, maximo amore, & summa quadam beneuolentia sese mutuò prosequentur: & si Luna cum istorum alterutro coniungitur, fœlicem & amicam efficit coniunctionē. Quòd si Sol cū altero eorundē coiuerit, inimicā & noxiā contrahet societatē, quia utrūq; supradictorū planetarū comburendo, eos debiles atque inutiles reddit: etsi ipse ex huiuscemodi societate nonnullum capere uideatur emolumentum, haud multū tamen propter ipsorum com-

Planetarū coniūctiones pro ipsorū uarijs diuersisq; naturis iucundæ aut odiosæ ab Astrologis esse dicuntur.

combuſtionem. Mercurius cum Ioue fœliciter & amicè conſociatur, cum Venere amanter quidem, non admodum tamen rectè copulatur. Cum Luna coniunctus, amicitiam efficit mediocrem. At cum Sole conglutinatus ab eo comburitur; & amborum ſynodus parùm exiſtit amica; niſi fortaſſe eorum corpora perfectiſſima quadam ratione ſimul unirentur: tunc enim ipſorum coniunctio optima amiciſſimaque proculdubio exiſteret, & Solis vires duplicarentur, ac ſi in cœlo Sol geminatus fuiſſet. Solis & Lunæ copulatio perquàm odioſa exiſtimatur, etſi amborum corporalis & abſolutiſſima vnio, à nonnullis aſtrologis amica eſſe, & ad arcana multum conducere iudicetur. Duorum infœlicium planetarum, qui infortunia vocantur, Saturni videlicet ac Martis, cum quouis aliorum coniunctio odioſa exiſtit, præter Martis cum Venere tantùmmodo copulationem, quæ immoderatam libidinem, furentemque amorem ſolet excitare. Saturni & Iouis connexio Saturno quidem iucunda, at Ioui infeſta habetur. At Saturni aut Martis, Soliſque complexio ſicut Soli inimica, ita ipſis noxia eſſe exiſtimatur: quia Sol tunc utrunque comburit, necnon ſuiipſius vires debilitare videtur. Amborum inſuper cum Mercurio Lunáue congreſſio, tùm his peſſima, tùm etiam illis incommoda exiſtit. SO. Quemadmo-

modum coniunctiones bonæ vel malæ pro planetarum in vnum conuenientium naturis, esse dicuntur: benigni aut maligni aspectus easdem'ne differentias, quas cōiunctiones, ex duorum planetarum sese aspicientium diuersis sumunt naturis? PH. Benefici, & item malefici aspectus, ex planetarum sese intuentium naturis differentibus incrementum, & decrementum proculdubio accipere solent. Cùm enim duæ fortunæ, Iupiter ac Venus, trinum uel sextilē aspectū habere conspiciuntur, maximas nimirum fœlicitates portendunt. Si uerò inimicos aspectus, oppositum videlicet aut quadratum sortiuntur, nulla quidem incommoda, sed pauciores, easque difficiliores prosperitates præsagire uidentur. Similiter quoque cùm quilibet ipsorum Lunam, aut Mercurium, aut Solem iucundo miratur aspectu, fœlicitatem prænunciat suę conuenientem naturæ. Si verò ad aliquem illorum trium infausto & inimico aspectu fuerit conuersus, parum boni euenturū, idque ægrè acquirendum significabit. Cùm autem duæ commemoratæ fortunæ duo infortunia, Saturnum videlicet ac Martem, laudabili contemplantur aspectu, mediocria bona, timoribus tamen & incommodis nonnullis circunsepta, largiuntur. At si eos peruerso fortasse & iniquo intuiti fuerint aspectu, mala sub specie bonorum conferre prædicantur. Mars tamen

Benefici, & itē malefici planetarum aspectus ex ipsorum sese intuentium naturis differentibus incrementum & decrementum accipere solent.

men & Venus ab horum numero segregantur, qui temperaturis adeò concordibus & conuenientibus donati fuerunt, vt quandocunque fortunatum sortiuntur aspectum, plurima commoda, & maximas fælicitates amantibus conferre perspiciantur. Iupiter item atque Saturnus faustum fælicemq; aspectum assecuti, res laudabiles, arduas, atque diuinas, & à sensibus quàm longissimè remotas pollicentur. Iupiter prætereà facilitate sua duritiem mollit Saturni: & Venus rectè collocata Martis crudelem, & sceleratam mansuefacit naturam. Contrà Mercurius rectè Martem aut Saturnum aspiciens, parum boni; prauè uerò vtrunque intuitus, plurimum mali promittit: propterea quòd facillimè in eius planetæ cum quo permiscetur, vertitur naturam. Mercurius Lunam rectè quidem aspiciens, fælicitatẽ, iniquè verò, miseriam prædicit. Duo infortunia Lunam infæliciter aspectantia, pessima, prosperè verò, non bona, sed minus mala existũt. Idem quoq; fieri debet iudiciũ de duorũ infortuniorum ad Solẽ aspectibus. Solis Lunæq; amici aspectus, optimi iudicãtur; & Martis Saturniq; oĩa incõmoda, oẽsq; excessus lenire, et castigare solent: eorũdẽ verò aspectus inimici, multas difficultates, nulla aũt uel paucissima bona mortalibus pollicẽtur. Ecce tibi breuis et cõpẽdiosa cælestiũ diuersitatis aspectuũ ptractatio. SO.

Quæ de amore et odio tùm duodecim signorũ, tùm etiã septem planetarum separatim inter sese dixisti, satis superq; esse videntur. Verùm dic obsecro, vtrum planetæ quoq; maiori aut minori amore, uel odio vnum potius, quàm alterum signum prosequantur. PH. Vtique: nam duodecim signa sigillatim septem planetarum ædes aut domus esse dicuntur; & singuli propria domicilia adamare, aliena autem odisse videntur: cuius quidem ratio illa reddi potest; quòd cùm quilibet planetarum in sua domo diuersetur, eius virtus robustior atque potentior existit; cùm verò in ædibus alienis, ac inimicissimis reperitur, uires eius debilitantur & minuuntur. SO. Quonam ordine duodecim ædes cælestes septem planetis distribuuntur? PH. Sol & Luna duas cælestes domos sibi elegisse dicuntur, Sol Leonem, Luna Cancrum. Reliquorum quinque planetarum vnicuique duo obtigerunt domicilia, Saturno Capricornus & Aquarius, Ioui Sagittarius & Pisces, Marti Aries & Scorpio, Veneri Taurus & Libra, Mercurio Gemini & Virgo. SO. Huiusce cælestiũ ædiũ aßignationis quænã ratio põt excogitari? PH. Series utiq; et positio planetarũ ab antiquis obserua ta. Saturnus enĩ reliquis altior, propter frigidissimam suam naturam Capricornũ, & Aquariũ vtpotè sibi cõgruas sedes dicitur habitare: dum

Singuli planetæ proprias domos adamare, alienas autem odisse uidentur.

Domus propriæ planetarum.

Ratio ab antiquis Astrologis, qui Solẽ sub Venere et Mercurio collocarũt, in duodecim cælestibus

signis quasi proprijs domibus septem planetis tāquam hospitibus accōmodadis atq; distribuendis excogitata.

dum enim Sol hæc duo signa percurrit, totum illud temporis interuallum, quod à medio incipiens Decembre usque ad medium extenditur Februarium, consumens, intolerabiliora frigora, & sæuiores tempestates, quàm aliàs unquã terras infestare conspicuntur, quæ quidem duo incommoda Saturni naturæ sunt maximè accommodata. Iupiter cùm apud Saturnum secundum locum obtineat, duas ædes Saturni ædibus finitimas conduxit, Sagittarium Capricorno priorem, & Pisces Aquario posteriores. Mars, qui Ioui succedit, duas domos ipsi contiguas incolendas elegit, Scorpionem Sagittarium præcedentem, & Arietem Pisces subsequentem. Venus, quæ ex antiquorum sententia in quarta sede apud Martem collocatur, duo tecta amanti suo proxima, sibi assumpsit habitanda, Libram ante Scorpionem, & Taurum post Arietem. Mercurio, cui quintũ locum iuxta Venerem veteres concesserunt, duo Cythereæ coniuncta domicilia obtigerũt, Virgo Libram antecedens, & Gemini Taurũ consequentes. Sol, cui prisci sextũ locum apud Mercurium assignarunt, Leonem Virgini præcipuo Mercurij signo præeuntem, sibi proposuit incolendum. Lunæ, quæ septima & postrema planetarum exiſtit, Cancer, sedes post Mercuriales Geminos collocata, habitandus remansit. Quapropter non temerè quidem, sed certa

ta stabilique lege diuersas zodiaci domos sibi elegisse dicuntur. SO. Ordo, quem modò attulisti, admirandus certè videtur, & planetarum posititioni ab antiquis excogitatæ maximè consentaneus, qui Solem sub Venere & Mercurio statuendum esse iudicarunt. At recentiorum Astrologorum opinioni, qui Solem infra Martem, & supra Venerem collocari voluerunt, ratio prædicta neutiquam posset accommodari. PH. Ordinem iandudum expositum huic quoque opinioni perbellè adaptare possemus, non à Saturno quidem, verùm à Sole & Luna tanquam à duobus præcipuis cæli luminaribus, & quasi aliorum ducibus exordientes: hæc enim duo in mundi inferioris conseruatione primas agere partes uidentur. SO. Nondum hoc satis intelligo. SO. Quemadmodum anteà à Capricorno, ubi Solstitium hybernum efficitur, & dies paulatim crescere incipiunt, initium sumpsimus: ita nunc à Cancro æstiui Solistitij termino, ubi dies totius anni longiores metam exoptatam assequuntur, exordiemur, qui quidem Cancer cùm frigoris merito atque humoris sibi insiti, Lunæ naturã imitetur, conuenienter ipsius Lunæ domicilium nuncupatur. Leo autem proximus, tùm quia calidus & siccus existens, ad Solarem naturam accedit, tùm etiam quia Sole hoc signum peragrante, maximam eius vim atque poten-

Ratio recentiorũ Astrologorũ, qui Solẽ mediũ inter Martẽ & Venerem esse existimarunt, in septem planetis quasi septẽ Principibus in duodecim cælestibus ædibus tãquã duodecim curijs statuendis & collocandis.

tiam experimur, Solis regia esse dicitur. SO. Lunam igitur Soli præponis? PH. Nullam admirationem tibi hoc debet afferre; nam in sacrosancta quoque mundi creatione nox diei præponitur: & quemadmodum superius diximus, Dianam in Apollinis ortu Lucinæ partes egisse poetæ cecinerunt. Quapropter nil mirum esse debet; si Cancer quoque, Lunæ palatium, Leonem, Solis curiam, præcedit. Apud hæc duo signa duæ insuper Mercurij ædes constructæ fuerunt, qui Lunæ cæteris planetis proximior existit primam infimamque sedem occupanti. Vnde Mercurius in nouo hoc ordine secundum obtinens locum, duo domicilia, Geminos scilicet ante Cancrum, & Virginem post Leonem sortitus fuit. Venus tertio & superiori loco Mercurio succedens, ædes suas iuxta ipsum conduxit, Taurum videlicet ante Geminos, & Libram post Virginẽ. Mars quintus, Venere & Sole superior, suas domos propè Venerem construxit, Arietem ante Taurum, & Scorpionem post Libram. Iupiter sextus Martem complectens, sua domicilia Marti contigua fabricauit, Pisces ante Arietem, & Sagittarium post Scorpionem. Saturno septimo Iouem ambienti, & omnium planetarum altissimo, duæ reliquæ ædes Ioui propinquæ remanserunt, Aquarius ante Pisces, & Capricornus post Sagittarium: quæ quidem duo signa

Ratio, cur Lunæ domus domui ipsius Solis à recẽtioribus Astrologis anteponitur in cælestiũ ædiũ assignatione.

gna sese inuicem contingunt, quia sunt ultima, & à duobus Solis Lunæq; domicilijs, Cancro videlicet & Capricorno, distantissima; eisque è regione opponuntur. S O. Ordini planetarum in duodecim zodiaci ædibus occupandis libenter acquiesco, & vnumquenque ipsorum iure proprias domos adamare, & contrarias odisse, vt tute dixisti, concedo. Illud modò intelligere vellem, vtrum signorum oppositio, planetarum illorum, quibus huiuscemodi signa pro ædibus obtigerunt, diuersitati aut contrarietati aliqua ex parte respondere videatur. P H. Optimè quidem respondent, propterea quòd planetarum contrarietas, signorum & locorum suorum oppositioni mirificè consentit. Duæ nanque Saturni edes, Capricornus atque Aquarius, duabus ædibus luminarium, Solis & Lunæ, Cancro uidelicet & Leoni, propter contrarias naturas, contrariosque influxus Saturni, & duorum luminarium; opponuntur. S O. Quo pacto? P H. Quoniam sicut à luminaribus tanquam à causis plantarum, animalium, & hominum, totiusque inferioris orbis proficiscitur vita, cùm Sol naturalem calorem, Lunaque radicalem humorem præstare dicatur, quibus quidem duabus qualitatibus animata corpora viuunt ac nutriuntur: ita e-contrario Saturnus mortem & exitium rerũ inferiorum contrarijs qualitatibus, frigore vi-

Signorũ oppositio planetarũ illorũ, quibus huiuscemodi signa tãquam propriæ ædes assignatæ fuerunt, diuersis cõtrarijsq; naturis optimè quidẽ consentiunt atq; respondent. Saturni, amborumq; Luminarium uariæ tẽpe raturæ atq; pugnantes ĩfluxus.

delicet & siccitate sibi ingenitis, procurare videtur. Duæ quoque Mercurij domus, Gemini & Virgo, duobus Iouis opponuntur domicilijs, Sagittario & Piscibus, propter istorum duorum planetarum contrarios influxus. SO. Quos? PH. Iupiter ad maximas diuitias, & opes comparandas animos nostros inclinat: & propterea homines Iouis imperio subiecti, diuites, magnifici, & opulenti passim existunt. Mercurius verò, quia summam ad subtiles scientias indagandas, & rerum latentium doctrinas eruendas propensionem conferre videtur, à studio facultatum animos suorum abducit. Ex quo sapientes pauperes, & diuites imperitos esse plerunque contingit: scientiæ enim intellectus speculatiui, diuitiæ verò actiui ope acquiruntur. Vnde cùm anima humana vna tantùm existat, quando vitam actuosam exercet, speculatricem relinquit: & quando contemplationi incumbit, humana negotia contemnit. Vnde huiuscemodi egregij & Mercuriales viri pauperem vitam ducunt, quia doctam quandam paupertatem ipsimet eligunt, quæ proculdubio diuitum opibus, atque thesauris longè est anteponenda. Quapropter Mercurij ædes, Iouis ædibus iurè opponi dicuntur. Et qui in suis natalibus vnius duorum istorũ planetarum domos super terram ascendentes, alterius subter tellurem descendentes obtinuerunt.

Iouis & Mercurij differẽtes contrariũq; īfluxus.

. ħ .

Ratio, cur sapientes pauperes, & diuites imperitos esse plerũq; contingit.

runt. Vnde rarò & qui Iouis imperio subijciuntur, Mercurium Principem recognoscũt: et qui Mercurium propitium, Iouem quoque benignum habere conspiciuntur. Duo Veneris cubilia, Taurus & Libra, supersunt: quæ duobus Martis tentorijs, Scorpioni atque Arieti, propter planetarum ipsorum contraria temperamenta opponũtur. SO. Qua ratione hæc duo errantia sydera contraria esse prouincias? qui nimo maximam inter sese amicitiam, atque similitudinem habere videntur: sicut enim tute suprà dixisti, Mars Venerē dicitur adamasse, & ambo inter sese optimè conuenire existimantur. PH. Eorum oppositio nequaquam circa pugnantes influxus, ut Iouis atq; Mercurij; verùm circa contrarias solùm temperaturas, vt Saturni & Luminarium, versari intelligitur: etsi Luminaria atq; Saturnus, sicut iã diximus, cũ tẽperierũ oppositione, influxuũ quoq; differentiã habent adiunctã. At Mars & Venus qualitatũ tantũmodo differunt cõplexionibus: Mars enim calore et siccitate mediocritatẽ excedit, Venus aũt frigoris & humoris laudabilẽ tẽperiẽ est assecuta, neq; harũ duarũ qualitatũ exuperantia Lunã imitatur. Quapropter Mars & Venus ut duo cõtraria optimæ mixtioni deseruiẽtia, inter sese cõuenire uidẽtur, ex quorũ coniunctione tẽperati nimirũm proueniunt effectus, generandi præsertim

Martis Venerisq; oppositio nequaquã circa pugnãtes influxus, uerùm circa contrarias tẽperaturas tantùm uersatur.

& nutriendi: cùm alter eorum calorem ambo-
borum actuum causam agentem, reliqua tem-
peratum humorem causam vtriusque patien-
tem conferre dicatur. Et quanuis Martis ca-
lor adeò vehemens existat, vt in ardorem con-
uertatur: laudabili tamen Veneris frigore op-
timè temperatur, & ad vitalia munera obe-
unda idoneus redditur. Vnde qualitatum op-
positio nullum affert impedimentum, quin hi
duo planetæ, ut sese inuicem contemperent, no-
bilissimosq; producant effectus, sese mutuo pro-
sequantur amore. Qualitatum autem contra-
riarum ratione, domos zodiaci oppositas sorti-
ti fuerunt. SO. Ratio signorum oppositionis
ex odio contrariisq; planetarum, quibus signa
tanquam ædes assignantur, effectibus deducta,
mihi summopere placet. Verùm dic obsecrò
an in ordine quoque, & collocatione signorum,
aliqua ratio amoris, & amicitiæ planetarum
perspiciatur: quemadmodum ex illorum op-
positione istorum quoque odia, atque inimici-
tiæ possunt inferri. PH. Eadem utique am-
borum ratio existit, quæ in Luminaribus præ-
sertim vera esse deprehenditur. Nullas enim
Iouis, fortunæ maioris, ædes, Solis, Lunæque
domos inimico aspectu intueri videbis. At
Saturni, maioris infortunij, sedes, opposito at-
que venefico aspectu Luminarium domicilia
explorare perspicies. Quapropter Sagitta-
rius,

Planetarũ amor & amicitia cum signorum suorũ ordine atq; collocatione mirificè consentire uidetur.

rius, prima Iouis domus, Leonem, Solis Luminaris maioris regiam, trino aspectu amorem maximum præ se ferente, miratur: & Pisces, secunda Iouis habitatio, Cancrum, Lunæ minoris Luminaris hospitium, trino quoque aspectu vehementissimi amoris indicio intuentur. Similiter etiam nulla Mercurij domus locum Solis Regiæ, vel Lunæ hospitio aduersum, fuit sortita, quia vterque eorum est maxima familiaritate coniunctus. Quinimo Gemini, prima Mercurij sedes, sextili mediocris amoris aspectu Leonem, Solis curiam, mirantur: & Virgo, secunda eiusdem domus, Cancrum, Lunæ diuersorium, sextili pariter amicoque intuetur aspectu. Veneris minoris fortunę cubilia, & Martis minoris infortunij, tentoria supersunt: qui quidem duo planetæ sicut eadem influere videntur, ita amborum domus mediocrem erga Solem & Lunam retinent amorē. Aries enim, prima Martis domus, trinum ad Leonem Solis palatium habet aspectum: propterea quòd & planetæ & signa eadem temperatura, calida scilicet & sicca, prædita existunt: Quadratum autem, mediocris inimicitiæ aspectum, ad Cancrum Lunæ obtinet domicilium; eò quòd Mars, & Aries ipsius domus calida & sicca existentes natura, Lunę, & Cancro eius domicilio frigida humidáque temperatura præditis aduersantur. Scorpius

verò, secunda Martis sedes, trinum perfecti amoris aspectum ad Cancrum Lunæ diuersorium est consecutus: quia vtrunq; signum frigido, humidoque existit temperamento. Ad Leonem autem, Solis regiam, propter caloris & siccitatis, quæ in Leone; frigorisque atque humoris, quæ in Scorpione perspiciuntur, oppositionem aspectum obtinet quadratũ. Eundem fermè ordinem Veneris cubilia unà cum sedibus Luminarium seruare uidentur. Taurus nanque, prima Veneris sedes, Cancrũ Lunæ hospitium sextili benignoq; contemplatur aspectu, propterea quòd ambo in frigore conuenire videntur. Leonem autem Solis ædem tanquam sibi ratione caloris contrariam, quadrato aspectu, mediocris inimicitiæ indicio, miratur. Pariter quoque Libra, secunda Veneris domus, Leonem sextili & iucundo intuetur aspectu, propterea quòd ambo calorem participant. Cancrum autem utpotè sibi frigoris ratione aduersantem, quadrato remissum odiũ significante perterrefacit aspectu. Quapropter hi duo planetæ, Mars & Venus, inter Saturnum & Solem medij collocantur: & propterea ipsorum quoque domicilia cum Solis Lunæq; tectis, partim amicitias, partim inimicitias habere conspicuntur. Plures insuper amorum & odiorum cœlestium his addere possemus rationes: verùm ne prolixa

& ob-

& obscura oratio nostra videatur, eas prætermittemus. SO. Antequam huic pertractationi modum imponas, illud tantùmmodo intelligere uellem, vtrum planetæ alia quoque amoris, & odij specie cælestia signa prosequantur, præter eam, quæ in bonis & prauis aspectibus consideratur. PH. Vtique: primùm propter suam in agendo potentiam declarandam. Vnusquisque enim eorum aliquod habet signũ, in quo collocatus et ipse maior illustriorque redditur, & cætera efferendi atque extollendi summam quandam nanciscitur potestatem: verbi causa Sol in Ariete, Luna in Tauro, Saturnus in Libra, Iupiter in Cancro, Mars in Capricorno, Venus in Piscibus, Mercurius in Virgine, etsi hæc una duarum Mercurij ædium esse dicatur. Habent insuper planetæ triplicem authoritatem, quam quidem singuli tres planetæ in quibusdam signis propositis communiter obtinere existimantur. Veluti Sol, Iupiter, atque Saturnus authoritatem suam in tribus signis igneæ naturæ, quæ inter sex signa masculina numerata fuerunt, hoc est in Ariete, Leone, & Sagittario exercere solent. Veneris, Lunæ, & Martis authoritas in fœmineis signis conspicitur: idest in tribus terrenis, Tauro, Virgine, & Capricorno; & tribus aqueis, Cancro, Scorpione, & Piscibus. Saturnus, Mer-

Planetarũ amor in signa eorum vim atq; uirtutẽ extollentia.

Planetarum triplex authoritas.

Mercurius, & Iupiter authoritatem suam ad tria signa masculina, quæ supersunt, protulerunt, Geminos, Libram, & Aquarium. Huiuscemodi authoritatum sortitionis causis assignandis, ut tædium effugiamus, supersedere optimum esse videtur. Id tantùmmodo subiungam, quòd tres planetæ masculini in signis masculinis, & in signis fœmininis tres fœminini planetæ triplicem authoritatem suam exercent. Planetarum insuper amor in eorum quoque facies extendi solet, singuli nanque decem zodiaci gradus planetæ alicuius facies esse dicuntur: veluti decem primi Arietis gradus Martis, secundi Solis, tertij Veneris facies vocari consueuerunt. Eodem pacto signorum & planetarum ordine seruato, vsq; ad decem postremos Piscium gradus, qui Martis denuò facies nuncupantur, gradatim est proficiscendū. Alius quoque planetarum, Sole tantùmmodo Lunaque exceptis, in suos terminos amor reperitur: singulis enim quinque superantibus planetis, gradus quidam in unoquoque signorum capti, pro terminis solent assignari. Omnes insuper planetæ, luminosos, sibiq́ue fauentes gradus amare, obscuros autem & viles odisse dicuntur. Pariter quoq; nonnullorum fixorum syderum appetunt coniunctionem, eorum presertim, quæ primæ aut secundæ magnitudinis, & copioso lumine prædita existunt: non-

Planetarum amor i suas facies.

Planetarum, Sole tantùmmodo Lunaq; exceptis, in suos terminos studium atq; beneuolentia.

Planetæ sydera nonnulla amare, nonnullaq; odisse videntur.

nonnullorum verò, quæ sibi aduersantem natu ram habere creduntur, societatem atque con gressum, pro uiribus suis effugiunt. De cælorũ & stellarum amoribus, atque inimicitiis satis iam locuti fuisse videmur. SO. Rectè quidẽ iudicas. Verùm ea quæstio nunc restat examinanda, vtrum spiritus illi quoque cælestes, siue spiritales illi intellectus, sicut omnia corpora creata, aliquo deuinciantur amore: an potius, propterea quòd à materia sunt separati, à vinculis quoque amoris liberi solutíque remanserint. PH. Etsi amor in omnia corpora ex materia conflata diffundatur, haud tamen eorum tantùmmodo proprius debet existimari. Quinimo sicut essentia, vita, intellectus, bonitas, pulchritudo, & alia quæcunque perfectio à spiritalibus proficiscitur, & ex incorporeis in corpora deriuatur: ex quo fit ut omnes præstantiæ, et excellentiæ prius in spiritalibus, quàm in corporeis reperiantur: ita etiam amor prius, & magis propriè intelligibili, quàm sensibili mundo conuenire, & ab illo in istum traductus òlim fuisse videtur. SO. Qua ratione? PH. Aliquod'ne huic opinioni contrarium tibi succurrit argumentum? SO. Hoc saltem in promptu existit, quòd tu amorem copulationis desiderium esse iam ostendisti, desiderium autem rei expetitæ necessariò supponit priuationem: quæ quidem cùm spiritalibus ne-

Amor prius & magis propriè intelligibili quàm sensibili conuenit mundo: quinimmo à spiritalibus in corporea traductus olim fuisse videtur.

nequaquam conuenire, sed materiæ tantùmmodo propria esse videatur, nec amorem ipsis tribuendũ esse profectò consequitur. Alia quoq; insuper in huiusce rei confirmationem ratio potest adduci: quæ enim ex materia constant, vtpotè imperfectiora, spiritalium tanquam perfectiorum vehementer appetunt copulationẽ: verùm perfecta quo pacto imperfectiorũ coniunctionem expetere vnquam dicentur? PH. *Spiritalia non tantùm sese inuicem diligunt, sed etiam corporea & ex materia conflata. Amorem autem desiderium, et desiderium priuationem significare, verè quidem dicis: sed inconueniens existimari minimè debet, quòd cùm in spiritalibus diuersi perfectionum gradus ac ordines reperiantur, vnum altero perfectius, & puriori atque præstantiori essentia præditum existat; & quòd inferius tanquam ignobilius, superius vt excellentius quiddã diligat, eiusque appetat coniunctionem. Quapropter omnes spiritus illi intelligentes, atque diuini, supremum & perfectissimum Deum, ex quo non secus ac vberrimo fonte vniuersa eorum deriuatur essentia atque beatitudo, summo vehementissimoque prosequuntur amore: cuius copulationem assequi omnes quãmaximè appetunt, & intelligentiæ merito participare obnixè conantur.* S O. *Beatissimos illos spiritus sese diligere, in eum forsitan*

In spirituũ ordine ac serie inferiorẽ superiorẽ, cũctiq; inferiores supremũ omniũ quãmaximè diligere haud immeritò quidẽ existimantur.

tan ſenſum interpretari poßemus, quòd inferior ſuperiorem amare dicatur. Verùm ſuperiorem inferiorem, vel ſpiritalia corporea, atque materiæ immerſa diligere nequaquam arbitror concedendum: cùm enim illa iſtis longè perfectiora eſſe, neque imperfectiorum auxilium vllum aut ſocietatem requirere videantur, quomodo ipſa appetere uel diligere unquã poſſe affirmabis? PH. Hoc argumentum, niſi me interpellaſſes, mox diluere ſtatueram. Latere te minimè debet, quòd ſicut inferiora propter deſiderium ſuperiorum ea amare dicuntur, vt ſua cum illis, quàm arctiſſima fieri poteſt, copulatione intercedente perfectionem ſibi deficientem acquirant & aſſequantur: ita ſuperiora inferiora diligere, eaque, vt perfectiora euadant, ſibi adiungere velle, ſunt exiſtimanda. Huiuſcemodi autem deſiderium non ſuperioris expetentis, ſed indigentis inferioris priuationem ſupponit: ſuperior enim intelligentia inferiorem adamando, partem eam perfectionis ſibi propriam, quæ inferiori deficit, ſupplere deſiderat. Et hoc nobiliſſimo genere amoris ſpiritalia corporea, atque materiæ cõtagio infectà proſequũtur, vt ſua excellentia cũ inferioribus cõmunicata, ipſorum ſuppleant defectũ, necnõ vt ea ſibi adiungẽdo, perfectiora reddant atq; conſpectiora. SO. Quanã harũ duarũ amoris ſpe-

Haud tantũ inferiora ſuperiora, et corpea ſpiritalia: verũetiam uice verſa ſuperiora ĩferiora, et ſpiritalia corporea quanquam diuerſa rõne, adamare dicuntur.

specierum verior & laudabilior tibi esse videtur, superioris'ne intelligentiæ in inferiorē, an inferioris erga superiorem? PH. Superioris utique in inferiorem, & spiritalium erga corporea. SO. Cur? PH. Propterea quòd bonū alter amorum accipiendi, reliquus conferendi esse perspicitur. Spiritalia, atque superiora corporea, & inferiora ut parentes liberos; hæc autem illa vt liberi parentes adamare dicuntur. Quis verò tam rudis hebetisque ingenij reperitur, quin patris amor amori ipsius filij longè præstare fateatur? Insuper spiritalem mundum corporeum ut marem fœminam, corporeum verò spiritalem vt fœminam marem suprà diximus adamare. Verum autem, etsi inturius tibi forsitan esse videbor, dicere cogor: longè perfectius mas dando, quàm fœmina accipiendo diligere videtur. Inter homines quoque benefici beneficiarios, quàm isti illos plus adamare conspiciuntur: isti enim propter commoda propria; illi verò propter uirtutem tantummodo diligere solent: & horum duorum amorum alter vtilitatem, alter solam honestatem vt sibi propositum finem, respectat. Quis autem honestum utili præferendum esse vnquam dubitabit? Non immeritò igitur spirituum in corpora beneuolentiam, corporum in spiritus amore longè excellentiorē atque perfectiorem esse dixisse videmur. SO. Hactenus à te

Amor superiorū in inferiora, & spiritalium erga corporea lōgè perfectior atq; excellentior, quàm horum in illa studium atq; beneuolentia esse uidetur.

à te dictis meum præbeo assensum. Verùm duę insuper animo ambiguitates occurrunt. Primùm, quia desiderium priuationem supponit, & rei expetitæ defectum ex parte desiderantis atque amantis, nequaquam autem amantis perfectionem ipsi amatæ rei deficiêtem, quemadmodum tu sensisse videris: priuationem enim in inferiori ab ipso superiori expetito, atque amato iandudum reposuisti. Deinde, quia memini me sæpè intellexisse res amatas, propterea quòd amantur, amantibus esse perfectiores: amor enim dicitur esse bonorum, & amatum finis & scopus ab amante sibi propositus nimirū existit; finis aūt omniū eorum, quæ ad ipsum referuntur, nobilissimus esse prædicatur. Quomodo igitur imperfectum à perfecto amari iandudum pronunciasti? PH. *Duæ à te propositæ difficultates haud contemnendæ esse videntur. Veruntamen ad primæ solutionem accedentes, dicamus in vniuersitatis serie inferiora ex superioribus, & mundum corporeum ex spiritali dependere. Quapropter defectus inferioris, superius quoq; imperfectionis argueret: vitium enim effectus, causæ quoq; imbecillitatem significare existimatur. Causa igitur cùm effectum, & superius cùm inferius diligere perspiciatur, nimirum perfectionem ipsius appetit inferioris; idque vt eius defectum corrigat atque emendet, sibi adiun-*

In uniuersitatis serie defectus inferioris nonnullam quoqs superioris īperfectionem: & uitium effectus causæ quoq; nonnullam ībecillitatē̄ significare haud īmeritò quidē̄ existimatur.

iungere studet: eo enim perfecto, ipsum quoq; ab omni vitij, & reprehensionis genere liberum, & incolume conseruatur. Vnde inferiori cum superiori non copulato, non solùm inferius imperfectam, miseramq; vitam traducit; uerùmetiam superiori nota & macula quædam inuritur, eiusque perfectioni & dignitati nonnihil derogatur: nunquàm enim filio misero ac uitioso existente, pater fœlix poterit nuncupari. Quapropter prauos & nequissimos homines diuinitatem ipsam grauissimè ledere, & quodammodo contaminare antiqui existimarunt; sicuti contrà iusti boniq; uiri eam extollere, atq; efferre uidentur. Iurè igitur non solùm inferius superius adamare, & eius copulationem vehementer appetere, verù etiam superius inferius diligere, idq; sibi adiûgere quàm maximè studere sapientes dixerūt: vt videlicet vtrunq; ipsorū perfectionem suo captui accommodatam, integrè consequatur, vtq; indissolubili amoris vinculo vniuersitas rerum gradatim, & successione quadam deuinciatur, atq; in vnū coalescat: quod quidem admirandum vinculum corporeum cum spirituali mundo, & inferiora cum superioribus copulat, atq; coniungit. Huiuscemodi autem connexio, vel vt magis propriè loquamur, vnio à summo opifice, & omnipotente Deo in vniuersitatis varietate ordinanda, & multitudine in vnum con-

Superius inferiori sibi adiuncto non solum inferius quàm maximè perficit, sed etiam suimet perfectionem omnibus numeris explet atq; confirmat.

coniungenda, tanquam primus præcipuusq; finis sibi propositus fuit. SO. Ex duabus superioribus ambiguitatibus vnam optimè explicuisti: ad alteram modò accede. PH. Aristoteles secundam difficultatem subtiliter admodum soluisse videtur: qui postquã spiritus illos cælestia corpora perpetuò circunducentes, animas intelligentes, materiæque prorsus expertes esse demonstrauit, eos propter quendam finem & scopum suis animabus conuenientẽ cælos mouere deinde subiunxit, quem ipso mouente nobiliorem atque præstantiorem esse tãdem conclusit: nec immeritò quidem; quia finis cuiuscunque rei ea nobilior proculdubio existit. Quatuor enim rerum naturalium causis à philosophis excogitatis, materia, forma, agente, qui rem mouere atque efficere dicitur, & fine, qui agentem ad operandum impellit: materia primùm omnium ignobilißima existit, forma deinde dignitate materiam antecellit, agens tertiò ambabus vtpotè earum causa præstare existimatur; finis denique omnibus tribus communiter nobilior atque excellentior esse prædicatur, & nominatim ipso agente, agens enim propter finem mouetur. Quapropter finis causa causarum haud immeritò nuncupatur. Ex hoc infertur, quòd finis, propter quem vnaquæque cælestis atque intelligens anima sibi aßignatum orbem circũuoluit,

Finis, cuius gratia unaquæq; intelligentia orbem suu circũducit, ipsamet intelligentia mouente nobilior ex Aristotelis sententia esse videtur.

Ordo quatuor causarũ ex præstantia sumptus atq; nobilitate.

Finis causa causarum haud imeritò nuncupatus.

uit, non solùm cælesti corpore moto, verùm etiam ipsamet anima mouente dignior præstantiorque existit. Hic autem nobilissimus finis, Aristotele ita sentiente, cũ ab anima cæli vehementer diligatur & expetatur, idcircò intelligens anima eius maximo amore accensa ac inflammata, stabili quodam desiderio, & insatiabili studio cælestem orbem sibi assignatum perpetuò circunducit, eumque adamare, & nobilissimam vitam ipsi præstare conspicitur, etsi ille sibi vt inferior superiori, corpus videlicet intellectui cedere videatur. Huiusce modi autem animæ cælestis in orbem sibi subiectum amor, ex eo nimirum originem deducit amore, quo amans anima superiorem atque excellentiorem, sibique dilectum prosequitur finem: cuius quidem æterna frui appetit copulatione, & secum ita perfectè coniungi atq; vniri, vt amans cum persona à sese vehementissimè adamata connecti solet. Quamobrem perspicere iam potes Sophia superiora inferiora, & spiritalia corporea diligere, propter eorum erga alia sese superiora ardentissimum studium: quorum copulatione frui cùm mirificè appetant, eorum maximo capiuntur amore, quo posteà intercedente, in sibi subiecta atque obnoxia plurima beneficia conferre videntur.

Amor animarũ cælestiũ in orbes sibi subiectos, & superiorũ in inferiora, necnon spiritaliũ in corporea ex altiori quodã amore originem ducit, quo huiuscemodi amantia alios quosdã fines superiores prosequuntur.

SO. Dic obsecrò Philo, quænam res intelligentibus animabus adeò præstantiores reperiun-

riuntur, vt sui tàm ardentem amorem, suæq; copulationis tàm vehemens desiderium ijs imprimere queat, ut hæ illarum tandem copulationem assecutæ, beatitudinem sese adeptas fuisse arbitrentur; cuius causa assequendæ cælestes orbes maxima cura, atque solicitudine adhibita, ne minima quidem facta intermissione, perpetuò circunducunt? Eius insuper quoque explicationem à te requiro, qua ratione superiora inferiora adamando, aliorum superiorum coniunctionem, atque copulationem facilius assequantur: causa nãque huiusce effectus latens, & obscura profectò mihi videtur. PH. Quod ad priorem attinet interrogationẽ, Aristotelis interpretes in inuestigãdo quęnam tantæ præstantiæ & excellentiæ res inueniantur; vt fines intelligentium animarũ, quibus cura cælestium orbium mouendorum fuit delegata, eisque nobiliores dici mereantur, vehementer laborarunt. Prima opinio Arabum, Alpharabij scilicet, Auicennæ, Algazelis, & nostratis Raby Moysis Aegypty in eius Morhe, dicitur extitisse: qui quidem omnes vnanimes affirmant ad singulos orbes cælestes duas intelligentias applicatas fuisse: quarum altera orbem suum vt agens causa mouet, & anima intelligens orbis illius motrix ab ipsis nuncupatur: Reliqua autẽ eundem orbem mouet ut finis, propter quem altera intelli-

Diuersæ philosophorũ sententiæ, quinam finis ille esse dicatur, cuius gratia unaquæq; intelligẽtia orbẽ suũ circunducit.

Arabũ cõpluriũ sentẽtia, qui unicuiq; orbi cælesti duas ĩtelligẽtias applicarũt, quarũ vnam ut aĩam causamq; agẽtẽ, alteram verò ut finẽ tantũmodo orbẽ eundẽ moue re dixerunt.

gentia, quæ ipsum vt agens & anima mouet, eum circunducit. Hunc autem finem anima cælestem orbem circumuoluens, tanquàm seipsa præstantiorem intelligentiam uehementer amat, & cùm eius copulationem assequi quàm maximè cupiat, cælum sibi commissum perpetuò circunuertit. SO. Quomodo igitur Philosophi trita illa & celebrata sententia poterit sustineri, qui angelos, siue intelligentias separatas cælestes rotas circunducentes, tot esse pronuntiauit, quot orbes ab ijs circunducti existiunt? Hæc enim Arabum opinio intelligentiarum multitudinem, si cum orbium numero conferantur, duplicare uidetur. PH. Dicunt ipsi hoc Aristotelis dictum, & hunc numerum à Philosopho statutum, de duabus intelligentiarum speciebus, mouentibus inquam & finibus, separatim exponendum esse ac interpretandum: tot enim mouentes intelligentias, quot orbes: tot item alias intelligentias istarum fines, quot orbes existere oportet. SO. Egregij isti ac doctissimi uiri intelligentiarum numerum ingeminantes, uim aliquam Aristotelis uerbis nimirum inferre uidentur. Verùm quid de primo mouente supremum cælum, quem Deum esse existimamus, erunt dicturi? Huic aliquem superiorem finem statuere, non'ne inconueniens atque absurdum quàm maximum esset? PH. Arabum Philoso-

losophantium secta primum mouentem summum Deum esse nequaquam consentit: tunc enim Deus anima uni tantùmmodo orbi mouendo applicata esse diceretur, quemadmodum aliæ quoque mouentes intelligentiæ existunt, quæ quidem æqualitas et applicatio, optimi maximi amplitudini atque communitati minimè conueniret: uerùm celeberrimi isti uiri Deum esse excellentissimum illum finem, propter quem primum mouens primum mobile circunducit, uoluerunt. SO. Hanc opinionem omnes'ne alij quoque Philosophantes confirmarunt? PH. Minimè: Auerroes enim & cæteri, qui posteà Aristotelem interpretati fuerunt, tot adamussim intelligentias, quot orbes, nec plures, nec pauciores existere dixerunt, & primum insuper mouens Deum esse concesserunt. Deum enim tanquàm animam & formam supremo cælo essentiam conferentem, uni orbi mouendo addictum fuisse, absurdum minimè esse Auerroes arbitratur, propterea quòd cælestes animæ materiæ sunt prorsus expertes: & cùm proprius eius orbis corporum uniuersitatem ambiat & complectatur, motuque suo omnes reliquos circumuertat; iure optimo intelligentia ipsum perficiens, mouens, atque informans, supremus Deus, nec aliud quicquam præter eum existere potest. Nequaquam e-

Arabes, qui unicuiq; cœlestium orbium duas intelligentias præposuerunt, Deum nequaquam primum mouentem esse uoluerunt.

Auerrois sententia, quæ unicuiq; cælestium orbiũ unã tantùmmodo intelligentiã præfecit: quæ sola & uelut agens, & tanquã finis orbẽ suum circunducit, quæq; ut finis propriũ motus, seipsa ut eiusdẽ motus effectrice, lõgè nobilior existit.

Auerroes Deum ipsum nō tātùm vt finē, verū etiā vt efficientē causam supremū omniū orbiū circūducere existimauit.

num, propterea quòd ipse quoque, sicut aliarum vnaquæque intelligentiarum mouere conspicitur, eis debet æquari: quinimmo ipsis longè præstare ac superior esse perspicitur, non secus ac eius orbis inter omnes orbes reliquarum intelligentiarum, primum atq; altissimum locum occupauit. Et quemadmodum insuper cælum ipsius, omnes cælos inferiores continet & ambit, sic eius virtus omnium aliorum mouentium complectitur virtutes. Quòd si propterea quòd cum cæteris communem mouentis obtinuit appellationem, ipsis exæquaretur; haud aliter quoque priorem opinionem sequendo, cùm non secus ac reliquæ alterius ordinis intelligentiæ, summi mouentis finis vocaretur, ijs æqualis forsitan posset existimari. Postremò Auerroes subiungit, quòd plures, quàm Philosophicæ consentiant rationes, statuere intelligentias, Philosophum minimè decet: in scientijs enim rationem tantùmmodo præeuntem sequi debemus, ne minimùm quidem ab ea recedendo. SO. Moderatior certè hæc secunda, quàm prior opinio esse videtur. Verùm quid ipse ad Aristotelis authoritatē, atq; ad ipsammet rationem respondebit, quòd scilicet finis, cuius impulsus amore mouens orbem suum circunducit, ipso mouente excellentior debet iudicari? PH. Philosophi verba Auerroes ita intelligenda esse opinatur, quòd

vna

vna & eadem mouens intelligentia in continua eius motione fuimet finis proprius atque conueniens existit: ipsa nanq; nulla alia de causa orbem suum circunuoluere videtur, nisi vt propriam expleat perfectionem. Vnde ea ratione, qua est finis motus, longè perfectior atq; nobilior existit, quàm ea, cuius merito eandem efficit motionem. Quapropter Aristoteles ibi duas potius causarum species, quæ simul in eādem intelligentiam concurrunt, agentem uidelicet & finem, quàm duas diuersas atque distinctas intelligentias, quemadmodum primi senserunt, comparasse videtur. S O. Mirum quidem esset, quòd Philosophus eiusmodi verbis eandē intelligentiam seipsa esse perfectiorem, indicare voluisset. P H. Ego quoque temerè prolatum esse iudico, quòd verba Aristotelis absolutam & simplicem comparationem significanti, in vna eademq; intelligentia diuersis rationibus considerata coāgustentur, & coarctentur. Vnde & si Auerrois sententia in summo præsertim mouente, qui cùm Deus existat, actionis & motionis propriæ consentaneus finis debet existimari, verissima esse comperiatur, & quanuis verum sit etiam, inter causas finem efficienti semper esse anteponendum: non tamen Arabis opinio Aristotelis uerbis accōmodari posse videtur. S O. Quam igitur Philosophi intentionem fuisse existimares? P H. Ostendere ni-

n. n.

Propria authoris sententia, qui Deū

nimirum, quòd finis omnium cælestium motorum est altissima quædam atque suprema intelligentia, quam omnes inferiores uehementissimè amant, & cum ea copulari summopere student, & in qua tota summaque earum fælicitas collocatur, quamq; mortales vt Deũ, Deorumq; Principem maximè venerantur. SO. Nunquid Deum fortasse primum mouentem esse arbitraris? PH. Omnia, quæ tam ardua requirit materia, nunc recensere nimis longum profectò ac curiosum esset, & vnam alteri opinionem præponendo, audaciæ forsitan notam subire possemus. Verùm etsi Aristotelem primum mouentem Deum existere, sensisse disputandi gratia tibi concederem, Philosophum tamen Deum omnium eorum mouentium finẽ, iisq; omnibus excellentiorem esse, quibus superior existit, dicam voluisse: nec idcirco Deum seipso præstantiorem esse ex Aristotelis verbis poteris vnquam inferre, etsi numen diuinum ex eo quòd omnium rerum communis & amplissimus finis existit, maiorem quàm ex alia quacunque causa, vel conditione in eo reperta, nobilitatem acquirit: ad finem enim tanquam ad perfectionis consumatam absolutionem vniuersa referuntur. SO. Ecquid alios mouentes propter suam explendam perfectionem, qua, sicut testatur Auerroes, frui summopere studẽt, proprios orbes circunducere negas? PH. Minimè:

tantùmmodo supremũ orbẽ et ut finem & ut efficiẽtẽ causam mouere arbitratur: cæteras autẽ inferiores intelligẽtias ut agentes duntaxat suos orbes circunuoluere censet, Deum ipsum tanquam propriarum motionum cõmunissimum finem, in mouendo sibi proponentes.

nimè: quinpotius illud firmissimè asseuero, quòd cælestes animæ cum Deo copulari vehementer appetunt, vt propriam perfectionem absoluāt. Vnde ipsarum finis postremus, atque vltima intentio in propria versatur perfectione: quæ cùm in diuina copulatione assequenda reponatur, eam in ipsa diuinitate tanquam in vltimo fine, nequaquam autem in sese consistere, necessariò est fatendum. Quapropter Aristoteles diuinitatem, præstantiorem atque eminentiorem cælestium animarum finem, quàm proprios fines ipsarum existere pronuntiauit: quod quidem Aristotelis dictum nequaquam, sicut Auerroes sensisse videtur, ad proprias mouentium intelligentiarum, in eisque permanentes perfectiones, pertrahi debet. SO. Nostrarum autem intelligentium animarum beatitudo ac vltimus finis debet ne propter eandem rationem in diuina copulatione collocari? PH. Maximè: vltimus enim earum finis, & postrema perfectio, veraque beatitudo haud in ipsismet animabus, verùm in quadam earū ad superiora conuersione, diuinaque copulatione, tandem est reponenda. Vnde etsi supremus Deus omnium rerum communissimus finis, & omnium intellectuum vera ac integra beatitudo esse dicatur, non tamen propterea negare debemus proprias intelligentium animarum perfectiones postremos ipsarum existere fines: actu nanque felici-

Intellectus humani fælicitas atq; beatitudo in diuina copulatiōe tandem consistit.

fœlicitatis aduemente, intelligens anima nõ amplius in seipsa, sed in Deo habitare videtur, qui sua intercedente copulatione animam illã fœlicißimam reddit: & hic nimirum postremus eius finis, summaque illius beatitudo, nequaquam autem in seipsa tantùm hac beante copulatione priuata, consistit. S O. *Subtiliter admodum, & incredibili cum animi mei assensione priorem duarum propositarum ambiguitatum explicuisti: ad alteram modò soluendam accede.* P H. *Enimuero me tibi vis interpretari, qua ratione intelligentia corporeum orbem ea longè ignobiliorem amando atque mouendo, ad altißimi Dei amorem ascendere atque extolli, necnon ad eius fœlicißimam copulationem pertingere poßit.* S O. *Hoc nẽpè à te requiro.* P H. *Difficilis quidem ambiguitas ista esse uidetur, eoque magis, quia actio propria atque interna intelligentiæ à materia separatæ, in seipsa intelligenda, & omnibus unà cum sui perfectißima cognitione percipiendis, consistit, propterea quòd diuina essentia in ea quasi Sol in speculo clarißimè refulget: quæ quidem non solùm omnium rerum essentias excellentißima quadam complectitur ratione, verùm etiam ipsarum suprema causa existit. In hac nempè præstantißima atque interna actione, nequaquam autem in cælestibus corporibus circum agendis, quæ*

Quæstionẽ illã arduã & difficillimam, qua rõne scilicet intelligentiæ suos orbes adamando atq; mouẽdo, diuinã copulationẽ assequuntur, pertractat.

quæ quidem actio rudis, & aduentitia intelligentiarum esse existimatur, earum fœlicitas & finis postremus reponendus esse uidetur. S O. *Gaudeo te vulnus patentius, magisque cruentum reddidisse, ut tutius atque facilius ipsum deinde curare queas. Salutare igitur aliquod affer remedium.* P H. *Memini me alias tibi Sophia dixisse, vniuersum tanquam unum quoddam indiuiduum, siue unam quandam personam existere: singulas autem tàm corporeas quàm spiritales, tàm æternas quàm caducas essentias membrorum & partium huiusce maximi indiuidui rationem obtinere. Vnde, cùm Deus vnuerso & singulis partibus productis, finem quendam toti communem, & fines simul singulis partibus proprios atque accommodatos assignauerit, sequitur nimirum quòd tàm totum quàm partes tūc perfectæ fœlicesque esse dicantur, quando rectè & absolutè munera illa exequuntur, ad quæ à summo rerum opifice conditæ, formatæ, atque directæ fuerunt. Finis quidem totius est vnitas à diuino architecto præcipuè intenta, tanquam vniuersi absolutissima perfectio. Finis verò vniuscuiusque partis non est ipsius disiunctè, ac separatim tantùmmodo consideratæ, propria perfectio, verùm etiam vt ea rectè & conuenienter totius inseruiat perfectioni: finis enim communis primò atque præcipuè ab ipsa diui-*

Rerū omniū vniuersitatē cū uno quodā indiuiduo, vnaq; persona ex pluribus mēbris constante elegantissimè confert.

Finis totius quidē mundi in unitate consistit.

Fines singularū partiū ad totius mūdi cōpositionē concurrentiū, duo esse dicuntur, proprius scilicet atq; communis.

diuinitate intenditur, & propter eum magis quàm propter proprios fines singulæ partes formatæ, ordinatæ, ac toti deuotæ fuerunt. Vnde si partes vel nulla ratione, vel malè actionibus ad vniuersi perfectionem concurrentibus inseruirent, maiori vitio & miseria vtique laborarent, quàm si proprijs actionibus priuatæ fuissent. Quapropter maiorem ipsæ fœlicitatem ex communi, quàm ex proprijs finibus consequendis acquirere sibi videntur, hoc nomine certè humanum corpus referentes: cuius partium, verbicausa oculorum aut manuum perfectio, non in eo tantummodo, nec præcipuè consistit, vt vel oculi sint venusti, vel manus formosæ; siue vt oculi acutissimè cernant, aut manus argutæ gestuosæque existant: sed in eo præcipuè sita esse iudicatur, vt oculorum usio, & manuum actio ad salutem, atque commoditatem vniuersi corporis referantur: & maiorem longè præstantiam, atque excellentiam toti corpori rectè inseruiendo, quàm venustate ac pulchritudine, alijsue proprijs earum perfectionibus consequuntur. Vnde sæpè contingit vt propter totius personæ defensionem atq; salutem pars, ita suadente natura, imminenti periculo statim offeratur, & audacter exponatur: cuius quidem rei brachium ad gladij ictum pro capitis conseruatione fortiter excipiendum promptum

Finis communis omniū partiū ipsius mundi, proprijs singularū finibus longè præstare uidetur.

ptum atque paratum, certissimam fidem facere uidetur. Quamobrem eadem quoque in vniuersum lege diffusa, intelligentia orbem cælestem mouendo, quæ quidem actio etsi externa & corporalis existat, ad vniuersi tamen essentiam necessariò requiritur, maiorem nimirum fælicitatem consequitur, quàm suamet interna & spiritali contemplatione, quæ propria ipsius actio esse existimatur. Et hoc vtique Aristoteles intellexisse uidetur, cùm dixit intelligentiam, ordinem scilicet & commune bonum uniuersi respiciendo, propter altiorem quendam & excellentiorem finem, diuinum videlicet numen, mouere: quia dum intelligentia orbem suum amat ac circunducit, vnitatem colligat atque constringit vniuersi, qua intercedente amorem, gratiam, & copulationem diuinam propriè consequi dicitur: quæ quidem gratia copulatioq; diuina mundum ipsum uegetum incolumemq; conseruat, necnon intelligentiæ vltimus finis, summaq; fælicitas ab ea semper expetita haud immeritò quidem a sapientibus esse existimatur. SO. Huic nimirum mirificè faueo solutioni: & propter eandem quoque rationem animas nostras intelligentes ac spiritales cum adeò caducis ac fragilibus consociatas fuisse corporibus credo, vt diuinus ille ordo rerum vniuersitatem colligandi, atque vnitatis

Intelligentiæ dũ orbes suos circunducunt, unitatẽ quàm maximè colligãt atq; cõstringunt uniuersi: & propterea munus a Deo sibi iniunctũ cumulatissimè explẽt atq; exequũtur.

Animæ intelligentes idcirco cũ humanis corporibus consociantur, ut rerũ omniũ uniuersitas unitatis uinculo quàm arctissimè colligetur ac uinciatur.

tatis vinculo deuinciendi, magis reluceat et con seruetur. PH. Rectè quidem putas: anim nanq; nostri cùm spiritales & intelligentes exi stant, nullam ex fragilis huiusce atque mortalis corporis societate vtilitatem vel commoditatem naturæ suæ conuenientem capere possunt, quin longè vberiorem & copiosiorem propria ipsorum intelligendi, interna, puraque actione, consequerentur. Verùm propter eorum in opificem mundi amorem tantùmodo ac pietatem, ad corpora sese applicuerunt, uitam illam atque intelligentiam cælestem, diuinamq; lucem ex mundo superiori ac æterno in inferiorem caducumq; deducendo, ne infima quoque totius orbis portio atque terrena, diuina gratia, & immortali uita prorsus sit destituta; neue huius maximi animantis pars vlla reperiatur, quin vitam ac intelligentiam sicut totum ipsum, participare conspiciatur. Vnde si anima nostra hoc carcere inclusa, pro rata portione ad mundanæ vniuersitatis vnitatem conseruandam aliquod afferat momentũ, prout diuinus ordo requirit, quem tanquam communem atque præcipuum finem in rebus producendis Deum sibi diximus proposuisse: ipsa quoq; diuino fruetur amore, & postquàm corporeis vinculis erit soluta ac liberata, ad Dei postremæ suæ fælicitatis, summæq; ipsius beatitudinis authorem inueniendum statim euola-

Anima humana, prout ipsa corpus sibi cõmissum rectè vel perperam in præsenti uita custodierit; ita post corporis occasum vel ad cælestes æthereasque domos incolendas cõtendet, uel terris & caliginosis sedibus in æternum relegabitur.

labit. Verùm si munus sibi iniunctum malè administrauerit, neque Deum amasse, neque diuinam copulationem participatura vnquam esse videbitur: qua quidem priuatione non secus ac diris æternisq; supplicijs excruciata, perpetuo luctu atque mœrore conficietur: cùm enim corpus sibi commissum prudenter sapienterque regendo et gubernando, in cælum ascendere potuisset, propter eius socordiam & prauitatem à diuina copulatione, atque à suprema ipsius beatitudine, tetris & caliginosis sedibus in æternum relegatam se esse uidebit, [redacted] SO. Absit vt in huiuscemodi vnquam prolabamur errores: quin potius propitium numen habentes, eius sanctissimam voluntatem ordinemque ab eo statutum implere exequi'ue conemur. PH. Deus pijssimis tuis precibus annuat, faueatque: verùm hoc sine amore fieri minimè potest. SO. Amor reuerà non tantùm orbi uniuerso, omnibusq; eius partibus cõmunis, sed etiam quàm maximè necessarius esse videtur, cùm nihil prorsus expers amoris beatum queat appellari. PH. Non solùm amore sublato beatitudo quoque auferretur, verùm neque mundus vniuersus, neque partes ipsius constarent, si amorem tolleremus.

SO.

Amor rerũ cũctarũ uniuersitati nõ tantũ beatitudinẽ, uerũ essentiam quoq; ipsam largitur.

S O. Cur? P H. Quia totius orbis & omnium rerum, quæ in eo collocantur, essentia in absoluta & perfectissima earum connexione, compactione, ac unitate consistit, tanquam si vnius individui existerent membra: secus enim diuisio mundum dissolueret ac pessundaret. Quapropter cùm vniuersum coagmentetur & coalescat, totáque ac tam differentes ipsius partes simul coniungantur & vinciantur amore tantùmmodo intercedente; amorẽ nimirum, ut tam mundus, quàm quæ in eo continentur, existant, potissimam esse consequitur rationem. S O. Id quoque obsecro ostende, quomodo [redacted] mundo vitam præstare atque ex tot tamque diuersis rebus vnam tantùmmodo componere valeat. P H. Ex superioribus hoc quoque facillimè quiuis deducere posset. Supremus Deus in mundi confectione atque conseruatione, maximum amorem & olim præbuisse, & hodie quoque retinere conspicitur, quem quidem omnes eius partes in vnum compellendo, et arctissimè colligando unitatis indissolubili vinculo constrinxit, nec temerè quidem: cùm enim Deus & vnus, & simplicissima vnitas esse dicatur, quicquid ex eo procedit, absolutè quoque vnum, & perfecta sibique conueniente vnitate præditum esse debet: ex uno nanque vnum solùmmodo, & ex pura vnitate perfectam vnionem profluere

Amor non secus ac vinculũ quoddã cõmune superiora cũ inferioribus, infernaq; cũ supernis; spiritalia cũ corporeis, corporaq; cũ spiritibus; æterna cũ mortalibus, necnõ caduca cũ perpetuis; creatorẽ cũ rebus ipsis procreatis, resq; ab eo conditas cũ ipso tandẽ conditore, copulat atq; coniungit.

re oportet. Spiritalis insuper mũdus cum mundo corporeo amoris vinculo connectitur: quo pacto enim intelligentiæ à materia seclusæ, seu angelicæ illæ mentes cum cælestibus vnquam coniungerentur corporibus, eisque vt formæ essentiam, atque vt animæ vitam præstarent, nisi ipsa vehementi quodam prosequerentur amore? Humani quoque intellectus quonam pacto mortalia corpora ingrederētur, eaque ratione donarent, nisi ab amore compulsi atque coacti? Nec anima mundi cum hoc sublunari vnquam mortalitatis globo copularetur, nisi vires experiretur amoris. Inferiora pariter superioribus amore intercedente cohærent, ut corporea spiritalibus, mortalia æternis, rerũq; vniuersitas summo creatori, quem ipsa mirificè diligit, & secum vniri, eiusque diuinitatem participando beari vehementer exoptat. SO. Ita est quidem: amor nanque vitalis quidam spiritus esse videtur in omnes mundi regiones sese diffundens, & vinculum quoddam dici potest vniuersum orbem colligans atque connectens. PH. Quandoquidem de amore ita magnificè sentis, de eius communitate, quam hodie copiosè atque vberrimè pertractauimus, nihil est, quod amplius loquamur. SO. De ipsius ortu tibi restat dicendum, sicut iam pollicitus mihi fuisti: qua etenim ratione omnibus rebus communis existat, singulasq; ipsius con-

ditiones optimè explicuisti: et clarissimè intel. ligo nihil prorsus reperiri, quod poculũ amatorium quandoq; non degustarit. Reliquum est ut amoris originem, & eius effectuum bonorũ atq; malorum aliquam saltem portionem explicandam aggrediaris. PH. *Amoris ortũ me tibi debere fateor quidem, nullam tamen de eius effectibus mentionem vnquam fecisse:utriq; autem simul tempus nunc aduersari & repugnare videtur, quod tenebris interpositis ac interiectis, vt nouum exordiamur argumentum, minimè consentit. Quapropter hanc disputationem in alium diem differamus. Verũ dic obsecro ò Sophia qui fieri potest, vt cùm amor omnibus communiter imperet, tu sola tamen huius potentissimi Regis vires parui duxeris atq; contempseris?* SO. *Tu autem Philo, ecquid me amas?* PH. *Quis teipsa huiusce rei maiorem & certiorem fidem facere potest?* SO. *Si amor, quemadmodum pluries dixisti, mutuus ac geminus existere solet, alterutrum fatearis oportet, vel vt tuus in me amor sit simulatus ac fictus, vel vt ego internam erga te animi mei beneuolentiam celem atq; dissimulem.* PH. *Orationem tuam fallaciarum tantundem, quantum meam veritatis habere, æquo animo ferrem: sed nostrum vtrunq; suspicor mentiri: diutius enim amor fingi aut dissimulari nequaquam posse videtur.* SO. *Si tuus in me*

in me amor verus existit, nec ego eo possum carere. PH. Quod affirmare non audes, ne falsum dixisse redarguaris, argumentorum suspitionibus mihi persuadere conaris? Meum ergà te amorem verum quidem, minimeq; simulatum, sed sterilē esse asseuero, propterea quòd ipse tibi vt optimum semen infœcundo aruo concreditus, nullum sibi similem fructum gignere potest, & me tantùmmodo, te autem minimè valet deuincire. SO. Quid ni? Nonne amor magnetis præditus natura, diuersa coniungit, distantia cōnectit, grauiaq; adducit? PH. Etsi amor attrahendi virtute magnetem excellat, quicunq; tamen ad amandum nullam habet omnino propensionem, grauior ipsomet ferro ac repugnantior esse conspicitur. SO. Quin amor amantes coniūgat, negare minimè potes. PH. Verum est hoc quidem, cùm ambo amantium nomen merentur: at nos diuersas differentesq; sortimur appellationes, mihi enim amantis tantùmmodo, non autem amati; tibi autem amatæ duntaxat, minimè autem amantis nomen obtigisse videtur. Qua igitur unquā rōne nos copulabit amor? SO. Quis amantē non amari credere unquam posset? PH. Ego Apollinis partes gero, tuq; duritiem Daphnidis imitaris. SO. Cupidinem igitur te aurea, meque plumbea uis confixisse sagitta? PH. Hoc equidem nollem, uerùm id euenisse maximè

Amor magnetis natura prædicus esse uidetur.

Sophiam cum Daphnide, & Philonem cum Apolline elegantissimè confert.

ximè doleo: tuam enim me consequi beneuolentiam, quocunq; auri pondere gratius mihi foret: at tu meum in te amorem tanquam molem plumbo ipso grauiorem, excipere recusas. SO. Si Daphnidis personam gererem, citius orationis tuæ formidine, quàm Nympha Phœbearum sagittarum timore, in Laurum conuersa fuissem. PH. Debilis ac imbecilla oratio esse videtur, quę oculorum splendori, uniq; tantùmmodo ictui consimilem præstare non ualet effectum, mutuum uidelicet amorem, atq; beneuolentiam recurrentem. Verùntamē, quod ad resistendi attinet partes, in Laurum transformata fuisse uideris, cùm nec loco moueri, nec propositum mutare, nec precibus flecti, nec amantis cupiditatibus magis magisq; indies ad te appropinquanti, parumper saltem obuiam procedere uelis. Lauri quoq; perpetuā uiriditatem, perpetuumq; imitaris odorem: cuius quidem fructus nullo alio, quàm amaro atque insuaui saporis genere, mordaci quadam acrimonia adiuncta, gustantis linguam afficere solet. Quapropter in Laurum certè mihi euasisse uideris, cuius quidem metamorphoseos euidentissimum signum imbellis meæ cytharæ sonus tibi potest afferre, quæ nullum prorsus ederet concentum, nisi tuis pulcherrimis frondibus exornata fuisset. SO. Meum in te amorem asseuerando impudentiæ, & negando im-

impietatis nomine malè audirem. Id tibi persuadeas uolo, quod rationi magis conuenire, & consentaneum esse arbitraris, etsi metus in contrariam sententiam animum tuum fortasse detorqueret atque deflecteret. Nunc autem cùm nox ipsa ægra, & diurnis laboribus defatigata mortalium corpora, ad quietem, ac somnum capiendum inuitet, temporis opportunitate usi dormitum eamus, cras redituri. Interea corpori curando diligenter incumbe, & promissa è memoria ne tibi excidant, caue.

FINIS.

IN DIALOGVM TERTIVM DE AMORIS ORIGINE.

ARGVMENTVM.



OSTQVAM in prima disputatione de amoris essentia, atque natura, in secunda autem de ipsius communitate satis superq; locutus fuisse uidetur: in hac tertia disceptatione eius originem inuestigãdam ac pertractandam sibi proponit. Antequam autem tam arduam atque illustrem materiam aggrediatur, ueluti philosophica quadam usus insinuatione, de ecstasi amatoria pulcherrimam disputationẽ prius instituit, quam quidem propter contentam & uehementem cõtemplationem multò maiorem alienationem atque stuporem inducere, necnon hominem longè magis a sensibus motibusque exterioribus reuocare, quàm somnum ipsum ostendit. Ipsam quoque sæpius repetitam, diutiusque præter æquum & bonum continuatam, corporis perniciem atque interitum moliri demonstrat: quo quidem suauissimo mortis genere nonnulli præstantissimi & sanctissimi viri olim occubuisse reperiuntur. Ad animæ autem nostræ conditionem atq; essentiam declarandam pertransit, & rationem cur ipsa tàm facilè expediteq; modò à corporeis ad spiritalia progreditur, modò à spiritalibus ad corporea reuertitur, in eius duplicem ambiguamque naturam conferre uidetur. Solem deinceps diuini intellectus, Lunamque animæ mundi artificiosissima quædam simulachra existere docet. Oculi insuper, humanique intellectus conuenientiam atque simi-

similitudinem eleganter exponit: lucisque appellatio-
nem verius & conuenientius diuino intellectui, quàm
Soli aut cęteris astris congruere, lucemque sydeream
ex intelligibili luce defluere, atque emanare declarat:
quam quidem in diaphanum perspicuumq; corpus ut
qualitatem in subiectum minimè recipi sex argumen-
tis confirmat. Visum quàm maximè commendat: ip-
sumque cęteris sensibus instrumento, obiecto, medio,
actu, & cognitione longè præstare contendit: eumque
propter maximam sensus huiusce præstantiam intelle
ctus, rerumque intelligibilium speculatorem denique
appellat. Solem ad diuinum eandem, quam oculum ad
humanum intellectum, & terminis quoque transposi-
tis ac permutatis, Solem ad oculum eandem, quam
intellectū diuinū ad humanum rationē atq; proportio
nem obtinere demonstrat: necnon ad perfectam & ab
solutissimam uisionem conficiendam tria potissimum,
speciei uidelicet receptionem, radiorum emissionem,
& speciei oculo impressæ cum exteriori obiecto eam
producente collationem quandam concurrere arbitra
tur. Cælestia quoque corpora Solis, aliorumque astro
rum non secus ac splendidissimorum quorundam ocu
lorum beneficio hæc inferiora acutissimè cernere, op-
timeque discernere ostendit: necnon cælos cæterorū
quoque sensuum obiecta distinctè comprehendere per
cipereque testatur. Postea maximam Lunę animęque
mundanę similitudinem interpretandam aggrediens,
animam eadem met ratione inter intellectum & cor-
pus, ut Lunam inter Solarem splendorem, tenebrasq;
terrestres mediam constitui docet; omnesque Lunaris
corporis vicissitudines atque commutationes in Sola
ribus radijs excipiendis unà cum eius Eclipsi tam arti
ficiosè atque eleganter animæ accommodare uidetur,
ut non immeritò Lunam corpoream animam, animam-
que Lunam quandam spiritalem appellare possemus.
Solis quoque defectum cum intellectus Eclipsi opti-

mè conuenire, & propter animæ atque intellectus ipsius arctissimam copulationem corpus ad interitum suauissima quadam ratione perduci exemplo sanctissimorum patrum nostrorum confirmat. Postremò geminum amorem, quo scilicet anima & intellectum & corpus ipsum prosequitur, gemino Lunæ tùm erga Solem, tùm erga mundum inferiorem amori persimilem esse concludit. His omnibus perfectis atque absolutis, & uelut prohemij cuiusdam loco præmissis amoris originem tanquam rem ab eo præcipuè intentam disquirere instituit. Et primùm quinque capita, quæ ad eius originem intelligendam quàm maximè nobis conducūt, exāminanda in medium proponit, scilicet utrū, quando, ubi, ex quibus, & cur exortus fuerit amor. Antequā autem ullius quæstionum commemoratarū determinationem aggrediatur, id prius nos admonendos esse duxit, quòd amorem ipsum existere, ut res quædam apud omnes comperta ac manifesta, nullus penitus demōstrationis auxilium efflagitare uidetur: cuius quidem communissimam afferens diffinitionem cum desiderium alicuius rei simpliciter esse subiūgit: & Theologorum nonnullorum, qui inter has duas animorum nostrorum affectiones nouam quandam & ridiculam differentiam excogitarunt, sententia funditus sublata; amorem & desiderium inter sese penitus conuenire, atque eorum utrūque tùm aliquem existendi modum supponere, tùm nonnullam rerum ipsarum priuationem significare concludit: admirando quodam ordine, quo animorum nostrorum affectiones sese consequi solent, insuper adiuncto. Amorem autem quemcunque siue ferinum, siue humanum, siue diuinum ipsum capiamus, cum desiderio semper implicitum, atque consociatum esse demonstrat: etsi diuinus amor ab humano, diuinumq; desiderium à mortali quàm maximè postea differre conspiciatur. Deinceps ab hisce inferioribus amorum generibus ad diuinum tāquam omnium

nium nobilissimum præstantissimumque sublatus eum diuersa quadam ratione diuino numini, quàm rebus ipsis procreatis conuenire demonstrat; & rerum potius procreatarū, Deoq; uehementer dilectarū, quàm creatoris eas summopere diligentis defectum, atque imperfectionē significare contendit: quē quidē diuinū amorē cum patris in filium, præceptoris in discipulū, studiosorumq; amicorum amore conferri non immeritò posse testatur. Diuinam autem naturam etsi speciçum proprieq; sumptum amorem, qui à Platone pulchri desiderium quoddam existere definitur, & ab eó magni cuiusdam dęmonis forma figuratur: haud tamē amorem illum communem & genericum, quem Aristoteles in bono alicui exoptando situm esse arbitratur, respuere ostendit. Rationem quoque, cur amor communissimè sumptus boni, propriè uerò acceptus pulchri desiderium existere prædicatur, in boni pulchriq; differentes confert naturas: cùm pulchrum amantis tantùmmodo proprium, bonum autem & amanti & amato cómune quoddam esse uideatur. Deum insuper ex rerum procreatarum conuenienti perfectione uel nullam penitus, uel externām dūtaxat & relatiuā perfectionem quandam consequi docet. Verùm cùm pulchri boniq; differentes naturas tetigerit, duasq; diuersas amoris species atque definitiones ex ipsis deduxerit, amborum discrimen in tribus potitissimùm situm esse concludit: tùm quòd pulchri nomine species potius, quàm essentia rei designari; boni autem appellatione essentia magis, quàm species significari uidetur: tùm etiam quòd bonum tanquam cómunius plura, quā pulchrum ipsum comprehendit: tùm denique quòd inter pulchrum ac turpe medium quoddam, inter bonū uerò ac malum nullum prorsus medium reperitur. Hic autem occasione sibi oblata de pulchritudine ipsa pulcherrimam disputationem instituit: cuius quidem definitionē prius tradita eam neque tactu, neq; gustu,

neque olfactu, sed uisu tantùmmodo atque auditu, cæterisque animi nostri facultatibus à materia, & corporea conditione longius semotis, ueluti mox phantasia, deinde intellectu, menteque postremo semper magis magisq; percipi, discerniq; testatur. His iactis atq; præmissis ad primam iam ppositarum quæstionum determinandam sese accingit: & amorem ex amante & amato quasi ex duabus causis, duobusque principijs superioribus oriri pronuntiat, eo tantùm discrimine intercedéte, quòd ad amoris procreationem amatum ut agens, forma, & finis non secus ac pater; amans uerò ut materia tātùmmodo non secus ac mater concurrit; etsi uulgus amoris seruituti potius quàm ipsius procreationi significandæ intentus, amantem agentem, amatumq; patientem causam amoris frequenter appellat. Id autem nobis persuadere quàm maximè studet, quòd omnis amās, quatenus amat, reipsa adamata, quatenus adamatur, inferior ignobiliorque semper existit, Dei seipsum diligentis exemplo tāquam omnium præstantissimo ac celeberrimo in huiusce rei confirmationem adducto. Vnde non immeritò diuinitatem longè præclarius, splendidiusque in amato, quàm in amante refulgere concludit. Exemplum autem illud Alcestis atque Achillis, quod amati ipsius pręstantiæ ac dignitati nonnihil detrahere uideri alicui forsitan posset, ne tantillum quidem prędictis aduersari demonstrat. His non contentus maiora nimirum aggreditur, & amore (diuinum tantùm excipio) duplici quidem existēte, tùm scilicet inferùm erga supera, tùm etiam superùm erga infera, utrūq; eorum rerum ipsarum procreatarum defectum seu priuationem aliquam significare perbellè declarat: diuinum autem amorem à quocūq; perturbationis, defectus, atq; ipsectiōis genere diuinitaté ipsam maculāte quàm lōgissimè abesse, nec Dei diligētis, sed rerum potius Deo dilectarū priuationē, & uitij alicuius notam in eis conspectam inferre nobis osten-

ostendit. Et hæc quidem pro prima iam commemoratarum quæstionum absoluenda atque expedienda satis esse videntur. Ad secundam posteà determinandam accedens tres de mundi ipsius origine reliquis insigniores opiniones primùm recenset: Peripateticorum scilicet, qui mundi æternitatem asserunt: Academicorũ, qui mundo temporale principium ex æterna materia ascripserunt:& fidelium, qui mundum temporalem originem ex nihilo à Deo Opti.Maxi.quondam habuisse crediderunt. Deinde Peripateticorum argumenta tùm ex naturę, tùm ex Theologię fontibus petita, quibus ipsi mundi perpetuitatem confirmare studuerunt, in medium adducit, eaque pro fide defendenda diluere atque labefactare conatur. Platonis quoque rationes, quæ & ad Chaos informis ęternitatem introducendã, & ad mundi iam formati ex Chaos informi præexistẽte temporalem deinde procreationem concedendã eũ impulerunt, exponit. Quo quidem in loco controuersiam illam tàm insignem percurrit, utrum cęlestia corpora ex eadem, qua inferiora, materia constent, & suapte natura corrumpi quandoque possint, sicut Plato existimauit: an neque ex materia conflata, neque mortì obnoxia esse, quemadmodum Aristoteles sensit, potius dicenda uideātur. Hic autem Platonicorum interpretum cõtempta spretaq; authoritate, qui cęlos suopte ingenio mortales, à Deo perpetuò conseruari uoluerunt, Platonis mentem eam fuisse diuinatur, ut ipse cęlos non tantùm suapte natura solubiles esse, sed diu turno æuo tãdẽ exacto, corrumpendos deniq; fore existimauerit. Vnde author in eam sententiam sensim ac pedetentim induci uidetur, ut Platonem unà cum Cabalistis, quos tùm ex Mosaica mundi procreatiõe, tùm ex compluribus alijs sacrorum uoluminum authoritatibus hanc opinionem deduxisse demonstrat, mundi inferioris laborem ac requiem septem millium, superioris autem æuum, perpetuamq́ue motionem 49.millium anno-

annorum spatio terminari uoluisse arbitretur: ita ut mūdi cælestis & uniuersi ipsius dissolutio octauę sphæræ maximam conuersionem, elementaris autem corruptio ex unius quatuor elementorum, ignis præsertim aut aquę, exuperantia proficiscens eiusdē octauę sphæræ accessum atque recessum tanquam potissimam causam consequatur. Quamobrem Plato hanc tam præclaram atque illustrem antiquissimorum Theologorū opinionem secutus mundum infinities renouari, ac interire existimasse, necnon infinitorum mundorū sibi in uicem succedentium perpetuam connexionem hac ratione posuisse uidetur. Hic autem arrepta occasione in diuinę illius disciplinæ, quam Hębrei Cabalā quasi receptionem appellarunt, atq; in Cabalistarum sapientissimorum uirorum laudes prorumpit; ipsorumq; originem, seriem, & successionem ex alto principio repetito patefacit. Numerum quoque septenarium mirificè extollit, & Platonicorum Cabalistarumq; insuper maximam conuenientiam aperit atque recludit, eosq; à Peripateticorū mundi unius æternitatem asserentium argumentis egregiè nimirum defendit. Postea secundæ superius iam propositæ difficultatis determinationem aggrediens à Dei in seipsum amore tanquam omnium precipuo exordium sumit, quem quidem æternam non secus ac Deum ipsum esse concludit. Diuinam quoque ac simplicissimam unitatem sub trina forma, trinaque relatione, amantis uidelicet, amati, & amoris; necnon intelligentis, intellecti, intelligentięque ipsius ab humano intellectu haud immeritò percipi ostendit: quinimo hanc trinitatem haud tantū diuinę illius unitatis nihil detrahere, uerùm eam potius quàm maximè confirmare ac stabilire cōtendit: ex qua quidem seipsam diligente tres nobilissimos fœtus, primum uidelicet intellectum, primamq; materiam, mundumq; uniuersum tanquā ex supremo parente originē deduxisse, in lucemque prodijsse demonstrat. Interno au-

autem Dei in seipsum amore posthabito, Dei statim in rerum ab eo conditarum uniuersitatem amor primum locũ sibi uendicasse conspicitur: ad quarũ procreationem diuinũ numen ut supremus & cõmunissimus parens; primus autẽ intellectus, primaq́; materia ut secũdi parentes, uel potius ut supremi opificis nobilissima quædam instrumenta concurrisse uidentur. Ad mundi autẽ constitutionẽ tres amores necessariò confluxisse dicuntur: primus quidẽ Dei in mundũ, amborũq́; ipsius mundi parentes: secũdus autẽ amborũ mundi ipsius parentũ, Chaos uidelicet, primiq́; intellectus sese mutuo maximoq́; amore diligentiũ: postremus denique partiũ cunctarũ mundanę constructionis tùm in sese inuicẽ, tùm in ipsum etiam totum. Tres autem cõmemoratiamores, si Aristotelis opinionẽ sequamur, oẽs æterni extitisse; si uerò ad Platonis sententiã accedamus, quidam nullam unquã, quidam uerò temporalẽ olim originem habuisse; si deniq; fidem & pietatem excolamus, oẽs aliquando incepisse uidentur. Hactenus quidẽ de secundo quęsito. Ad tertium modò conuersi, amorem apud Deum mũdi procreationẽ quondã aggressum, primò exortum esse, deinde ad summũ intellectũ primãq́; materiã coniugali beneuolentia maximè insignes pertransijsse, moxq́; ad angelicã regionem aduolasse, indeq́; cęlorum uniuersitatẽ adijsse, postremoq́; in inferiorem mundũ descendisse asseremus. Ratio autẽ, cur amor in angelorũ cœtu conspectus tãquam maior, nobilior, atque præstantior aliarum mundi ipsius partiũ amoribus preponi solet, ea nimirum dicitur esse: quia angeli multò maiorem ac uberiorem, quàm cętera cũcta sibi deficiẽtis pulchritudinis cognitionem habere existimãtur: quam quidẽ conditionẽ unã cum pulchritudinis ipsius defectu coniunctam ad amorẽ ac desiderium excitandum maximũ adiumentũ pręstare oẽs uno ore fatentur. Quinimo si quis rectè perpẽderit, formæ sibi deficiẽtis cognitionẽ ad amorẽ ac desideriũ inducen-

cendũ formæ ipsius defectũ non solùm ęquare,uerùm etiam longè pcellere ac superare cõperiet. Diuinę aũt pulchritudinis defectus in angelico inferiorię; mundo conspecti tùm æquales, tùm inęquales esse uidentur. Aequales quidem existunt,quia ambo ab immensa Dei pulchritudine spatio distant infinito. Inæquales uerò appellantur,quia diuinę pulchritudinis sibi deficientis maior atque uberior cognitio ab Angelis habita illorum quoque defectum augere,eiusdem uerò cognitio minor atque tenuior in inferioribus perspecta ipsorum defectum utique minuere haud immeritò existimatur. Nec illud nobis officere quicquam debet,quanam ratione,cùm Dei pulchritudo infinita imensaque existat,rerum tamen procreatarum unam ad creatorẽ propius quàm alteram accedere,eique similiorem esse frequenter dicamus: nam diuina pulchritudo quanuis suapte natura infinita, tamen finita quadam terminataque ratione rebus procreatis, nonnullis quidẽ largius,nonnullis uerò parcius fuit distributa: itẽque diuinæ formę quanuis infinitæ imago atque similitudo finita quadam ratione in rebus procreatis expressa fuisse uidetur. Quanuis autem angelos, si cum inferioribus conferantur,haud tantùm pari, uerùm etiam maiori quàm ipsa defectu laborare simpliciter protulerimus:attamen ut distinctione quadam adhibita omnes funditus ambiguitates tollamus,defectus speciem illam,quę priuationem inducit,minorem; alteram uerò,quę & cognitionem subministrat,& amorem ac desiderium accendit, maiorem in Angelis quàm in inferioribus reperiri dicemus: sicut contrà in sublunaribus hæc postrema defectus species remissior,primaq; intensior esse conspicitur. Verùm si quis rationem aliquam postularet,cur diuinę pulchritudinis cognitio à mortalibus habita haud ita clara conspicuaque, sicut ea,quę ab angelis habetur,existit; præsertim cùm angeli Deum rectà intueri atque cognoscere, mortales

au

autem hoc præstare minimè ualeant: id utique respõdendum nobis esse præcipitur, quia angeli actualem possident intellectum, quin ipsi potius actuales intellectus existunt: homines uerò intellectum tantùmmo do potestatis assecuti fuerunt: qui quidem siquando cum agente intellectu copulatus actualis euadit, haud tamen propterea diuinam formam rectà contemplari, sed in agente intellectu quasi in purgato ac lucidissimo quodam speculo summam Dei pulchritudinem intueri tantũmodo potest. Hęc nempè est fælicitas illa, quam philosophi humano generi petendam tantũmodo esse statuerunt. Theologi uerò Moysis potissimũ, qui solus omnium prophetarũ & Deum uidisse, & cũ eo familiariter collocutus fuisse narratur, exemplum adducentes humanum intellectum altius conscẽdere; nec solùm cum agente siue angelico, quemadmodum philosophi uoluisse uidentur, sed cum ipsomet quoq; diuino intellectu coniungi copularique posse dixerũt. Ad hanc autem supremam beatitudinem capessendam humanum intellectum corporis compagibus liberatũ longè facilius expeditiusque aduolare, diutiusque in ea persistere, quàm cum eo permixtum implicitumue dubitare nequaquam debemus. Verùm ut ad diuinam pulchritudinem reuertamur, eam à nullo procreatorum intellectum, neque ab humano, neq; ab angelico pro suis meritis suaque excellentia, sed pro intellectus eã cognoscentis tantùmmodo captu uiribusque comprehendi asseremus; cùm nec infinitum finito, nec immẽsum terminato plenè cumulateue vnquã ꝑcipi queat. Dei autem Optimi Maximi cognitio uisioque triplex esse censetur: quarum prima infimaque omnium ab humano habetur intellectu, secunda autem & media angelorum propria existit, tertia denique ac præstantissima soli Deo, nec preter eum cuiquã attribui solet. Duæ quidem superiores cognitionis species diuino obiecto longè inferiores esse conspiciũtur, at postre-

ma

ma tantùmmodo propter maximam cognoſcentis cum
re ipſa cognita conuenientiam atq; ſimilitudinem,nec
non propter amborum unam prorſus eandemq; natu-
ram diuinum ipſum obiectum ęquare uidetur. De an-
gelis autem id in primis admonemur,quòd eorum con
ditio etſi præſtantiſſima exiſtit,non omne tamen amo
ris,deſiderij,& poteſtatis , ac motionis genus reſpuit
ſiue refugit . nec amor eorum ac deſiderium etſi ad in
finitam Dei pulchritudinem rectà feratur,ad rem,quę
nequeat prorſus acquiri,contendit. Quodcunq; enim
deſiderium , dũmodo natura inſitum eſſe dicatur,rem,
quæ comparari quandoque poſſit,expetendã ſibi pro-
ponit. Quin mortis euitatio,corporeæq; huiuſce cõ-
paginis immortalitas à nobis tantopere expetita nec
prorſus uana,nec mendax omnino eſſe uidetur,quem-
admodum compluribus rationibus demonſtratur. Ve-
rùm ſi & angelica & diuina quoque natura amoris par
ticeps eſſe comperitur,cur Plato amorẽ ipſum magni
cuiuſdam dæmonis forma & habitu figurauit? Nulla
alia ratione profectò tantus Philoſophus ad hoc agen
dum impulſus fuiſſe uidetur:niſi quia tunc humani tã-
tùmmodo,nequaquã autem angelici,neque diuini amo
ris principiũ inueſtigandum ſibi propoſuit,quod po-
teſtate dũtaxat , minimè autẽ actu pulchrum eſſe haud
immeritò quidem exiſtimauit . Vt autem id quoq; ſcia
mus,qua ratione amor ab angelico mundo primùm ex
orſus mox in cęleſtem,poſtremoq́ue in inferiorẽ mun
dum fuerit diſtributus,duę præclariſſimorum uirorũ
ſententiæ in hac tam ardua materia memoria ſunt no
bis repetendę. Quarum prima Auicennę , Algazeli,
Raby Moyſi,alijſque compluribus attributa eiuſmodi
fuiſſe narratur,ut diuina pulchritudo , ipſeq́ue amor à
Deo Opti.Maxi.incipiens haud quidem mox , ſed per-
petua quadam ſerie,& ſucceſſione obſeruata per om-
nes interiectas intelligentias , perq; omnes interpoſi-
tos orbes gradatim & pedetentim uſq; ad primam ma-
tę-

teriam delabatur; indeq; circuli cuiusdam exemplo p omnes formas intermedias paulatim ascendendo in Deum ipsum, a quo principium sumpsit, deniq; reuertatur. Altera uerò, quam Auerroes secutus fuisse uidetur, talis nimirum existit: ut immensa, Dei pulchritudo mox absque medij ullius auxilio in rerum omniũ procreatarum uniuersitatem, singularum tamen habito delectu, & conditione seruata diffundatur; & amor quoque diuinitus immissus, nullius medij prorsus opera requisita, omnibus mundi ipsius partibus atque particulis, diuersis tamen gradibus atq; rationibus, à Deo Opti. Maxi. statim cõmunicetur. Et hęc de tertia iam propositarum quęstionum satis superq; esse existimantur. Ad quartam modò author ipse pede collato doctè, nimirum ęgregieque respondet: cuius profectò longissimę disputationis hic sensus meo quidem iudicio esse uidetur. Poetarum de amore varias primùm opiniones recenset, eiusq; parẽtes ab ipsis differenter traditos expositosq; allegoricè interpretatur: rationem quoque, cur poetæ duobus tantùmmodo bonorum generibus, utili scilicet atque iucundo, duos diuersos dissimillimosque Cupidines pręfecerunt; tertio bonorum genere, quod honestum appellatur, Cupidinis imperiũ prorsus ignorante atq; reijciente, elegantissimam reddit: necnon complures rationes, cur amor geminus existere predicatur, assignat. Deinde fabulam illam Androgyni à Platóne in conuiuio tàm latè atque diffusè pertractatam recenset, qua Philosophorũ omniũ princeps humani amoris originem, eiusque parentes artificiosissime descripsisse uidetur. Hanc autem fabulã Platonem ex Mósaica mundi procreatione deduxisse, luce clarius ondit; qua quidẽ in re Propheta sibimet cõsultò repugnasse, & quasi dedita opera sibi contradixisse perspicitur: nec profectò alia melior tutiorue rõ Mosaica dicta concordandi atque conciliandi potest reperiri, quàm hominis procreationẽ à Moyse descriptam ad

4a q

Androgyni fabulam à Platone pertractatam reducendo. Diuersum autem ordinem ab ambobus in narrationis serie atque contextu seruatum in idem ferè conuenire,& eorum utrunq; ueritati quàm maximè consentaneum esse demonstrat. Postea in arcanos atque reconditos sensus penetrare conatus Mosaicæ narrationis primorum parentum procreationem, & scelus ab ambobus commissum, necnon pænam pro scelere perpetrato utriq; ipsorum iniunctam designatis duas quidem,sed unam presertim adeò subtilem atque elegantem affert allegoriam,ut nihil subtilius aut elegantius ne excogitari quidem possit. Postea eandem ferè allegoriam Androgyni quoque commento à Platone exposito maximum ingenij acumen,summumque artificium pre se ferens accommodare uidetur. Vnde omnes hominum amores,cunctaque ipsorum desideria ex intellectus & corporis quasi maris & feminæ concordi diuisione in lucẽ prodijsse Androgynea fabella Platonem significasse concludit. Verùm cùm hoc commento grauissimus iste Philosophus humani tantùmmodo amoris ortum atque parentes expresserit,amorem postea corporum omnium uniuersitatem complectentem ex Poro & Penia quasi ex parentibus procreatum fuisse subiungit, cuius quidem fabulæ author ipse plures reconditosque sensus,ut solet,mox aperit atque reclu dit. Qui deinceps amoris rerum omnium procreatarum uniuersitatem ambientis antiquissimos parentes disquirens,& Platone relicto, & poetarũ commentis dimissis,eum ex pulchro adamato quasi ex patre,& ex pulchri cognitione unà cùm eius absentia in amante conspecta quasi ex matre originem traxisse demõstrat. Hãc autem sententiam ipse cõpluribus difficultatibus superatis atque deuictis, uerissimam esse, & ad quotquot reperiuntur amorum procreationem duos iam cõmemoratos parentes in unum congredi & conuenire tandem concludit. Vnde Plato haud immeritò amorem

rem pulchri, patrique simillimi fœtus parturiendi, exponendique desiderium esse pronuntiauit. Cùm autem in amoris ipsius essentia atque definitione constituenda pulchritudo primas partes agere uideatur, iurè eā quàm maximè extollit; eiusque ratione habita & omne amatum amari; & omnis amans amare; necnon ipsum principium, medium, & finem cuiuscunq; amoris, etsi Dei in seipsum amorem quoque sumpserimus, existere docet. Verū ut pulchritudinis essentiam atq; naturam distinctius percipiamus, ea, quæ supra iam dixit, repetere statuit: ipsamque minimè ab impuris & imperfectioribus sensibus, ueluti tactu, gustu, olfactuq; : uerū à spiritalibus dūtaxat, & prestātioribus animi nostri facultatibus, ueluti auditu, uisu, imaginatione, intellectu, menteque postremò semper magis magisque cognosci apprehendique; necnon pulchritudinis naturam spiritalem esse, & à corporea labe atque impuritate quàm maximè alienam existere docet; etsi uulgus rerum ueritate neglecta eam corporum propriam esse, & ad incorporea etiam laudanda per similitudinem quandam dūtaxat accommodari falsò sibi persuadeat. Quin oppositum magis contingit, cùm deformitas corporeę naturę, & conditioni propriè conuenire; pulchritudo autem tanquàm munus quoddam spiritale ab incorporeis in corpora distribui, diffundique potius uideatur. Vulgarem autem illam opinionem, cui ignobiles nonnulli philosophi assensum suum deinde præstiterunt, cùm pulchritudinem ipsam uerè proprieque in partiū tùm inter sese, tùm ad totum conuenienti proportioē sitam esse arbitretur, tāquàm falsam penitus atq; mendacem refellit. Qua quidem explosa ipse omnem prorsus corporum turpitudinem ad materiam, & eorū elegantiam ac venustatem ad formam tāquam ad propriū authorem referendam esse demonstrat: necnon materia formam excedente corpora minus pulchra, turpioraque reddi; quemadmodum contrà materiam forma

ſuperante corpora minus turpia, atque elegantiora e-uadere oſtendit. Ex quo ſummam quandam pulchritudinem in ipſis formis à materia prorſus ſeiunctis re ſidere, longeque maiorem profectò in his, quàm in corporibus ex turpi materia, decoraque forma conſtantibus exiſtere facillimè perſpici poteſt. Corporum autẽ tàm naturalium, quàm artificioſorum elegantiam pulchritudinemque à forma potiſſimùm uel naturę ſolertia, uel artificis induſtria in materiam inducta profici ſci id nimirum eſt maximo nobis argumento, quòd pulchritudo ipſa gratia quędam formalis, quę amanti cognita atque perſpecta maximam ipſi affert uoluptatẽ, eumque ſenſim & ſuauiſſima quadam ratione ad ſeſe adamandam compellit, exiſtere definitur. Tres inſuper pulchritudinum gradus recenſet, quorum infimus corporibus ex materia formaque conſtãtibus aſſignatur, medius autem formis ipſis huiuſcemodi corpora exornantibus accommodatur, ſupremus denique Ideis, ex quibus formę commemoratę ad materiam perficiendam elaborandamque defluxerunt, profectò debetur. Idæarum autem formoſitatem atque elegantiam maximis nimirum laudibus proſequitur, eaſque formis materię implicitis longè præſtare teſtatur: quæ quidem Ideæ in diuina mente primùm, moxque in anima mundi tanquam in proprijs reſident domicilijs; etſi maiorem longè in diuina mente reconditæ, quàm ad animã mundi translatę unitatem atque ſimplicitatem nanciſcantur. Conuenientiam inſuper atque ſimilitudinẽ, quam anima humana cum anima mundi curæ prepoſita, humanusque intellectus cum intellectu illo diuino ac ſimpliciſſimo habere uidetur, exponit: necnon uiſibilem lucem cum luce intellectuali, & harmoniam aurium ſenſu perceptam cum harmonia, quæ in anima mundi conſpicitur, elegantiſſimè confert. Animam noſtram inſuper ſpiritalibus rerum omnium formis ſibi ingenitis plenam exiſtere ex Platonis ſententia, nec Ari-

Aristotele quoq; dissentiente, patefacit: quę cùm propter corporis molem atque impuritatem latitare pro pemodum uideâtur, sensuum postea auxilio paulatim detegi, & quasi illustrari cernuntur. In hanc autem for marum animis nostris consignatarum maiorem uel mi norem adumbrationem atq; obscuritatem rationem, cur nonnulli facilius, nonnulliq; ue difficilius, alij uerò nequaquam rerum intelligentiam assequâtur; necnon cur iydem homines in quibusdam percipiendis maximum, in quibusdam uerò uel nullum, uel minimum laborem atque incommodum sentiant, conferédam esse arbitratur. Humanarum autem mentium precipuum munus in eo sitũ esse nos docet, ut spiritales pulchritu dines corporibus distributas à materiæ tenebris, corporeaq; ue fœditate quàm maximè reuocent atq; seiun gant: hac enim ratione facilius expeditiusq; ue intelle͂ctus noster ad præstantissimarum illarum formarum, quę à materiæ contagio, & corporea labe alienæ pror sus existunt, intelligentiam tandem pertinget. De animę postea media conditione pertractat, quam inter in tellectum corpusq; ue sitam esse; & duas facies, una qui dem ad intellectum, altera uerò ad corpus spectante, se cum gerere ostendit. Ex diuersis autem duarum istarũ animæ facierum commutationibus atq; dispositionibus omnem humanorum amorum diuersitatem in cor poralibus uel spiritalibus formis aut uehementius, aut remissius, aut mediocriter diligendis, prosequendisq; peti deduciq; ue arbitratur: humanamq; ue fœlicitatem in spiritalium formarum acerrima contemplatione, & uehementissimo studio repositam esse tandem conclu dit; ad quas tanquam omnium nobilissimas tota corpo ralium formarum cognitio à nobis est erigenda ac referenda. Ad pulchritudinis deinde interiorem naturã declarãdam ac patefaciendam reuertitur, quã in Idea tanquam in suo principio totã contineri conseruariq;, & ex ea non secus atque ex uberrimo fonte emanan-

tem in corporum omnium uniuersitatem mox dissipari, diffundique testatur. Hic autem perquàm cómodè atque opportunè Idearum essentiam siue definitioné explorat, easque diuinas quasdam prenotiones ad mundi procreationé necessariò requisitas esse demonstrat: nec Aristotelem Idæas hoc modo expositas atq; acceptas funditus sustulisse arbitratur, etsi ipse Idæarū sese acerrimum hostem esse ubique profitetur. De huiusce modi autem formis separatis Platonis atque Aristotelis controuersiam ex nominum potius diuersitate, & uaria philosophandi ratione, quam ex rerum ipsarum differentia originem deduxisse, & duos sapientissimos uiros diuersa tantùm locutos idem penitus sensisse opinatur: ambosq; & illum Ideas extollendo, & hunc easdem deprimendo parem ferè laudem existimat con secutos fuisse. Deinceps Idæę, etsi cum formis ad earum similitudinem effictis collatę plures esse uidentur; tamen cùm rerum omnium procreatarum speciosissima quædam exempla in diuina mente seposita esse definiantur, quacunque multitudinis, diuisionis, atque diuersitatis specie sublata ad summam & simplicissimam unitaté eas censet redactas fuisse: & Idæalem unitatem cum rerū inter sese differentium, atque ad eius similitudinem expressarum multitudine coniungi connectique posse præclaro quodam Solis exemplo confirmat: & eodem quoque, necnon alio insuper intellectualium conceptuū exemplo in medium adducto, qua ratione diuina Idea rebus ipsis diuersis quibusdam rationibus imprimatur atque distribuatur, perbellè declarat. Id etiam silentio prætereundum minimè ducit, quòd mundi totius, omniumque rerum procreatarum Idæa cum diuina essentia ita coniuncta implicitaq; esse uidetur, ut cum ea una eademq; prorsus existat, nec ab ipsa ulla ratione penitus distinguatur: neq; tamen idcirco diuinam essentiam in relatione quadam ad opera exteriora sitam esse concludendum nobis demonstrat.

Ad huius autem rei uberiorem doctrinam, atque faciliorem intelligentiam duas præstantissimorum philosophorum opiniones recenset: quarum prima Aristoteli ascripta formam atque essentiam diuinam cum ipsa sapientia, primoque intellectu, Idæalique pulchritudine in unum prorsus idemque conuenire testatur. Altera uerò Platoni attributa summam sapientiam, primumq; intellectum, Idealemque formam ex Deo ipso mox defluere, ab eoq; nonnihil differre arbitratur. Vnde Plato Deum ipsum haud pulchritudinem, nec sapientiam; sed summum pulchrum, summumque bonum; seu ueræ primæque pulchritudinis, summæque sapientiæ potius authorem appellandum esse putauit: & pulchritudinis nomen intellectui potius ac sapientię, quàm Deo intelligentiæ ac sapientiæ ipsius origini cõuenire haud immeritò existimauit. Hanc autem Platonis opinionẽ cum sacrorum uoluminum authoritate quàm maximè concordare, & à Moyse potissimùm ac Salomone acceptam fuisse prolixa nimirum oratione demonstrat. De insigni quoque illo & antiquissimo inter summum pulchrum summamque pulchritudinem quasi inter uirum & mulierem amore, ex quo & rerum omnium procreatarum uniuersitas, & cuncta reliquorũ amorum genera deinde tanquam ex summo quodam principio effluxerunt, luculenter quidem pertractat: nosque in primis hortatur, ut corporalibus ac sordidis formis reiectis incorporalium tantùmmodo cognitionem amplectamur; & in his ordinem quoque nonnullum ab inferioribus semper ad superiores non secus ac per gradus quosdam ascendendo obseruemus, donec ad supremam omnium formarum pertingamus, & inde ad summum ipsum pulchrum euecti in eo tanquam humanæ beatitudinis præstantissimo authore denique consistamus. Et hic quidẽ quartæ ambiguitatis superius propositæ disceptatio terminari uidetur. Quintã postremò, quę amoris ipsius finem sibi inuestigandum pro-

ponebat, audacter aggrediens, eum in uoluptate pō tissimùm situm esse arbitratur. Cuius quidem rei nactus occasionem, differentiam inter amorem ac desiderium inquirit, & hunc ab illo tanquam speciem a genere distingui, separarique censet. Vnde uoluptates bonas simul & pulchras amoris, uoluptates uerò bonas tantùmmodo, minimè autem pulchras haud quidem amoris, sed desiderij potius ab amore seiuncti, qđ ipse sensibilem uocat appetitum, tanquam proprios & accommodatos fines statuendas esse decernit. Postea pronuntiati illius sensum optimè nimirum interpretatur, quod omnem amorem, omnemque appetitum ad bonum semper properare contendit. Voluptatum quoque uarias differentesque naturas recenset, quæque earum prosequendæ, & quæ fugiédæ, quæque re ipsa, & quæ specie duntaxat bonę esse dicuntur, diligentissimè exponit. Earum insuper quadripartitam affert diuisionem, ex qua alteram quoque desideriorū, necnon expetentium ipsorum perbellè deducit. Copulationem pręterea, cuius uehementissimum desiderium amorem esse iam definiuit, cum uoluptate, quam finem cuicunque amori propositum esse nuper determinauit, in unum idemque prorsus conuenire demonstrat; necnon uoluptatem omnium amorum communissimum finem esse concludit: etsi Aristoteles popularem opinionem secutus, quasi huic sententię repugnaret, amorem uel utilium, uel iucundorum, uel honestorum esse protulerit. Id quoque in primis animaduertendum esse arbitratur, quòd utilium, & iucundorum bonorum amor ad laudabilem mediocritatem redactus à materia quidem utilitatem, atque iucunditatem, a forma uerò honestatem petijsse uidetur: & idcirco morales uirtutes, quæ huiuscemodi bona pertractant, haud puram uel sinceram, sed permixtā quandam honestatem assecutæ fuerunt. At uirtutes intellectuales, quæ in diuinis quibusdam bonis & a mate-
tię

riæ commercio quàm maximè alienis uersari conspiciuntur, nec impuram utilitatem, nec sensibilem uoluptatem, sed solam tantùmmodo & intellectualem honestatem amatorio quodam amplexantur affectu. Amoris insuper Platonicam illam in ferinum, humanum, diuinumque partitionem cum Aristotelica eiusdem in prauum, moralem, atque intellectualem diuisione mirificè conuenire declarat. His peractis ad quintam iam propositarum quæstionum determinandam propius accedit. Et nonnulla, quæ maximo sibi usui fore arbitratur, præmittit: ueluti quòd cuiuscunque amoris tam inferiorum in superiora, quàm superiorum in inferiora scopus atque intentio in uoluptate, quam amans ex rei sibi dilectæ perfectione & pulchritudine capit, postremò cōsistit; etsi huiuscemodi intentio pro duarum amoris commemoratarum specierum diuersitate diuersa quoque multiplexque reddatur: quòd Dei in rerum omnium procreatarum uniuersitatem amor non Dei diligentis, sed rerum Deo dilectarum pulchritudini & perfectioni potius incumbit: quòd in diuino numine non secus ac optimo quodam parente duæ species amoris residere uidentur, unus in propriam formam propriamque sapientiam, & mundi quondam procreationi, & perpetuæ ipsius usque in hodiernū diem conseruationi tanquam sibi proposito scopo uehemēter intentus; alter autem in uniuersum productum, mundum ipsum iam procreatum ad postremam eius perfectionem, tanquam ad ultimum finem reuocare quàm maximè studens: quòd finis mundanæ procreationis in mundi, quàm maxima fieri potest, cum diuino exemplari conuenientia atque similitudine sita esse censetur; postrema uerò mundi iam procreati perfectio, qua intercedente ipse ad creatorem, unde primū exijsse narratur, tandem recurrit atque reuertitur, in actuali copulataq; intelligentia cum ardentissimo quodam amore coniuncta, quam procreatus intellectus,

pars

pars mundi suprema ac nobilissima, diuinę formæ, sapientiæ, & pulchritudinis habet, reposita esse existimatur. His omnibus velut fundamentis quibusdam iactis, propositam iam ambiguitatem ita determinandi esse concludit, quòd creatoris ipsius fruitio naturę intellectuali tantùmmodo tanquam mundi totius supremæ atque excellentissimæ parti diuina quadam liberalitate concessa amorum omnium, qui in rerum procreatarum uniuersitate reperiuntur, postremus & communissimus finis existit. Admirandi posteà cuiusdam circuli, qui & rerum cunctarum uarias ac differentes essentias, & cunctorum amorum diuersa ac dissimillima genera suo cóplectitur ambitu, explicationem aggreditur; eumque in duos semicirculos partiri testatur: quorum prior a Deo Opti. Maxi. incipiens, & mox per omnes angelorum classes, deinde per cunctos orbes celestes gradatim descendens in prima materia diuinitati quàm maximè opposita tandem consistit. Posterior verò à primo subiecto exordium sumens, & elementa, inanima mixta, plantas, animantia, humanumque genus attingens, in quo ab anima nutriente ad sentientem, & inde ad intelligentem contendens, & in huius etiam prestantissimę animæ intellectualibus actibus ab inferiori semper ad superiorem gradatim ascendens ad supremum denique, unde iam incepit, reuertitur creatorem. Quinetiam priorem amorum semicirculum, cùm a perfectioribus ad imperfectiora, siue a pulchrioribus ad turpiora delabatur, rerum procrationi atque conseruationi prospicere: posteriorem uerò, cùm à deformioribus ad formosiora, necnon a deterioribus ad prestantiora contendat, rerum ipsarum perfectioni, earumq; ad suum principium reuocationi potissimùm studere demonstrat. Id quoque insuper addit, quòd res procreatę ex ipsarum cum supremo conditore arctissima copulatione maximam nimirum sentiunt uoluptatem; quā

amo-

amorum omnium communissimum finem iam esse pronuntiauit. His expeditis intellectualium uoluptatũ, atque intellectualium amorum disceptationem instituit: quorum quidem utrunque ab affectionis natura quam maximè alienum esse demonstrat, necnon utriusque eorum propriam definitionem assignat. Id etiam tanquam arduum reconditumque in primis declarat, quanam ratione uoluptatem & amorem Deo quoque Opti. Maxi. accommodare possimus, necnon duas elegantissimas diuini amoris, diuinæque uoluptatis affert definitiones. Ad illud postea declarandum orationem deflectit, quòd uoluptas ab amante ex rei adamatæ copulatione percepta, cũctorum, quotquot in medium adduci possunt, amorum, nec tantùm eorum, quibus inferiora superiora, uerùm etiam multoque magis illorum, quibus superiora inferiora prosequuntur, communissimus finis existit. Postremò id quoque compluribus rationibus demonstrare, & non nullis exemplis, atque sacrorum uoluminum insuper authoritatibus confirmare quàm maximè studet: quòd non solùm mundi in eius opificem ardentissimum studium, sed etiam conditoris in rerum omnium iam procreatarum uniuersitatẽ incredibilis amor ad hoc, ut mundus ipse naturę intellectualis ope cum Deo Opti. Maxi. tandem coniungatur, & ad suum principium denique reuertatur, tanquam potitissima causa concurrit. His omnibus peractis atque absolutis ea, quæ tota hac tertia disceptatione diffusius latiusque pertractauit, breuissimo quodam epilogo tandem complecti uidetur. Verùm ut auditoris animum tot tantarumq; rerum acerrima contemplatione nimium fortasse oppressum & fatigatum subleuet atque reficiat, Sophiam & Philonem postremò amantium more colloquentes inducit: ubi acutam quandam rationem, cur solus Philo pręter cõmunem aliorum amantiũ legem pro uoluptate dolores tantũmmodo, tormenta, atque

atque ægritudines unà cum quàm plurimis animi cruciatibus tanquam proprium & conuenientem amoris sui finem reportet, assignat, quam in Sophię nimirum seuitiam duritiemque conferendam esse amatorio quodam lamentatur affectu. Amicę quoque & animi formam, & corporis uenustatem quàm maximè extollit, eamque his quasi duabus alis sublatam propius, quàm humanę sorti humanæue conditioni conueniat, ad diuinam pulchritudinem accedere ostendit: Quapropter si ipse eximiam Sophiæ, & diuinam propemodum formam tàm uehementi amore, tantoque studio prosequatur, minimè mirum esse tandem concludit.

F I N I S.

DE AMORIS ORIGINE, ATQVE GENEALOGIA

DIALOGVS TERTIVS.

IOANNE CAROLO SARACENO INTERPRETE EXISTENTE.

SOPHIA, ET PHILO, INTERLOCVTORES.



O. Philo Philo, ecquid nõ audis, aut respõdere non libet? PH. Quis me uocat? SO. Ne propera, parumper ausculta. PH. Ades ò Sophia, neque ego alijs intentus aduentum tuum præsenseram. SO. Quò tam attentus contendis, ut nec loquaris, nec audias, nec cernas transeuntes amicos? PH. Vt ignobilioris partis meæ necessitatibus inseruirem, domo exieram. SO. Ignobiliorem eam partem appellas, quæ & oculis vigilantibus cernendi, & auribus patefactis audiẽdi eripit facultatem? PH. Pars illa tantam in me, quantam in alio quocũque præ-

præstantiam atque nobilitatem obtinet, ut eam pluris quàm sit æquum & iustum, æstimandam esse duco: neque occurrentes necessitates tanti momẽti existunt, ut animum meũ a cæteris omnibus abducere queant. Quapropter negotia, ad quæ obeunda me conferebam, nequaquam, sicut existimas, hanc mentis alienationem induxerunt. S O. Tuarum igitur occupationum rationem explicare ne tibi grave aut molestum uideatur. P H. Mens mea humanarum actionum, & necessariarum sordidarumq; occupationum fastidio atque satietate affecta hoc solum habet effugium, ut in se ipsam cogatur. S O. Quemnam scopum sibi proponens? P H. Finis, et exitus mearum cogitationum te minimè latet. S O. Nisi me lateret, nequaquã ipsum requirerem; quem dum quero, ignorare prorsus ostendo. P H. Esto, at eum tibi ignotum fore uix unquam credidissem. S O. Cur? P H. Quia qui causam tenet, effectum quoque nosse deberet. S O. Verùm quo pacto me tuarum meditationum rationem callere arbitraris? P H. Illud certò scio, te magis quàm aliud quicquam tibi ipsi cognitam esse. S O. Etsi meipsam cognosco, quanquã non ita perfectè, sicuti uellem, haud tamen tuarum abstrusarum cogitationũ causam in me conferendam esse unquam iudicassem. P H. Vos omnes formosæ, dilectæq; mulie-

Mentis fastidio atq; satietate affectæ iucundissimũ perfugium.

Formosarum mu

lieres amantium cruciatus uobis quàm maximè cognitos optimè dissimulare soletis. Verùm sicut alias corporis forma & animi magnitudine antecellis, ita præ cæteris te ueritatē quoque adamare desiderarem: atque cùm absolutam, purissimam, & cuiuscūque maculæ prorsus expertem formam fueris consecuta, communem errorem aliquam notam uel turpitudinem tibi inurere mehercule ægrè fero. SO. Sentio iam Philo te, ut accusationes meas subterfugias, hanc callidissimam rationem me uicissim calumniandi excogitasse. Verùm vtrū ego animi tui perturbationes cognoscam an ignorem, disputatione prætermissa, illud mihi in primis declara, qua de causa iandudum tam cogitabundus incedebas? PH. Postquàm ea, quæ optimè tenes, mecum recognoscere cupis, mentem meam tibi dico ad pulchritudinis in te formatæ, & ad eius imaginis sibi impressæ atque gratissimæ contemplationem conuersam me sensus exteriores derelinquere coegisse. SO. Ah, ah, risum mihi concitasti: quî fieri potest ut eius imago, quod præsens oculos adapertos penetrare non ualet, menti tam uehementer imprimatur? PH. Verum quidem dicis Sophia: nisi enim tua egregia, ac splendidissima forma per oculos aditum sibi præparasset, nunquam in sensum postea, & phantasiam sese insinuasset; nec vnquam usque ad cordis inti-

lierū mos atq; cō suetudo.

intima penetrando in mente ut in templo sibi deuoto perpetuò residere statuisset, tua imagine ipsi efficacissimè insculpta atque impressa. Nec enim tanta celeritate radij Solares per corpora cælestia, atque elementa eis proximiora transeuntes ad terram vsque pertingunt; quanta formæ tuæ simulachrum ad intima cordis, mentisque penetralia occupanda aduolauit. S O. Si hæc verè a te dicerentur, eò maiorem inducerent admirationem, quòd cùm ego animo tuo ita intima semper atque familiaris extiterim, & in eius omnes facultates tam absolutũ ac diuturnum imperium, ut ipse prædicas, exercuerim, nunc uidendi & audiendi uix mihi pateant fores. P H. Dormiétem'ne me accusares? S O. Minimè, quia somnus sensuum actiones impediens te satis superq; excusaret. P H. Eandem etiam ratio illa, quæ mihi sensum iandudum ademit, præstat defensionem. S O. Quæ res tam efficax reperitur, vt sentiendi haud aliter quàm somnus mortis imago uires auferre queat? P H. Ecstasis siue mentis alienatio ab amatorijs meditationibus proficiscens, quæ maiorem uim quàm ipsummet mortis simulachrum habere uidetur. S O. Qua ratione intimæ cogitationes magis quàm somnus ipse, qui corpus uelut exanime quoddam iacere cogit, homines a sensibus reuocare & abducere possunt? P H. Somnus vitam

Ecstasis amatoria multò magis quã somnus ipse sentiẽdi uires auferre solet.

vitam potius conseruare ac subministrare, quā eripere, uel auferre existimatur: quod quidem in ecstasi amatoria usu minimè uenit. SO. Quomodo? PH. Somnum animantia bifariam reficere, & ad duos fines a natura excogitatum fuisse sapientes dixerunt: primùm ut organa sensuum ac motuum exteriorum quiescant, spiritusque eorum munera exercentes & obeuntes recreentur, ne propter assiduos labores, ac diuturnas vigilias quandoque dissoluerentur, siue consumerentur: deinde ut natura spirituū & innati caloris ope ad cibum perfectè concoquendum ac digerendum vtatur, quæ somnum inducens propter sensuum & motuū exteriorū vacationem spiritus ad internas, et reconditas corporis attrahit partes, ut totis viribus nutriendo atq; reficiendo incumbat animanti. Cuius rei veritas eo præsertim indicio confirmatur, quòd Cæli cùm nec cibum vllum capiant, nec minimum quidem in continuis eorum motionibus laborem sentiant, semper vigilare, nec aliquando quiescere conspiciuntur. Quapropter somnus animantibus vitam potius largiri, quàm vllam cum morte conueniētiam, aut similitudinem habere uidetur. At mentis alienationem ab amatorijs meditationibus proficiscentem sensus, motusque simul non naturalis, sed violenta quædam consequitur priuatio; quæ nec sensibus iucundam affert

Somnus ad duos fines a natura institutus fuisse uidetur: tū propter sensuū motuūq; exteriorum uacationē, spirituūq; refectionē: tū etiā propter cibi perfectā cōcoctionē atque digestionem.

Ratio elegātissima, cur Cæli nunquā dormire seu quiescere conspiciuntur.

Ecstasis amatoria maxima uehemētia, et ingens dānum.

quietem, nec corporis defeßas reficit uires: quinimo & digestionem impedire, & uniuerſum corpus dißoluere conſumereque uidetur. Quamobrem ſi ſomnum adducendo cæcitatem & taciturnitatem meam ſatis aptè ac conuenienter excuſaßem, multò magis alienatio mentis, & ecſtaſis amatoria apud te de obiecto crimine me purgare debebit. SO. *Vis tu homines uigilando & cogitando magis dormire, quàm mollibus stratis recubando?* PH. *Volo utique eos minus ſaltem ſentire: nec enim minus quàm ſomno ecſtaſi aduenientē ſp̄us ad intimas corporis partes retrahūtur, & ſenſus ſentiendi orbatos facultate, membraq́; motu destituta relinquunt: mens namque, ut obiectum aliquod a ſeſe uehementer amatum expertumq́; acriter contemplatur, ita in ſeipſam cogitur, ut tota in ea cōtēplatiōe uerſans, & occupata a cæteris omnibus alienetur, quēadmodum iandudum mihi tuum formoſiſſimum ſimulachrum, ad quod tanquam ad diuinum aliquod numen omnes meæ cogitationes referuntur, contemplanti uides accidiſſe.* SO. *Mirum certè exiſtit, cogitationes non ſecus ac profundiſſimos ſomnos ſtuporem inducere poſ ſe: dum enim cogitamus, loquendi, audiendi, & nos ipſos mouendi facultatem retinemus; quinimo nulla prorſus deliberatione antecedente huiuſcemodi actiones nec perfectè, nec ordinatè*

Mētis in ſeipſam collectio.

tè expleri queunt. PH. Mens illa nimirum existit, cui sensuum regimen, & uoluntariarũ hominis motionum directio concredita fuit. Vnde ut suum munus melius commodiusque exequatur, oportet ipsam ab internis ad externas corporis partes proficisci, ad disponenda scilicet organa actionibus obeundis accommodata, & ad conuenienda sensuum obiecta extrinsecus circumfusa; tumq; cogitare simul et cernere, audire, effariq; vnum alterum haud impediente ualemus. Verùm cùm mens, ut rem amatam efficacissimè & coniunctissimè contẽpletur, intra seipsam cogitur, a partibus exterioribus refugiendo, & sensus motusq; deserendo, cum vniuersa propemodum virtutum atq; spirituum multitudine in propositam sibi commentationem secedit, nec ullam corpori præter eam uirtutem relinquit, qua deficiente ipsum quoque periret, uim inquam illam uitalem, cuius beneficio cor assiduè mouetur, & spiritus per arterias passim discurrentes frequenter anhelant, ut externum atque refrigerantem aerem attrahant, necnon internum atque efferuescentem expellant. Hæc tantùm uitalis facultas unà cum nutrientis quoque exigua quadam portione remanere conspicitur: pleraque enim eius pars in contenta speculatione occupata, atque impedita prorsus existit. Quapropter modicus cibus contemplantibus diu sufficere

Ratio, cur nobis acriter aliquid cõtẽplantibus corpus & sensu, & motu simul destituitur.

Modicus cibus cõtemplantibus diu sufficere solet.

cere solet. Vnde quemadmodum somnus, nutriendi facultate confirmata atque corroborata, rectis cogitationibus mentis quàm maximè nocet, officit, & quasi tenebras offundit; propterea quòd uaporibus ex cibi concoctione cerebrum assiduè petentibus, qui uaria & errantia somnia sæpenumero solent excitare, phantasiam ipsam confundit atque perturbat: pariter etiam intima & uehemētissima commentatio somnum animantis alimento, cibiq; digestioni maximè conducentem adimit ac interrumpit. S O. Somnum atque contemplationem partim similia, quia vtrunque sensus & motus deserendo spiritus ad interiores partes cogit; partim contraria, cùm vnum alterum impediat expellatque, existere affirmas. P H. Ita est quidem, ambo enim in quibusdam conuenire, & in nonnullis differre videntur: eadem nanque deserunt & derelinquunt, diuersa uerò acquirunt atque adipiscuntur. S O. Qua nam ratione? P H. Propterea quòd somnus pariter & commentatio sensus, ac motiones simul destituunt eripiuntq;: verùm somnus quidem nutriendi corroborando facultatem; commentatio uerò cogitationi uires suggerendo sentiendi, mouendique uirtutes præpedire, & quasi deuincire uidentur. Ambo insuper in eo similia esse conspiciuntur, quia spiritus ab extimis ad intimas corporis partes reducunt: in

Somni, & ecstasis amatoriæ similitudo atque diuersitas.

eo

eo uerò dissentiunt: quia somnus ad infimas corporis sedes sub pectore sitas, ad uentrem scilicet, ubi membra nutricationi inseruientia, stomachus, hepar, intestina, aliaq; resident cõsimilia, spiritus contrahit, qui ibi simul omnes collecti cibo concoquendo, & animanti nutriendo totis uiribus incumbunt: At contemplatio ad altissimam omnium humani corporis partium supra pectus collocatam, ad cerebrum scilicet ipsum, cogitationis præstantissimam sedem, et mentis regium domicilium, spiritus eosdem adducit, ut omnes simul agmine conferto in propositam commentationem maiorem & uehementiorem impetum faciant. Spirituum insuper contractio, etsi ambobus communis existit, ad diuersos tamen fines refertur: quia somnus eos introducit, vt vnà cum ipsis calorem quoque inuehat naturalem, cuius copias in unum cogere quàm maximè studet, vt concoctionem, digestionem'ue validiorem atque absolutiorem efficere queat. Commentatio verò spiritus contrahere nititur, non vt innatum etiã conuehat calorem, verùm vt omnes animæ vires & facultates in vnum coniungat, vtque animam ipsam ad summam reducat vnitatẽ, & ad rei vehementissimè amatæ expetitæque acrem contentamq; meditationem fortiorem atque robustiorem eam reddere queat. Cùm igitur inter somnum, & contemplationem tot diffe-

Spiritũũ cõtractio etsi tã somno quã ecstasi amatoriæ cõmunis existit, ad diuersos tamẽ fines refertur.

Sõnus cõtẽplatione, & cõtẽplatio

somnũ haud ĩmerito auferre, ĩpedireque uidetur.

differentiæ intercedant, iurè vnum alterum dicimus auferre, ac impedire. Verùm, quod ad sensuum motuumque spectat amissionem, somnus & commentatio pares aut æquales esse videntur: etsi fortasse maiorem vim, ac violentiam meditationem, quàm somnum inferre existimare possemus. SO. Cogitantem sicuti dormientem sensus amittere nondum satis perspicio: amantem enim ecstasi correptum acriter cogitare & speculari nec tu quoque negabis, quæ duo proculdubio sensibus annectuntur: homini verò somni pōdere oppresso & aggrauato nihil horum, sed nutriendi tantùmmodo facultas superesse conspicitur, quæ nullum prorsus cum sensibus habet commercium, quinimo in plantis quoque sentiendi viribus destitutis reperitur. PH. Quin oppositum potius, si animum intenderis, dicendum esse iudicabis. Quanuis enim somnus videndi, audiendi, gustandi, atque olfaciendi, non tamen tangendi eripit sensum: dormientes nanque frigus, & æstum percipere solent: phantasia quoque circa multa passim discurrit, quæ etsi nullo prorsus ordine seruato errare latiusque vagari videtur, pleraque tamen eius somnia ex præsentibus perturbationibus originem deducunt. At mentis vehemens intentaque contemplatio vnà cum reliquis frigoris quoque & caloris admit sensum, & cuiuscunque rei memoriam

Intima ac uehemens cõtemplatio multò maiorem profectò quã somnus ipse alienationem atq; stuporẽ inducit.

riam delet atque cogitationem, ea tantùmmodo excepta, quam mens sibi speculandam proposuit; cuius quidem solius meditatio non ad amantem seu contemplantem, sed ad amatam & cogitatam dũtaxat refertur personam: nec enim amans tàm acri meditatione correptus in seipso consistere, sed sese iam deseruisse, & rem illam, quam tàm vehementer appetit & contemplatur, intrasse videtur. Amantẽ nanque in ecstasi constitutum, & rem, cuius maximo tenetur amore, acriter speculantem nulla prorsus suimet cura aut memoria tangit; nec ille suijpsius cõmodo vel conseruationi intentus naturæ, aut sensui, aut motui, aut rationi congruentem actionem vllam exercet: quinimo sese prorsus despiciens & nihili pendens rei amatæ, & cogitatæ dũtaxat addicitur ac deuouetur, in eamq; omnino transformatur: animæ nanque essentia cùm in eius propria actione sit constituta, quandocunque acri contemplatione intercedente cum aliquo copulatur vel potius vnitur obiecto, in illud mox transfertur, & in eius substantiam conuertitur; nec amantis anima aut eßentia, sed amatæ personæ verissima species & absolutissimus actus tunc debet vocari. Quapropter homines multò magis ecstasi amatoria quàm somno correpti a seipsis reuocari videntur. Qua igitur ratione Sophia, propterea quòd te nec viderim, nec prior fuerim

rim allocutus, reprehendendum me eſſe duxi-ſti? S O. Quin mentis intima & uehemens cõtemplatio ſenſuũ ſtuporem inducat, haud exiſtimo eſſe negandũ: verũ huiuſce admirandi effectus rationem diſtinctius intelligere pergratũ mihi foret. Quænam igitur cauſa poteſt afferri, cur mente acrius aliquid cogitante ſenſus propria munera explere nequeunt? Nec enĩ mens, ut intentius ſpeculetur, vlla ſenſuũ cõtractiõe indigere uidetur, qui eius diuinis propè modũ actionibus nequaquã ingerere aut admiſcere ſeſe debent: nec innati copia caloris rebus contẽplandis, ſicut cibis decoquẽdis, neceſſaria eſſe conſpicitur; nec ſpiritus quoq; ad ſentiendũ requiſiti magnũ rerũ intelligentiæ adiumentũ præſtare ſunt exiſtimãdi, proptereà quòd mens ſuapte natura incorporea ad propria munera obeunda nulũ ſpiritaliũ corporũ auxiliũ poſtulare videtur. Cur igitur acres cõmentationes ſenſuũ otio feriiſq; ĩdigere; eoſq; cogere, adimere, atq; cõtrahere ſolere dixiſti? P H. Anima propria quidẽ natura vna indiuiduaq; exiſtit. Verũ in vniuerſum corpus virtutẽ ſuã diſtribuẽdo, et ad partes animãtis exteriores atq; extremas vſq; ptingẽdo, ad plures ſentiendi, mouendi, et nutriendi actiones pro inſtrumentorũ multitudine atq; diuerſitate exercẽdas idonea redditur et accõmodata, necnõ in plures quoq; differẽteſq; ſecatur virtutes; hac nempe in re

Ratio, cur acres cõmentationes ſenſum motumq; ſimul adimẽtes ſpiritus oẽs ad cerebrũ contrahunt atque reducunt.

So-

Solē imitandū ac æmulandū sibi proponēs, qui quidē etsi vnicus esse cōspicitur, ꝓpter radiorū tamē suorū diffusionē, & ingentē multitudinē in imensum propemodū diuiditur atq; multiplicatur, prout numerus varietasq; locorū, quos ipse illustrat, efflagitare uidetur. Cùm igitur mens spiritalis, q cor cordis, & anima animæ humanæ a sapiētibus appellatur, vehementissimo quodam desiderio accensa, vt intimum & expetitū acrius speculetur obiectum, cogitur in seipsam, animam per vniuersum corpus dispersam ad sese reuocat, atque in indiuiduā colligit vnitatē. Cū anima aūt simul spiritus quoq;, etsi ad contemplandū minimè necessarij, contrahūtur; & uel in media totius capitis arce, vbi resi det cogitatio, vel in centro cordis proprio desiderij domicilio cōsistunt. Vnde propter hāc spirituū ad cerebrū, vel ad cor violentā ac repentinā contractionē et oculi visu, et aures auditu, & cætera instrumenta sensu motuq; destituūtur: necnō mēbra etiā interiora nutriendo animanti accōmodata in eorum assiduis necessarijsq; præstādis ministerijs, hoc est in digerēdo atq; distribuendo alimento, frigent ac remittū tur. Quapropter humanū corpus propter spirituū amissionem ad summā quandā pauperiem & egestatē redactum cordis vitali tantūmodo imperat facultati, cui totius uitæ cōmunis ꝑpetuaq;, vt aliás diximus, custodia fuit delegata.

Mens cor cordis, & aīa animæ a sapientibus appellata.

Hæc

Hæc autem vitalis facultas media tùm loci, tùm etiam dignitatis diligenter perſpecta ratione inter alias humani corporis reſidet virtutes, & partes ſupernas cum infernis non ſecus ac vinculum quoddam interpoſitum perbellè connectit. SO. *Quomodo vitalem iſtam virtutem & pro loci, & pro dignitatis conditione tanquam nexum quendam communem ſummas ac infimas corporis noſtri partes coniungere, & copulare pronuntias?* PH. *Vitalis facultas in corde pectoris ſedem mediam inter uentrem partem hominis infimam, & caput eiuſdem ſupremam portionem occupante collocatur. Quamobrem ipſam quoque partis inferioris nutricationi deſignatæ, quæ in ventre reponitur, & partis ſuperioris cognitioni conſecratæ, quæ reſidet in capite, mediam eſſe conſequitur. Vnde ipſa intercedente duæ extremæ hominis partes, atque virtutes colligantur: & niſi huiuſce mediæ virtutis commune vinculum a natura interpoſitum fuiſſet, mens animaque in vehementiſſimis commentationibus a corpore diſſoluerentùr, & mens ipſa ſtatim euolaret, corpuſque exanime iaceret.* SO. *Poſſemus'ne acerrimè quãdoque contemplantes adeò mentem extollere, ut ipſa ſecum hunc etiam uitæ nexum abduceret?* PH. *Poſſet vtique tam vehemens deſiderium, adeoq; intima exiſtere contemplatio, vt animam cor-*

Vitalẽ facultatẽ et pro loci, & pro dignitatis conditione mediũ iter ſummas ac infimas corpis noſtri partes locũ obtinere demonſtrat.

Animam propter acerrimam & uehementiſſimã cõ-

pò-

poris mole depreßam atq; in seruitutem quasi redactam omnino exoneraret ac liberaret, spiritibus propter concitatum & uiolentum in angustissimum locum eorum concursum resolutis, adeò vt anima desideratum & cogitatum obiectum amatorio quodam affectu complexa corpus exanime prorsus derelinqueret atque desereret. S O. Suauissimum certè hoc mortis genus debet existimari. P H. Sic utique sanctissimi patres nostri supremum diem obierunt, qui dum diuinam illam & excellentißimam formam maximo acerrimoque studio contemplarentur, vniuersis animæ viribus ad eā conuersis, & in ea cogitatione consumptis, corpus exanime dereliquerunt. Quapropter sacra uolumina, cùm in mortis duorum sanctissimorū patrum nostrorum, Moysis, & Aaronis incidunt mentionem, eos diuino ore affirmant perijsse: quod quidem metaphoricum loquendi genus sapientissimi deinde interpretes ita exponendum censuerunt, quòd scilicet ambo diuinitatem exosculantes, id est ecstasi siue contemplatione amatoria, diuinaq; copulatione in sublime correpti occubuerunt. S O. Mirum certè videtur animum nostrum modò ad corporea cognoscenda descendere, modò ad spiritalium contemplationem tam facilè expediteque sese conferre: & cùm ipse vnus indiuiduusue existat, inter res tam contrarias atque distantes, quem-

tēplatione corpus deserere, exanimeq; relinquere posse testatur.

Suauißimū mortis genus.

Moyses & Aar[on] diuinitatē acerri[...] mè contēplantes cum eaq; copulat[i] felicißimè occu[...] buerunt.

quemadmodum corporea & spiritalia esse perspiciuntur, incredibili quadam celeritate discurrere. Rationem aliquam a te Philo excogitari vellem, quæ intellectum meum in huiusce admirandæ animi nostri volutationis atque conuersionis intelligentiam perduceret: quomodo nanque sensus modò relinquere, modò resumere; aliâs contemplari, aliâs a contemplatione desistere, ut ipse iandudum dixisti, mens ualet humana? PH. Hoc utique nomine anima intellectu separato inferior esse conspicitur: nanque intellectus semper eodem modo sese habere, nec ab uno in alterum ferri, nec a seipso ad aliena progredi vnquam reperitur: at anima, quæ intellectui cedit, ab eoq; dependet, non in eadem diu persistit cõditione, quinimo cùm media inter intelligibilem, & corporeum mundũ collocetur (est enim tanquam medium & vinculum quoddam vtrũque pariter connectens) idcirco duplicem ambiguamq; naturam tùm spiritalis intelligentiæ, tùm etiam corporeæ mutationis participem existentem fuit sortita: secus etenim quo pacto corpora animata reddere poßet? Vnde eam sæpißimè a propria intelligentia ad res corporeas exire contingit: tùm vt corpus viuum nutrientium merito facultatum, incolumeq; conseruet: tùm etiam vt exteriora obiecta ad vitam atque contemplationem quàm maximè neceßaria sensuum opera atq;

Anima ab intellectu tanquam res quędã mutabilis a stabili differt.

Animæ duplex ambiguaq; natura tũ spiritalis intelligẽtiæ, tũ etiã corporeæ mutationis particeps esse uidetur.

atque virtute intercedente recognoſcat. Quandoque tamen ad ſeipſam redit, & in propriã intelligentiam recurrit; & cum ſeparato ſuperiorique intellectu colligatur atque coniungitur: inde rurſus ad corporea, a quibus denuo ad intelligibilia pro ingruentium neceſſitatũ, & differentium propenſionum viciſſitudine frequenter reuertitur. Propterea Plato animam ex ſeſe & alio, ex viſibili atque inuiſibili componi exiſtimauit; numerumq; ſeſe mouentem exiſtere definiuit: quibus quidem verbis grauiſſimus ille philoſophus ſignificare intendit animæ naturam, ſicut purum & merum intellectum, ſimplicem, ſibiq; ſemper conſimilem minimè eſſe, quinimo eius eſſentiam plures diuerſaſque complecti naturas: nec enim corporea tantùmmodo, nec ſpiritalis dũtaxat exiſtit; ſed ab vno in alterum aſſiduè tranſfertur. Eam inſuper in orbem perpetuò moueri Plato ſubiunxit, non quia anima a loco ad locum ſicut corpus ipſum transferatur; ſed propterea quòd ſpiritali quadam ratione, & actionum viciſſitudine ex ſeipſa moueatur, & in ſeipſam recurrat, hoc eſt a ſua intelligibili natura ad ſuam naturam corpoream progrediatur, & a corpore rurſus ad intellectum reuertatur. SO. Multiplicem ac differentem animæ naturam a te doctè & eruditè pertractatam quaſi videor percepiſſe.

Ratio, cur Plato aiam ex ſeſe & alio, necnon ex uiſibili atq; inuiſibili componi; numerũq; ſeſe mouẽtẽ exiſtere, & in orbem perpetuò moueri pronũciauit.

Verùm gratissimum mihi foret, si tu aliquo ap to & congruente exemplo obscuram istam dif ficilemq; materiam illustrares. P H. *Quod nam illustrius, & accommodatius exemplum duobus cœli præcipuis luminaribus potest af ferri, quæ supremus omnium creator ad intel lectus animæque imaginem atque similitudi nem construxit?* S O. *Quænam ea esse dicun tur?* P H. *Maius inquam luminare diei præ fectum, minusque nocti præpositum.* S O. *So lem'ne, ac Lunam significare intendis?* P H. *Idipsum.* S O. *Quam hæc sydera cum intelle ctu animaq; conuenientiam habere videntur?* P H. *Sol diuini quidem intellectus, omnium aliorum intellectuum principij atq; communis originis, simulachrum existit: Luna autẽ ani mam mundi, a qua omnes cæteræ animæ prof ciscuntur, repræsentat.* S O. *Quo pacto?* P H. *Mundum creatum in corporeum, & spiritale siue incorporeum distribui, te minimè latet.* S O. *Hoc vtique scio.* P H. *Mũdum insuper corporeum sensibilem, & incorporeum intelli gibilem esse optimè calles.* S O. *Et hoc quoq; haud ignoro.* P H. *Animaduertere etiam de bes ex quinque sensibus oculorum tantùmmo do visum corporeo mundo sensibilis appella tionem largiri, sicut propter intellectus quoq; visionem incorporeus orbis intelligibilis nomen sibi vendicauit.* S O. *Etquid reliqui quatuor sen-*

Sol diuinũ intellectũ, Lunaq; animam mũdi tanquã artificiosissima quædam simulachra repræsentare uidetur.

ſenſus ſuperflui, atque ſuperuacanti ſint exiſtimandi? PH. Sola viſio omnia communiter corpora percipere valet: Auditus ad rerum aſſequendam cognitionem maximum quidem præſtat adiumentum; eam tamen non ex rebus ipſis, ſicut viſus, acquirit; ſed ab alio cognoſcente linguæ uſu ſibi traditam accipit, qui eam aut uidit, aut ab altero prius uiſam poſteà intellexit: ex quo fit, vt uiſus auditum præcedat, & auris oculum frequenter ſupponat tanquam humanæ intelligentiæ primam originem. Ceteri tres ſenſus corporei omnino, rudes, craſſique exiſtunt; & ad rerum potius, quæ ad animantium uitam conferunt atq; ſalutem, perceptionem ac uſum, quàm ad intellectus cognitionem ordinantur. SO. Cæterũ animalia quoque intellectu deſtituta uiſu, atq; auditu donata fuiſſe uidemus. PH. Verũ eſt hoc quidem, quia ipſa quoque his duobus ſenſibus pro ſui corporis indigent conſeruatione. At in homine præter utilitatem, quam corporis ſaluti atque incolumitati ambo afferre uidentur, ad mentis inſuper cognitionem neceſſariò requiruntur: incorporea nanque corporalium auxilio ac ope cognoſcuntur, quæ quidem anima uel auditu ab aliis inſtructa, uel uiſu propriæ merito cognitionis percipere ſolet. SO. Hoc aliâs quoque me intellexiſſe recordor: ad alia feſtina. PH. Neuter duorũ vi-

Viſus lõgè maius, quàm quilibet aliorũ ſenſuũ ad rerũ cognitionem atq; intelligentiã aſſequẽdam adiumentũ nobis præſtare exiſtimatur.

In hoĩe hi duo ſenſus, uiſus atq; auditus, nõ tantũ ad corporis incolumitatẽ, uerũ ad mentis inſuper cognitionem ordinantur.

visum propositorum, neque sensibilis, neque intelligibilis absque luce sibi lumen afferente intueri quidpiam ualet: oculus nanque, luce Solari deficiente, quæ oculum, obiectum, & medium interiacens aere, aut aqua, aut alio quouis corpore diaphano perspicuoque repletum illustret, cernere minimè ualet. S O. Ignis, cæteraque lucentia corpora nonne sibi obiecta illuminant, & non parum ad videndum opitulantur? P H. Vtique, sed imperfectè: eatenus enim deseruiunt visioni, quatenus Solis, qui lucidorum corporum princeps existit, uberrimam copiosissimamq; lucem participant. Absque Solari igitur luce vel ex ipsomet Sole mox emanante, vel ex alio quocunque corpore, quod eam tanquam habitum & formam quandam participet, profluente oculum cernendi munere fungi nequaquam fieri potest. Pariter etiam intelligibilis visus res incorporeas, communesque notiones intueri, siue intelligere nunquam sufficeret, nisi pro tam præclara exercenda visione a diuino illustraretur intellectu. Nec ipse tantùm diuinum recipit lumen: verùmetiam species in phantasia residentes, & intellectui humano propriam cognitionem suppeditantes ab æternis speciebus in diuino illo existentibus intellectu illuminantur; quæ rerum omnium procreatarum speciosissima quædam exemplaria esse dicuntur, & eadem

Oculus, nisi & ipse, et obiectū, et mediū interiectū Solari luce compleatur, res intueri siue discernere minimè potest.

Intellectus humanus, nisi & ipse intelligēs, & res intellecta, & media ipsa intercedens intelligentia diuini intellectus lumīe illustretur, intelligere profectò neutiquam potest.

dem ratione in diuino præiacent intellectu; sicut operum quoque hominum manibus extructorum exempla in artificum mente recondita,& ab ipsamet arte nullatenus distincta opera ipsa in lucem deinde prodeuntia antecedere solent. Huiuscemodi autem species atq; exemplaria tantùm,nec aliud quicquam præter ipsa per Idæas illas Platonicas intelligi debent. Quapropter consimili ratione intelligibilis visio,intellectū obiectū,et media simul intercedens intelligentia a diuino illuminātur intellectu; sicut visio quoque sensibilis vnà cum eius medio,atque obiecto ab ipso Sole illustratur. Patere iam igitur arbitror Solem,qui in orbe isto corporeo visibiliq́ue conspicitur, effigiem ac simulachrum diuini illius intellectus, qui mundo intelligibili præsidet,haud immeritò nuncupari. SO. Huic similitudini inter Solem,diuinumq́ue intellectum prorsus assentior: & quamuis nomen lucis Soli tantùmmodo uerè, proprieq́ue conuenire videatur; tamen diuini intellectus influxus propter quandam analogiam lux quoque satis aptè & commodè potest uocari. PH. Quinimo verius,& conuenientius lucis appellatio intellectui quàm Soli congruit. SO. Cur? PH. Quoniam sicut intelligendi facultas excellentiorem, perfectio rem, & veriorem quàm uis sentiendi præstat cognitionem: ita etiam lux intelligibilem vi-

Idææ Platonicæ quid significant.

Lucis appellatio verius & conuenientius diuino intellectui quàm Soli congruere cōpetereq; uidetur.

sionem illustrans perfectior ac uerior, quàm Solaris oculorum visui illuminando solùm accommodata, esse videtur. Quin illud quoque audacter proferam, quòd lux Solaris neq; corpus, neque corporis affectio, aut qualitas, aut accidens, sicut quidam ignobiles philosophi falsò sibi persuaserunt, debet existimari: verùm nihil aliud existit, nisi vmbra quædam lucis intelligibilis, vel eius splendor nobilissimo corpori communicatus. Quapropter Moyses prophetarum princeps a mundi exordiens procreatione dixit, quòd cùm omnia in tetrum illud ac tenebrosum Chaos, siue in cæcam quandam & obscurissimam abyssum simul essent congesta, diuinus halitus aquarum immensæ voraginis leniter aspirando lucem produxit. Horum uerborum sensus meo quidem iudicio ille dicitur esse, quòd prima creationis die ex diuino lucidissimoque intellectu lux ipsa visibilis prodierit, quæ Soli, Lunæque, & cæteris astris quarta deinde die fuit applicata SO. *Dic obsecro Philo, quî fieri potest vt corporum lux quid incorporeum, & propemodum intelligibile esse dicatur? Quòd si corporea existit: qua ratione ipsam aut corpus, aut corporis saltem qualitatem, accidens'ue esse negabis?* PH. *Lux Solis non accidens, sed eius spiritalis quædam forma ab intelligibili diuinaque luce profecta atque formata existimari debet: quæ ad cætera astra*

Lux Solaris nihil est aliud nisi vmbra quædã lucis intelligibilis, uel splendor quidam intellectualis nobilissimo corpori cõmunicatus.

Lux Solis cæterorumq; astrorum haud accidẽs, sed spiritalis quædam forma potius existit.

astra deinde traducta earum quoque perfectio, ac forma spiritalis existit; sed Soli, qui iam ipsam vberrimè præoccupauit, primas cedere cogitur partes. Hæc eadem lux corporali posteà ratione ut forma igni, cæterisque luminosis corporibus in inferiori mundo residentibus communicatur atque impertitur. Lux autem ista corporum lucidorum ex intelligibili luce deriuata in diaphana perspicuaque recipitur corpora, verbi causa in aerem aut aquam, tanquam actus quidam separabilis ac spiritalis, minimè autem ut corporalis actus pro qualitatis vel affectionis conditione. Quapropter perspicuum corpus lucis vehiculum potius quàm eius subiectum existit. SO. Quid ni? PH. Quia si lux in diaphanum ut qualitas in subiectum reciperetur, sex qualitatis conditionibus nimirum afficeretur. Primùm in vniuersum successione quadam sese diffunderet subiectum, quod luci minimè conuenit, quæ mox totum diaphanum penetrare conspicitur. Deinde qualitatis aduentus naturalem subiecti dispositionem immutare videtur: at luce adueniente nullam prorsus diaphanum suscipit mutationem. Tertiò qualitas, vt in subiectum extendatur, determinatum spatium requirit: at lux in diaphanum nullo prorsus eius limite aut termino circūscripta diffundi solet. Quartò ablata causa qualitatem aliquam efficiente atque in-

Lux diuina atq; intelligibilis diuersa quadam rōne diuersis corporibus impertitur.

Perspicuū corpus lucis vehiculū potius quàm eius subiectū existit.

Lucē in diaphanū perspicuumq; corpus vt qualitatem in subiectū minimè recipi sex argumentis demonstrat.

introducente subiectum qualitatem illam sibi impressam diu retinere & conseruare videmus, cuius quidē rei feruens aqua iam ab igne seclusa certissimam fidem nobis efficere potest: Sed illuminante remoto diaphanum vniuersam lucem amittere cernes. Quintò qualitas cum proprio simul subiecto mouetur: at lux, quatenus diaphanum illuminare conspicitur, propter aeris aut aquæ, vbi residet, mutationem ne minimùm quidem mouetur. Sextò plures eiusdem speciei qualitates idem subiectum afficientes confunduntur, simulque permiscentur, & in vnum componuntur: at plura lumina in vnum coniungi minimè possunt: nobis enim ad duas, plures'ue lucernas deambulantibus siue expatiantibus duæ plures'ue e regione mox surgunt vmbræ. Insuper si tres plures'ue lucernas eidem angusto foramini ex varijs diuersisque lateribus admoueris, per foramen illud tres oppositas luces interiores domus ingredi partes videbis. Rationes istæ satis superque nobis demonstrare uidentur, quòd lumen in diaphano vel corpore illuminante conspectum nec qualitas nec corporalis affectio, uerùm actus quidam spiritalis diaphanum præsente illuminante perficiens, eoque recedente euanescens existit. Nec alia ratione diaphano lumen assistit, quàm intellectus siue intelligens anima corpori, quæ cum ipso assisten-

Lux ea rōne diaphano assistit, qua intellectus siue intelligens anima ipsi corpori.

ſtente, & vt ita dicam, eſſentiali quadam ratione coniungitur, & copulatur, nequaquam autem cum eo permiſcetur: ex quo fit ut mens nec propter corporis mutationes permutari, nec propter eius interitum occidere iurè dicatur. Quapropter intelligibilem lucem, quæ corporeum & incorporeum mūdum eſſentiali illuminat ratione, & animam noſtram pro intellectuali conficienda illuſtrat viſione, uerè proprieq́ue lucis nomen obtinuiſſe exiſtimare debemus. Ex hac intelligibili & præſtantiſſima luce lux deriuatur Solaris, quam ut actū formamq́; corporeum mundum illuminare ui demus: necnon ab eadem inſuper ocularia viſio proficiſci exiſtimatur; vt ea intercedente omnia prorſus corpora, non ea tantùmmodo, quæ in mundo iſto inferiori atque caduco continentur pro cæterorum ſenſuum conditione; verùm etiam corpora illa diuina ac immortalia in æthereis regionibus collocata percipere valeamus. Viſus etenim princeps rerum incorporearum intellectualem homini ſuppeditare videtur cognitionem, cùm ex eo quòd aſtra et cælos perpetuò circūferri videmus, eorum motores intellectuales atque incorporeos exiſtere, nec non ſummum eorum opificem & creatorem ſapientiſſimū ac potentiſſimum eſſe concludimus: quod quidem Dauidis grauiſſimo teſtimonio confirmatur dicentis, Cū cælos

Lux intelligibilis uerè, proprieque lux appellatur.

Ex intelligibili luce cæteræ oēs luces corporibus ī ſu ſe proficiſcūtur.

Solus ex oībus ſenſibus viſus hominē ad rerū incorporearum atq; intellectualiū cognitionē perducere ualet.

tuos opera manuum tuarum contemplor &c. SO. Visum cæteris omnibus sensibus simul consideratis præposuisse videris: reliquos tamen, tactum præsertim & gustum, ad animantium & hominum vitam magis necessarios quàm visum existere clarè discerno. PH. Ego quoque ad uitam corporalem atque sensibilem eos magis necessarios esse confirmo: at uisus intelligibili uitæ ac spiritali longè magis conducit; & propterea in instrumento, obiecto, medio, & actu reliquos excellere uidetur. SO. Quatuor istas à te commemoratas excellentias obsecrò interpretare. PH. Organum visionis quantum claritate, puritate, atque artificio cæterorum sensuum præstet instrumentis quis non perspicit? Cùm oculi neque alijs corporis partibus similes, neque carnei; sed nitentes, perspicui, ac spiritales esse, sydereumque splendorem referre, necnon reliqua humani corporis membra pulchritudine ac venustate antecellere conspiciantur. Eorum maximum & diuinum propemodum artificium ex septem humorum vel tunicarum compositione facillimè percipi potest, quæ quidem longè maiori quàm cuiuscunque alterius membri siue organi structura animos nostros admiratione afficere solet. Visionis præterea obiectum totus corporeus orbis, tàm cælestis videlicet, quàm elementaris esse existimatur: cæ-

Visus haud vitæ quidē corporali siue sensibili, sed spiritali potius atque intelligibili quàm maximè conducit.

Visus & in instrumento, & in obiecto, & in medio, & in actu ipso reliquos sensus excellit.

cæterùm alij ſenſus orbis inferioris minimam duntaxat portionem percipere ualent. Media inſuper cæterorum ſenſuum vel in carne, vt tangendi; vel in vapore, vt olfaciendi; uel in humore, ut guſtandi; vel in aere vehementer impulſo, ut audiẽdi, ſita ac repoſita eſſe traduntur: At medium uidẽdi lucidum, ſpiritale, atque perſpicuum eſſe conſpicitur, cùm ipſum aerem ſyderea luce perfectũ & completũ exiſtere omnes philoſophantes conſentiant: quæ quidem propter egregiam conſpicuamque eius formã ita omnibus cæteris partibus orbis præcellit, ſicut oculus reliquis omnibus ſentientis corporis membris præclarior excellentiorque eſſe videtur. Poſtremò aliorum ſenſuum actiones in paucas admodum corporum, quæ percipiuntur, affectiones extendi ſolent: nã odoratus acutos tantùm vapores, guſtatus cibi potuſque ſapidos humores, tactus patibilium qualitatum excellentias rudi quadam, communi, atque imperfecta ratione ſibi impreſſas ſentire ac percipere ſolent: vnde horum trium ſenſuũ ſimulachra veras affectiones, & propinquas commotiones ſenſibus ſuis inferre perſpiciuntur. Auditus etſi ipſis ſpiritalior exiſtit, & ad remotiora ſentienda pertingit obiecta; graues tamen & acutos tantùmmodo ictus aeris propter mutuam duorum corporum percuſſionem uehementer exagitati percipere ualet;

atque vt munere proprio rectius commodiusque fungatur, conuenientem & mediocrem distantiam requirit; & simulachra hunc sensum excitantia corporum percussionem, localemque motum in primis efflagitare uidentur. At oculus res in extremo mundi ambitu, atque in sublimi æthere sitas, & omnia corpora longinqua pariter ac proxima lucis beneficio discernit, eorumque simulachra nulla intercedente recipit perpessione: necnon distantias, colores, lumina, magnitudines, figuras, numerum, situs, motiones, plurimasque insuper atque minutas mundi corporei differentias cognoscit; quasi oculus intellectus, rerumque intelligibilium optimus & diligentissimus speculator homini à natura fuerit tributus. Qua quidem ratione impulsus Aristoteles proferre non dubitauit nos visum magis quàm reliquos sensus adamare; quia ipse longè vberiorem, & plurium rerum quàm cæteri simul collecti nobis præstat cognitionem. Quemadmodum igitur in homine, qui μικροκόσμος, paruus videlicet mundus nuncupatur, oculus eandem inter omnes corporis partes, quam intellectus inter omnes animæ facultates rationem obtinuisse videtur; eiusque simulachrum atque minister esse existimatur: ita si magnũ mundum respexerimus, Solem inter omnia cor-

Oculus ĩtellectus ipsius, rerũq; ĩtelligibiliũ speculator haud ĩmeritò nuncupatur.

Visus solus longè vberiorẽ pluriũq; rerum quã cæteri sensus simul collecti cognitionẽ nobis præstare uidetur.

Sol eadẽ rõne diuinũ, qua oculus humanũ intellectũ refert ac repræsentat.

corpora æquè ac inter omnes beatissimos illos spiritus intellectum diuinum splendescere ac renitere inueniemus; & Dei Optimi Maximi expressam imaginem, ac mundano Regi cæteris proximiorem satellitem Solem proculdubio esse comperiemus. Quemadmodum insuper lux & visus oculorum nostrorum ab intellectus luce ac visione proficiscitur, eidemque plurimis rerum differentijs cognitis atque perspectis inseruire videtur: pariter quoque Solaris corporis vberrimam lucem, & splendidissimum aspectum à vera primaque luce intellectus diuini emanare, eidemque famulari est sentiendum. Quapropter perspicere iam potes Sophia, qua ratione Sol diuinum intellectum verè propriéque referre dicatur, cui quidem formæ & pulchritudinis nomine persimilis quoque esse videtur: sicut enim pulchritudinum & venustatum summa in diuino residet intellectu, in quo vniuersitas rerum concinnè disposita, & speciosissimè figurata esse existimatur: ita Sol vniuersa exornãs atq; illuminans omnium corporum formosissimus, & elegantissimus esse conspicitur. SO. Solem diuini, oculumque humani intellectus præclarissima quædam existere simulachra optimè videor percepisse: maximamque nimirum conuenientiam atque similitudinem humanum intellectum, & oculum corporalem

cum

cum Sole, diuinoque intellectu sentio obtinuisse. Verùm in uno tantùmmodo oculus humanus, Solque cælestis discordiam quandam intellectui humano atque diuino minimè congruentem præ se ferunt: noster etenim intellectus cum diuino in duobus conuenire videtur, in intelligendo videlicet ac illustrando: sicut nanque diuinus non tantùm omnes rerum species in eo residentes intelligit, verùm etiam cæteris omnibus intellectibus propriarum & immortalium Idæarum siue specierum intensissima luce lumen singulorum captui accommodatum largitur: ita noster quoque pariter intellectus non solùm omnium communiter specierũ intelligentiam habere, sed etiam omnibus cæteris virtutibus, quæ humanæ deseruiunt cognitioni, lumen singularum conueniens conditioni afferre videtur; vt earum cognitio quanuis in indiuiduis & materia implicitis versetur, recti tamen & prudentis intellectus certissima regula dirigatur. Hæc autem similitudo Soli, oculoque accommodari minimè potest, cùm oculus cernere quidem, haud illuminare; Sol verò illustrare, non intueri perspiciatur. PH. In hoc quoque Solem & oculum conuenire fortasse reperiemus: humanus etenim oculus non tantùm propter communissimum ipsius diaphani lumen; sed etiam propter lucentium radiorum, qui ab oculo exeun-

tes

tes vsque ad obiectum conueniendum proficiscuntur, propriam quandam illustrationem intueri valet: qui quidem radij ex oculorum acie emissi, etsi soli ad medium & obiectum illuminandum nequaquam sufficiunt; sine eorum tamen ope vel auxilio commune ipsius diaphani tantùmmodo lumen visum ad actum perducere neutiquam posset. S O. Ecquid oculum radios proprios obiectum versus emittentem intueri opinaris? P H. Vtique. S O. In hoc certè a Peripateticis dissentire videris: quia Aristoteles, hac improbata sententia, visionem ex eo quòd obiecti species siue imago in oculi pupillam introducatur, non autem quia radij ex oculis emittantur, quemadmodum Plato sensisse narratur, visionem fieri existimauit. P H. Aristoteles meo quidem iudicio nihil in Platonem demonstrauit: ad visionem etenim conficiendam atque absoluendam ambo necessariò concurrere mihi uidentur, tùm vt radij ex oculis ad percipiendũ & illuminandum obiectum exeant ac emittantur; tùm etiam vt species pupillam ingressa obiectum, a quo proficiscitur, repræsentet. Necdum hi duo contrarij motus ad visionem explendam satis esse iudicantur: sed tertia insuper & postrema quædam requiritur conditio, quòd videlicet oculus postquam radios ad obiectum emiserit, speciemque ab obiecto recepe-

Visio haud tantũ in specie ab obiecto per mediũ ad oculũ pertingente recepta, sed etiã in radijs ex oculo per mediũ ad obiectum illustrandũ emissis sita esse uidetur.

Ad uisionẽ perfectã & absolutã conficiendam tria potißimũ requiruntur.

pe-

perit, speciei iam sibi impressæ cum exteriori obiecto ipsam producente conuenientiam atque similitudinem consideret iudicetque: in qua quidem tertia & postrema actione ratio perfecta visionis collocatur atque consumitur. SO. Noua dogmata, & paradoxa quædam introducere mihi videris. PH. Quinimo antiqua & vetus opinio hæc esse existimatur. Vnde sicut oculum non tantùm res discernere, sed etiam antequam videat, eas diximus illustrare: sic etiam Solem corpora sibi obiecta non solùm illuminare, verùmetiam intueri tibi persuadeas volo: ex omnibus enim sensibus visum excellentiori & perfectiori ratione in cælestibus corporibus, quàm in quocunque vel rationali uel rationis experte animante reperiri homines arbitrantur. SO. Ecquid cælos, sicut nos, quoque cernere arbitraris? PH. Quin ipsi nobis longè acutius & distinctius res intuentur. SO. Oculis'ne ipsi quoque sicut animantes insigniti & decorati fuerunt? PH. Quinam splendidiores atque purgatiores oculi quàm Sol cæteraq; astra conspici possunt? Quæ in sacris uoluminibus Dei oculos propter eorum præclaram uisionem appellari sæpè cōperies, propheta præsertim septē planetas his uerbis designante. Septē illa Dei lumina, quæ in omnes terras diffunduntur. Alium insuper prophetā sic locutum fuiße reperimus.

Sol res sibi expositas haud; tantū illuminat, sed etiā easdē acutißimè cernit, clarißimeq; intuetur.

Cælū ipsum Sole & cæteris astris nō secus ac splendidißimis quibusdā & purgatißimis oculis res sibi expositas acutißimè cernit.

Per

per cælum stellatum, quod ipsius corpus, & oculorũ plenum existit. Sol quoque oculus passim vocatur: vnde Solis oculum homines frequentissimè dicere consueuerunt. Huiuscemodi autem cælestes oculi tot cernere, quot illuminare creduntur; & visus opera omnia mũdi sensibilis corpora, omnesq; eorum mutationes percipiunt atque cognoscunt. S O. Caterùm si visu tantũmodo cæli donati fuerunt, quo pacto aliorum sensuum percipient obiecta? P H. Eorum, quæ in sola & pura sensuum perpessione consistunt, cælestia corpora non eadẽ ratione, qua nos, sibi cognitionem acquirunt: ex quo nec sapores gustatu, nec patibiles tactu qualitates, nec olfactu vapores ea sentire contingit. Verùm cùm ipsa naturarum & qualitatum elementarium, a quibus modo cõmemoratæ affectiones proficiscuntur, præstantissimæ causæ esse dicantur, eas omnes nõ rudi & crassa Minerua, sed nobilissima & eminẽti causarum præcognoscunt cognitione. Insuper adde quòd visu ea percipiunt, quæ huiuscemodi affectiones atque effectus inferre ac producere solent. S O. De auditu verò quid dicendum esse arbitraris? Audiunt ne? P H. Maximè quidem, verũ non proprio instrumento ad sonos percipiendos accommodato: solo nanque organo visionis cælos præditos esse conspicimus: at cùm ipsi totius alicuius corpo-

Qua rõne cælestia corpora obiecta cæterorũ sensuũ præter visum apprehendere & percipere valent.

Cælorũ perspicacissimus auditus.

poris gestus, necnon labiorum, linguæ, & cæterorum vocalium instrumentorum motiones cernant ac animaduertant, eorum significationes optimè conijciunt atque intelligunt, non secus ac nonnulli perspicacissimi homines efficere solent, qui oris & labiorum tantùmmodo motionibus diligenter perspectis atque consideratis, etsi voces prolatas propter aliquod impedimētum exaudire minimè possint, sensum tamen orationis ex gestibus motibusque duntaxat conspectis percipiunt. Quòd si mortales oculi tam admirandum præstant effectum, eundem multò facilius ac absolutius maiorum & fulgentium astrorum, Solisque præsertim lumina præstare valebunt: de cuius quidem Solaris luminis excellentia cæteris prætermissis id tantùmmodo tibi dicam, ipsum videlicet in omnia mundi corpora, & in Tartarum usque penetrare, quemadmodum ex Solis naturali & uitali calore usque ad centrū terræ pertingente quiuis perspicere potest: nec non omnia mundi sensibilis corpora, qualitates, actus, atque affectiones acutissimè distinctissimeque sua præclara, lucidaque comprehendit visione. Quapropter sicut intellectus noster diuino intellectui in duobus, in uidendis scilicet ac illuminandis rebus, persimilis existit: ita in eisdem pariter humanus oculus, Solque cælestis conuenire videntur. Et termi-

Solaris luminis vis atque excellentia.

Diuini, humanique itellectus, nec non Solis, et oculi doctissima comparatio.

minis quoque transpositis ac permutatis, quēadmodum oculus noster nosterque intellectus in duobus, uidendo inquam & illuminando, consentiunt: ita Solem diuinumque intellectū in hac eadem conspirare abundè iam ostendisse videmur. S O. *De Solis, diuinique intellectus similitudine satis superque locutus fuisti. Modò conuenientiam, quam inter Lunam & animam mundi intercedere suprà dixisti, te exponere ac declarare gratissimum mihi foret.* P H. *Quemadmodum anima inter intellectum & corpus media collocatur; & tùm ex intellectuali vnitate atque stabilitate, tùm etiam ex corporea diuersitate mutationeque constare existimatur: ita quoque Lunam medium inter Solem intellectus imaginem, terramque corpoream fœditatem atque impuritatem quàm maximè repræsentantem, locum obtinere; & partim ex Solis vnica stabiliq; luce, partim ex terrestriū tenebrarū multiplici mutabiliq; natura cōponi dicamus.* S O. *Tota rem teneo.* P H. *Quoniā ea, quæ dixi, perfectè intellexisse tibi persuades, orationis meæ sententiam obsecrò interpretare.* S O. *Lunā inter Solem terramque mediam residere unicuique patet; cùm orbis Lunaris sub Sole, & supra terram, in amborumque medio, veterū præsertim opinionem, qui Solem mox Lunam complecti & ambire uoluerunt, sequendo, situs*

Maxima īter Luna, & animā mūdi similitudo.

tus ac repositus esse conspiciatur. Lunare in[...] per corpus ex Luce Solari atque terrestri op[...] citate componi, maculæ atræ atque obscur[...] quæ Luna plena existente in medio eius glo[...] frequentissimè cernuntur, perspicuè clarissim[...] que ostendunt: vnde eius lucem cum teneb[...] esse permixtam non immeritò dixisse vider[...] PH. Partem alteram eorum, quæ dixi, faciliorem quidem exposuisti: alteram v[...] rò, præcipuamque ne minimùm quidem at[...] gisti. SO. Tu igitur, quod superest, inter[...] tandum aggredere. PH. Parte illa, qu[...] optimè tenes, omissa, ipsammet lucem, vel[...] tius lumen globi Lunaris, quia nec copio[...] nec vberrimum, vt Solis, sed remissum &[...] dicum esse conspicitur, medium inter clariss[...] Solis lucem, tenebrasque terrestres exi[...] pronuntiamus. Ipsius etiam Lunaris cor[...] ris globum partim lucidum, partim opa[...] esse videmus: semper etenim Lunæ (Ec[...] tantùmmodo excepta) alteram medieta[...] à Sole illuminari, reliquam autem propter [...] larium radiorum defectum opacam & te[...] brosam remanere ab antiquis obseruatu[...] traditum fuit. Plures insuper, hanc admir[...] lem ex lucido & opaco Lunaris corporis c[...] positionem diffusius pertractando, inter [...] animamque tanquam inter simulachrum [...] exemplar similitudines tibi referrem, nisi [...]

Lunare corpus inter lucē Solarē, tenebrasq; terrestres mediū locū obtinere pluribus quidē argumentis ostendit.

lixi & garruli notam me subiturum existimarem. SO. *Iam inceptam materiam, quam & doctissimam esse iudico, nec vnquam ab alijs pertractatam me audiße recordor, ne imperfectam obsecrò relinque. Nondum etenim Sol medium diei cursum absoluisse uidetur.* PH. *Lunā corpore suo rotundo sphæram conspicimus imitari; & semper, nisi defectu interueniente, lucem à Sole in anteriorem sui globi ad eum conuersam recipit medietatem: Posterior uerò globi medietas, quæ Solem minimè respicit, tenebrosa semper remanet atque obscura.* SO. *Sensui nempè contradicere videris, qui non semper medium Lunæ globum, sed raro, plenilunij duntaxat tempestate, illuminatum esse consentit. Cæterùm lux non integram Lunæ medietatem; sed medietatis quandoque maiorem, quandoque minorem, prout Luna augetur vel minuitur, occupat portionem. Quinetiam interdum lumen omnino amisisse existimatur, quando scilicet cum Sole coniuncta reperitur, necnon die coniunctionem præcedente ac subsequente.* PH. *Ita quidem sensui videtur: sed reuera semper (Eclipsim tantùm excipio) Sol integram Lunaris globi illuminat medietatem.* SO. *Cur igitur sensus hanc veritatem discernere nequit?* PH. *Quia cùm Luna aßiduè moueatur ad Solem modò accedendo, modò ab eodem recedendo*

Lunæ alterā medietatem a Sole semper illuminari, alterā verò tenebrosam remanere (Eclipsi tantùmodo excepta) demonstrat.

cedendo, lucem Solarem propter varios differentesque aspectus pluribus quoque ac diuersis suscipit rationibus: quæ quidem lux in Lunæ medietate semper illuminãda modò à superiori ad inferiorẽ, modò ab inferiori ad superiorem Lunaris corporis partẽ circũfertur. S O. *Quam superiorem, quam'ue inferiorem Lunæ partem appellas?* P H. *Eam nempè inferiorem uocare solemus, quæ ad terram inclinat, nosque respectare videtur: quam quidem faciem, cùm vel tota vel aliqua saltem eius portio Solarem lucem imbibit, commodissimè intuemur. Superiorem verò eam Lunæ partem appellamus, quæ ad Solarem orbem in altiori sede collocatum est conuersa; quam quidem nec totam, nec eius vllam portionẽ quãuis coruscantẽ cernere vnquã valemus. Semel igitur singulis mensibus redeuntibus tota inferior Lunaris globi medietas Solari luce oppletur, & tunc eam lumine plenam videmus: quod quidem decimoquinto post duorum luminariũ coniunctionem die contingere solet, tunc enim Luna & Sol ex diametro opponuntur. Aliàs autem reliqua tota medietas, superior videlicet, illuminatur; quod quidem duobus luminaribus in vnum congredientibus accidere consueuit: tunc etenim Sol totam Lunæ medietatem ad eum conuersam illuminans, inferiorem ad nos inclinantem obscuram ac tenebrosam*

Lunæ inferior aut superior pars quenã ab Astrologis vocari consueuerit.

Varias Lunaris corporis vicissitudines atq; comutationes in Solaribus radijs excipiendis declarat.

ſam prorſus relinquit: tumq; bidui ſpatio Lunari lumine deſtituti videmur. Reliquis mẽſis diebus medietates Lunaris globi à Solaribus radijs illuſtratæ diuerſis quibuſdã rõnibus ſeſe habere conſpiciũtur: nanq; poſt cõiunctionẽ lux ſupernas nobiſque incognitas partes paulatim relinquit, & ad infernas nobiſque conſpicuas illuminandas pedetentim accedit, prout Luna magis magiſq; indies à Sole recedit: ſemper tamen integra Lunaris corporis medietas à Solaribus radijs vndique penetratur; verùm quantum lucis parti deeſt inferiori, tantum ſuperiori reſtituitur: & hac de cauſa haud ſemper Lunaris globi integram medietatem illuminatam nos videre contingit. Huiuſcemodi luminis ex partibus Lunæ altioribus ad decliuiores decurſus atq; viciſſitudo vſque ad quintum & decimum diem perdurat: tunc enim tota pars inferior humanum genus reſpiciens lucida, totaque ſuperior tenebroſa exiſtit. Deinde lux ſenſim infimas Lunaris aſtri deſerit partes, & gradatim ad ſuperas illuminandas aſcendit; donec tota ſuperiori nobiſque inuiſa medietate tandem occupata atque illuſtrata, pars altera verſus nos ſita & collocata lucis prorſus indiga, & tenebris vndique oppleta remaneat. SO. Ordinem atque viciſſitudinem tùm lucis, tùm etiam tenebrarum in duabus Lunaris globi medietatibus animaduer-

ſam ac obſeruatam optimè percepi: necnon id inſuper intellexi, qua ratione, quoque ordine lux modò à ſuperis ad infimas Lunaris corporis partes progrediatur, modò ab infimis ad ſuperas denuò reuertatur. Verū quā conuenientiam, quemúe connexū hæc cum Lunę animeq́; propoſita iam habeant ſimilitudine, diſpicere nequeo. PH. Lux intellectus pura ſtabiliſq; ſemper exiſtit: verū in animam deinde tranſfuſa mutabilis, tenebriſque permixta ſtatim euadit. Anima nāque ex intellectuali luce, & corporea conſtat opacitate; quemadmodū etiam Lunā ex luce Solari, corporeaq; ac tetra obſcuritate cōponi iam demōſtrauimus. Lux inſuper animæ nō ſecus ac Lunæ eaſdē mutationes ſuſcipit atq; uiciſsitudines: modò enim a ſuperiori ad inferiorē partē, quæ nos reſpectare uidetur, modò cōtrà ex infima ad ſummā partē transfertur: anima nāque tota quandoq; luce cognitionis ex intellectu deriuata ad res corporeas vtitur adminiſtrandas; partēq; eius ſuperiorem ac nobiliſſimā, quæ reſpicit intellectū, tenebris undiq; oppletā relinquit: quod tunc proculdubio contingit, cùm ipſa contēplatione, & rerū a materia ſeparatarū excellentiſſima cognitione, ueraq; tandē ſapientia prorſus deſtituta corporalīū actionum ſtudio tota ſeſe applicuit implicuitq;, & in eis exercēdis uerſandiſq; ſagax atq; aſtuta eſſe perſpicitur. Et quemadmo-

Animā eandē ad intellectū & corpus, quā Luna ad Solē tenebraſq;, proportionē obtinere demōſtrat.

Diuerſas animæ modò ex intellectu ad corpus, modò ex corpore ad intellectū cōmutationes atq; viciſſitudines exponit.

modū, Luna plena, Soliq; aduersa existēte, Astrologi eius aspectum tunc Soli inuisum & inimicissimū esse arbitrantur: ita cū anima totā lucem, quæ sibi ab intellectu impertitur, ad partem inferiorē corpus respicientē detrudit, intellectui opponi, maximeq; ipsi aduersari, et ab eo quā longissimè recessisse existimatur. Contrarium verò contingit, cū anima lucē ab intellectu sibi cōmunicatā in partem recipit superiorem atq; incorporeā, quæ intellectū ipsum respectat, & cū eo coniungitur, nō secus ac Luna coitus tempestate cum Sole copulatur. Verūtamen anima diuinā illam copulationē assecuta, propterea quòd corporea deserit negligitque, ex parte inferiori ad nos cōuersa vt Luna quædam spiritalis obscura remanet, ac tenebrosa. Anima nāque in rerū à materia abstractarū intimā & vehementem cōtemplationē sublata, & cū intellectu copulata, neq; corporibus prospicit, neq; rerū corporaliū rectè ac prudenter administrandarū vlla prorsus tāgitur cura. Verū ne tota corporea moles quandoq; pereat ac pessundetur, idcircò anima Lunā imitata suā cum intellectu copulationem paulatim deserit, & lucem intelligibilem parti inferiori atq; corporeæ pedetentim communicat, quæ tantum lucis sibi acquirere, quantum superiori detrahere uidetur. Quoniam autem intellectus animæq; perfecta copulatio, & rerum corporaliū

Similitudinē tā coniunctionis, quā oppositionis duorū intelligibiliū, & sensibiliū lumina riū eleganter admodum interpretatur.

prouidētia simul reperiri minimè possunt: hinc fit vt anima exemplum Lunæ imitandum sibi proponens, luce & cognitione sua a rebus diuinis sensim subducta, eam ad res corporeas magis magisque in dies transferat illuminandas atq; recognoscendas; donec in earum prudenti rectaque administratione munus suum perfectè ac cumulatè expleuerit, contemplatione tunc temporis omnino posthabita ac derelicta. In quo quidem Lunam quintò & decimo post coniunctionem die æmulari videtur; cuius partem ad nos vergentem lumine plenam, & partem ad cælum conuersam tenebris oppletam esse videmus. In eo insuper animam Lunæ exemplum referre perspicies, quòd ipsa quoque non secus ac Luna lucem suam inferiori mortalique mundo paulatim eripiendo ad superiorem atque diuinum gradatim eam traducit; donec ad integram illam & intellectualem copulationem corporea parte prorsus obscurata, densaque caligine inuoluta aliquando reuertatur. Eadem igitur ratione lux animæ ex intellectu deriuata, tenebræque ipsius luci opposita; qua lumen Lunæ à Sole receptum, eiusque lumini opposita obscuritas ex vna parte in alteram uicissim permutari atque transferri uidentur. S O. Incredibili quadam admiratione cum maxima iucunditate permixta animum meum affecisti, cùm tam

acutè subtiliterq́ue declararis, quanto artificio uniuersi architectus duorum spiritalium luminarium, intellectus inquam & animæ, imaginem atque similitudinem in duobus cælestibus luminaribus, Sole videlicet ac Luna, expresserit atque repræsentauerit; vt nos corporea, quæ humanis oculis peruia expositaq́; passim existunt, videntes ad spiritalium contemplationem, quæ eis cerni minimè possunt, lumina mentis huic præclaræ visioni quàmmaximè accommodata aliquando attollamus. Verùm ad maiorem & vberiorem doctrinã, sicut tam coniunctionis quàm oppositionis duorum intelligibilium & sensibilium luminariũ similitudinem perfectè exposuisti; de duorum etiam quadratorum aspectuum conuenientia, qui ab Astrologis Lunæ quadrantes appellantur, quorum vnus coniunctionem, alter oppositionem septem diebus interpositis subsequi solet, parumper te loqui desiderarem; vtrum videlicet inter hos duos aspectus, et animæ cõmutationes aliqua similitudo et cõmunis significatio intercedat. PH. *Maximè quidem: tunc enim Luna duos ad Solem quadratos retinere dicitur aspectus; cùm eius media superior, mediaque inferior portio lumen in duas æquales partes sibi diuiserunt. Quapropter Astrologi quadrato aspectui mediocris inimicitiæ & litis significationem tribuere solent:*

Duos Lunæ ad Solem quadratos aspectus duabus animæ cõmutationibus persimiles esse ostendit.

& meritò quidem: cùm enim duæ inter sese contrariæ Lunaris corporis partes, superior videlicet ac inferior, æquè potentes ac luminosæ existant, litigare quasi videntur, quænam ipsarum reliquam lucis sibi deficientis præoccupabit portionem. Pariter etiam cùm lucis intellectualis æqua portio parti animæ obtigit superiori, quæ ratio siue mens nuncupatur, & inferiori, quæ sensibilis dicitur; ambæ de principatu inter sese contendere ac disceptare videntur, vtrum scilicet ratio sensui, an sensus rationi præstabit ac dominabitur. SO. Verùm quomodo duos Lunares quadrantes animæ aptare, & accommodare poterimus? PH. Optimè quidem: nam primus ipsorum coniunctionem subsequitur, & tunc pars inferior superiorem lumine incipit superare. Idem quoque animæ contingit, dum a copulatione ad oppositionem proficiscitur: cùm enim ambas partes lucem æquè participare euenerit, inferiorem superiorem, sensum videlicet rationem deinceps vincere ac antecellere cernes. Alter duorum propositorum Lunæ quadrantum luminarium sequitur oppositionem; & tunc lux superam magis, nobisque incognitam, quàm inferam & nobis conspicuam Lunaris corporis partem incipit illustrare. Idem quoque animæ vsu venire videmus, dum ab oppositione ad intellectualem

lem reuertitur copulationem: postquàm enim vtraque eius portiones æquè luminosæ fuerint conspectæ, inferior pars superiori, sensus videlicet rationi mox cedere ac succumbere cogitur. S O. *Enimuero hæc eorum, quæ superius docuisti, elegantissima appendix prætermittenda minimè videbatur. Perge obsecro ad quatuor Lunæ Solisque benignos, qui supersunt, aspectus, duos inquam sextiles, duosque trinos animæ ipsius cōmutationibus accōmodandos.* P H. *Prior Lunæ ad Solem sextilium aspectuū coniunctionem Luminarium quinque dierum spatio interiecto sequi conspicitur, & amicitiam significat; quia superior globi Lunaris portio absque vlla contentione aliquantulum propriæ lucis inferiori communicare videtur: principatum enim adhuc sibi retinet, & inferiorem lumine antecellit. Idem etiam animæ accidit è copulatione exeunti, quæ tunc parum sui luminis rebus corporeis ad earum vsum impertit, ratione tamen adhuc sensum superante: & propterea corporea tunc tenuiora, atque graciliora euadere conspiciuntur. Quapropter Astrologi huiuscemodi rerū ubertatem, vel penuriam coniectantes sextilem aspectum diminutam, imperfectamq; amicitiam significare testantur. Prior insuper duorum trinorum aspectuū, quibus Luna Solē miratur, de-*

Duos Lunæ ad Solem sextiles, duosq; trinos aspectus quatuor animæ ipsius cōmutationibus perbellè accōmodare uidetur.

decem dierum post conunctionem interuallum requirit; & tunc pleraque lucis portio globi Lunaris partem versus nos sitam & collocatam illustrat, nec tamen superior lumine prorsus destituta reperitur: verùm propter luminis paucitatem inferiori tantùmmodo cedere cogitur. Hunc quidem trinum aspectum anima, dum à primo quadrante ad oppositionem proficiscitur, imitari videtur: etsi enim ratio aliquid luminis tunc sibi retinuerit, pleræque tamen animæ actiones ad corporea referuntur, superiori parte ne minimum quidem reclamante. Et quoniam corporea tunc crescunt atque multiplicantur, idcircò rectissimè Astrologi perfectæ amicitiæ indicium in trinum aspectũ contulerunt. Alter duorum trinorum aspectuum, qui in duobus luminaribus sæpissimè animaduersi & obseruati fuerunt, oppositionem viginti diebus post coniunctionem expletis sequi, & quadratum secũdum præcedere videtur: & iam lux parti superiori, quæ oppositionis tempestate atra & obscura prorsus extitit, mediocriter impertitur; inferiori portione, quæ ad nos vergit, minimè contradicente, quia plerãque lucem adhuc in seipsa conspicit residere. Pariter quoque animam à corporibus, quorum tantùmmodo conseruationi atque profectui antea studebat, aliqua splẽdoris parte ablata eam rationi ac intellectui postea cõmo-

modare videmus, ita vt rerum corporalium vbertate perdurante cum eis radius aliquis intellectualis coniungatur. Et hic secundus perfectæ, absolutæque amicitiæ aspectus ab Astrologis esse existimatur. Alter duorum Solis Lunæque sextilium aspectuum, quos iam proposuimus, quinto & vigesimo post luminariũ coniunctionem die effici, & quadratum secundum subsequi, succedentemq; anteuertere solet coniunctionem. Tunc autem superior Lunaris corporis portio pleraque lucem sibi recuperare existimatur, modico tamen lumine parti inferiori derelicto, ut ipsa nulla habita contentione superiori cedat atque succumbat. Similiter anima, cùm à rebus corporeis ad spirituales conuertitur, rationem sensui non tantùm parem & æqualem, uerùm etiam superiorem sensu nequaquam repugnante efficere potest; qui à lucida rectaque mente directius atque illustratus rerum corporalium necessitatibus satis superque prospicere & inseruire videtur. Verùm quia tunc corporea inania, & tenuia existere conspiciuntur: hac de causa Astrologi rerum euentus diuinantes hunc aspectũ mancam debilemque amicitiam portendere uoluerunt. Post hunc quartum & postremum aspectum amori conciliando non parùm accommodatum, si anima ad spiritalia contendit, diuinam tandem aßequitur copulationem; in quã su-

prema eius perfectio atque fœlicitas, rerumq; corporalium miseria ac diminutio reponitur & collocatur. Non immeritò igitur animam numerum in orbem seipsum mouentē existere Platonici definierunt. Quinimmo numerus animæ commutationum optimè conuenit atq; consentit cum numero Lunarium ad Solem aspectuum, quos septem esse iam demonstrauimus, coniunctione insuper addita tanquam suprema vnitate, quæ septem cōmemoratorum numerorum principium & finis cōmuniter existit; sicut coniunctio quoque septem iam dictorum aspectuū exordium absolutioque esse videtur.

Anima è Platonicorū sententia est numerus in orbē seipsum mouens.

SO. Lunam humanæ animæ artificiosissimū simulachrum existere luce clarius patere arbitror: nunc illud intelligere vehementer desiderarem, vtrū Lunaris Eclipsis animæ quoq; quadrare accommodariq́ue possit. PH. In hoc etiam mundanæ fabricæ architectum solicitum atque diligentissimum fuisse reperies. Eclipsis Lunæ ex terra inter eam Solemq́; ipsi lumen communicantem interposita originem deducere solet: propter cuius quidem terrestris corporis vmbram totum Lunarem globum, ambasq́ue ipsius partes, tam scilicet inferiorem quàm superiorem densissimas atq; horribiles tenebras concipere videmus. Huiusce modi autem obscuritatem ἔκλειψιν Græci, Latini defectionem appellant; propterea quòd am-

Similitudo maxima inter Lunæ animæque ipsius Eclipsim.

ambo Lunaris corporis hemisphæria lumine deficiunt. Idem quoque animæ vsu venire perspicimus, quãdo inter eam ac intellectũ corporea labes, et terrestris impuritas interponitur: tunc etenim anima vniuersum lumen, quod ab intellectu non tantùm in superiorem, contemplatricem, ac spiritalem; uerũetiam in inferiorem, actiuam, & corpoream portionẽ recipere solet, amittit. S O. Quomodo corpus inter intellectum animamque interponi arbitraris? P H. Cùm anima præter æquum & bonũ in corporea, materiæque contagio infecta vergit atque propendet, & in eis non secus ac in luto sordibusque volutatur, rationem lucemq; intellectualem prorsus amittit: nec enim diuina tantùmmodo copulatione defraudatur, & intellectuali contemplatione; verùmetiam ad vitã quandam irrationalem atque ferinam sese diuertisse, prauè & inconsultè agendo, clarissimè ostendit: quinimo nec in uitiis & libidinibus exercendis vllum quãuis exiguum mentis aut rationis radium ei tunc illucescere uidemus. Quapropter anima in tantis miseriis et calamitatibus cõstituta lumine intellectuali deficere, & brutorũ animabus par, & æqualis existere, necnon ferinam induisse naturam meritò existimatur. Vnde de huiuscemodi animabus loquens Pythagoras eas in ferarũ & brutorum corpora transmigrare pronuntiauit. Ve-

Animæ ipsius Eclipsim optimè qui dem interpretatur atque declarat.

Pythagoræ de animarũ nostrarũ in

varia brutorũ corpora migratione ferlegans optimo.

Verũtamen ſicut Luna modò tota, modò eius aliqua pars tantùmmodo obſcuratur: pariter etiam animã intellectualem quandoque lucem prorſus amiſiſſe, quandoque non omnino, ſed aliqua ex parte duntaxat ad ferinos mores prolapſa fuiſſe videtur. Vtut euenerit, ferinũ ingenium uel in tota vel in aliqua animæ portione perſpectum ſummam eius imperfectionem, maximumque defectum arguere ſolet. Quamobrem Dauid ad Deum conuerſus huiuſcemodi ſupplices preces legitur adhibuiſſe. Libera quæſo Domine ab exitio animam meã, ne quandoque in canum perueniat poteſtatem. SO. Hanc animæ deprauatæ, obſcuratæ, atque ferinæ; & Lunæ deficientis à te tam eleganter deſcriptam ſimilitudinem mirificè gaudeo didiciſſe. Id tantùm mihi ſupereſt intelligendum; vtrum aliqua ſimilis ſignificatio Eclipſi quoque Solari, ſicut Lunari forſitan poſſet accommodari. PH. Obſcuratio Solis nequaquam Solare corpus lumen amiſiſſe, ſicut in Lunæ defectu contingebat, ſignificare uidetur: nunquam enim à Sole lux poteſt auferri, quam eius propriam ſubſtantiam exiſtere ſuprà iam diximus: ſed lucis Solaris ĩpedimentũ ad nos potius debet referri, qui propter Lunã inter nos Solemq; interpoſitam eius lucem aſpicere nequimus, & in atris atque obſcuriſſimis tenebris verſamur. SO. Hoc optimè per-

Anima non ſecus ac Luna modò tota, modò quadã ſui parte dũtaxat Eclipſim pati videtur.

Solaris Eclipſis ad nos potius quã ad Solẽ ipſum referri debet.

ci-

cipio. Verùm quid istud cum intellectu conuenientiæ aut similitudinis habet? PH. Pariter quoque intellectus nunquam propria atq; intelligibili luce priuatur uel destituitur, quemadmodum in anima usu uenire pronuntiauimus: lux enim intelligibilis ad intellectus essentiam constituendā necessariò concurrit, qua dempta proculdubio ipse quoq; periret; animæ autem ab intellectu subministratur atque impertitur. Hinc fit ut terrenis ac impuris sensibus inter intellectum animamq; interpositis, ipsa ut Luna quædam spiritalis Eclipsim siue defectum intelligibilis lucis perpetiatur, sicut iam ostendimus, obscuraque remaneat, & in felicissimam miserrimamque vitam in perpetuis tenebris traducat. SO. Solem atque intellectum in eo conuenire, quòd neuter ipsorū verè propriéue lumen amittit, utique assentior. Verùm quam affinitatem aut conuenientiam impedimentum lucis, Lunari globo inter Solem humanosque oculos interposito, nobis allatum cum intellectu potest habere? PH. Quemadmodum Luna inter Solem, nosque terram incolentes interiecta lucem Solarem oculis nostris eripere solet, toto splendore ab eius superiore medietate imbibito; medietateque inferiori, quæ ad nos propendet, omni lumine destituta: ita cùm anima inter corpus & intellectum media intercurrit, & cum intel-

Maxima inter Solarē atq; intellectualē Eclipsim similitudo.

tellectu simul coniungitur ac copulatur; tunc vniuersam intelligibilem lucem in eius partē recipit superiorem, totaque ipsius inferior portio ad corpus propensa obscura remanet ac tenebrosa. Vnde corpus omni lumine destitutum necessariò occidit atque corrumpitur, animaque vinculis abruptis statim ab eo dissolui tur ac liberatur. Et hoc nimirum fœlicissimū illud mortis genus existit, quod ex animæ & intellectus copulatione superius diximus proficisci. Sic vtique sanctissimi ac venerandi nostri maiores, Moyses & Aaron, et reliqui plures diuino numinis fauore occubuerunt: quos omnes sacra volumina Dei ore, hoc est diuinitatem exosculantes occidisse testantur. SO. Similitudo optimè quidem conuenire uidetur, minimeque admirari debemus, quòd anima cū diuino intellectu tam perfectè absoluteque coniuncta & copulata corporeis vinculis adeò facilè soluatur, ac liberetur. Quapropter huiuscemodi Eclipsis corporis tantùmmodo, minimè autem intellectus, qui nunquam mutatur; nec animæ, qui tunc ad maximam fœlicitatem prouehitur, defectus est appellandus: non secus atque Solaris Eclipsis imperfectionem ac defectum potius oculorum nostrorum, quàm aut Solis, qui obscurari minimè potest, aut Lunæ, cuius pars superior ac nobilissima tunc temporis vniuersum lumen Solare exhaurit

Fœlicissimū mortis genus ex animæ & intellectus copulatione proficiscens.

haurit

haurit imbibitq; , significare videtur. Deum supplicibus atq; humillimis precibus obsecremus, vt ad tam fælicem beatumq; finem animos nostros perducat. Verùm qua imperfectione, quo'ue defectu intercedente anima cùm spiritali & diuina propemodum natura prædita existat, tot mutationes suscipit atq; vicissitudines, vt modò ad corpus delabatur, modò ad intellectum conscendat? Lunarium enim commutationum, quæ in illius planetæ partibus tū Solem, tùm etiam terram spectantibus conspiciuntur, rationem in motum localem ipsius Lunæ possum conferre; cuius merito Lunaris globus aliâs ad Solem accedit, aliâs ab eodem recedit. Hæc autem ratio corporum propria animæ spiritali congruere nequaquam videtur. PH. Causa tot animæ commutationum, duplex amor in ea repertus existit. SO. Quo amore animam affici, vel qua ratione eum duplicem esse dicis? PH. Cùm summa & excellentissima forma ac pulchritudo in diuino resideat intellectu; anima, quam splendorem ex intellectu emanantem verè possumus appellare, maximæ illius pulchritudinis, ex qua originem deducit, vehementissimo capitur amore, & ei tandem adhærendo ac innitendo postremam fælicitatem sibi acquirere studet; non secus ac fæminam, vtpotè imperfectam marem, a quo propriam expectat perfectionē, diligere, eiusq;

Ratio, cur tam mundi quàm ipsius hominis anima tot commutationes, modò ad intellectum ascendendo, modò ad corpus descendēdo, suscipere videtur; in geminū amorem, quo flectet anima & intellectum, &

corpus ipsum prosequitur, est conferenda.

copulationem appetere passim videmus. Huic primæ amoris speciei alia statim succedit, qua anima corporeum mundum sibi subiectum, vt mas fæminam dicitur adamare; vt videlicet ipsum perficiat pulchritudinem, quam superiori amore correpta ab intellectu accepit, ei impartiendo ac imprimendo: quasi anima intellectus pulchritudinem iam conceptam corporeo mundo parere ac reddere velit: vel pulchritudinis semina sibi cōcredita in corporeū orbem tanquā in fœcundissimū aruum iaciat dissipetq́;: vel quasi peritissimus artifex intellectualis pulchritudinis speciebus formisq; iam acceptis rudia deformiaq; corpora exornare atque perficere studeat. Hoc autem nō solùm animæ mundi ad diuinum intellectum relatæ in maximo orbe, sed etiā animæ humanæ cum proprio intellectu comparatæ in orbe exiguo vsu venire videmus. Cùm igitur anima nostra gemino afficiatur amore, & inclinationem maximam atq; propensionem tùm ad intellectus singularem pulchritudinem omnium cæterarum formarum originem summam, tùm ad varias differentesque pulchritudines in corporibus expressas atque formatas retinere conspiciatur: aliquādo cōtingit vt ipsa intellectualis pulchritudinis vehementissimo amore correpta amatoriæ inclinationis, quam ad corpus gerere solet, penitus obliuiscatur, adeò vt ab eo omnino

nò discedat ac separetur: quam quidem animæ à corpore solutionem mors illa fœlicissima ex copulatione originem deducens concomitari solet, quemadmodũ suprà iã diximus, cùm de Solari Eclipsi fuimus locuti. Quandoque verò oppositum accidere videmus, quòd anima corporeæ pulchritudinis immoderato nimioque amore allecta ac delinita excellentissimum illum formæ intellectualis amorem prorsus deserat ac derelinquat, & à supremo intellectu tam longè recedat, vt corporea tota reddatur, & lucem speciemq; intellectualem vniuersam amittat; sicut superius Lunarem Eclipsim pertractãtes satis superq; iã demõstrauimus. Aliâs autem anima vtrũque, intellectualem atq; corporeum amorem exercet: uel ambobus ad mediũ & æquale temperamentũ redactis; & tunc ratio cum sensu de principatu contendit, quemadmodum duos Lunæ ad Solẽ quadratos declarantes aspectus supra exposuimus: vel anima ad alterum duorum cõmemoratorum propẽdet amorum; sicut de quatuor amicis aspectibus, duobus scilicet trinis, & duobus sextilibus sermonem habentes iam explicuisse videmur. Cùm autem ipsa in intelligibilẽ vergit amorẽ: si ad eum parũ declinat, sensu adhuc repugnante atque recalcitrante, tunc virum continentem vocamus: si verò multùm in eundem propendet, sensu quiescente atq; consen-

Differentia inter continentẽ ac tẽperantẽ, & item inter incontinentẽ atq; intẽperantẽ.

ſentiente, virum illum temperatum nuncupamus. Quòd ſi anima ad corporeum diuertet amorem, contrariũ continget: ſi enim ad eum parùm deflectet, & intellectus ſenſui obſiſtere conabitur, vir incontinentis appellationem ſortietur: ſi verò nimium in eundem procurret, intemperantis nomine malè audiet. S O. *Hæc ratio animæ commutationum ex duabus eius tùm in intelligibilem, tùm etiam in corpoream pulchritudinem ſpeciebus amoris deſumpta mihi ſummoperè quidem probatur. Et hinc nimirum arbitror euenire, quòd ſicut inter homines duo varij diuerſique reperiuntur amores: pariter etiam duæ differentes ac diſſimillimę inter ipſos pulchritudines conſpiciantur, intelligibilis ſcilicet atque corporea. Præterea id quoque perſpicio, quantum intelligibilis pulchritudo corporeæ præſtat, & quàm ſatius meliusque ſit intellectum, quàm corpus formoſum reddere atque venuſtum. Id inſuper à te requiro, vtrum Lunæ quoq; tanquã animæ cuidam corporeæ hæ duæ, quas iamiam commemoraſti, amatoriæ propenſiones, tùm ad Solem, tùm ad terram queant accommodari; vt tantò audacius Lunam animæ perfectum abſolutumque exiſtere ſimulachrum aſſeuerare poſſimus.* P H. *Vtique. Amor nanque, quo Luna Solem ipſum proſequitur, a quo lux, uita, & uniuerſa perfectio ſibi conueniens; pro-*

Geminus Lunæ ſius amor, unus udẽ in Solẽ ut

proficiscitur, fœmina in marem studium repræsentat: quo quidem amore ut plenè absoluteq; potiatur, ad Solem conueniendum & amplectendum celeri concitatoque gradu properare uidetur. Lunam insuper mundum quoque inferiorem atq; terrenum ut marem fœminam adamare quiuis nostrum facillimè perspicere potest, ut scilicet ipsum lumine & influxu à Sole acceptis cõpleat pficiatq;. Quapropter Lunares uicissitudines maximã cum animę cõmutationibus similitudinem & conuenientiam habere cõperiuntur, quarũ exemplis ob uerbosam & prolixam orationem effugiendã supersedere optimum erit. Id tantùmmodo, antequam huic materiæ finem et modum imponã, addere libet: quòd sicut anima duplici amore affecta lucem ab intellectu in corporeũ mundũ traducit; ita quoque Luna gemino amore inducta lucem Solarem in mundũ inferiorẽ detorquet.

fœmina in marẽ, alter verò in mundũ inferiorẽ atque terrenũ ut maris in fœminã.

SO. Egregiè quidem in suprema manu huic tã arduæ difficiliq; materiæ imponẽda te gessisti, & omnibus meis difficultatibus ac postulatis abũdè nimirũ satisfecisti. PH. Propter adductas rationes concedendũ'ne iã tibi uidetur animum nostrũ uehementissimo amore ac desiderio ad alicuius obieecti acrẽ contẽplationẽ abreptũ sensus, omnesq; simul corporeas uirtutes deserere posse? SO. Maximè quidẽ. PH. Temerè igitur iniusteq; me prĩcipiò insimulasse et cri-

minata fuisse videris: cũ enim me acri cogitatione à sensibus abstractũ atq; abalienatũ Sophia iãdudum esse sensisti, mens omnibus animæ viribus ac facultatibus ad sese vndique conuocatis contractisque ad pulcherrimæ formæ tuæ elegantissimum simulachrum acriter contemplandum adeò erat intenta, vt uisu, auditu, omniq; propemodum motu simul desertis ac derelictis, eaque motionis tantummodo specie retenta, quæ brutis quoque animãtibus communis existit, me in eam partem agebat impellebatq;, quam antea mihi attingendam proposueram. Quapropter te potius quàm me incusare deberes, quæ tibi ipsi fores occluseris, aditumq; obstruxeris. S O. Verũtamen in eo saltem iniurius esse videris, quòd imaginẽ meã mihiipsi censeas esse præponendam. P H. Hoc te mirari minimè decet, quia animi mentisque intima affectio oculorum externam commotionem longè superat atque præcellit: ea nanque cùm vsque ad sepositas reconditasque mentis latebras penetrarit, vniuersum absolutumque interiorum animi mei facultatum imperiũ sibi assumpsit vendicauitq;. Verùm id tibi Sophia manifestum, minimeq; dubium existere debet; quòd si tui formosissimum ac elegantissimum simulachrum nullum tibi ipsi aditum præstat aut derelinquit, alterius rei imaginem in suam longè minus recipiet vel admittet societatem.

SO. Trucem atq; austeram ò Philo me effingere efficereq; videris. PH. Quin potius auaram ambitiosamq; te esse censeo, quæ nō solùm cætera omnia; sed & me mihi, & te tibiipsi summo studio auferre eripereq; conaris. SO. At ea saltem ratiōe me tibi vtilem & salutarem esse fateberis, quòd animū tuum à tristibus ac diris ad lętas mitioresq; cogitationes transferam, atq; traducam. PH. Quinimo te mihi pestiferā potius, & quāmaximè exitialem arbitror esse. SO. Cur? PH. Cur inquis? Quasi nouum quid proferam aut incredibile. Quin id etiā insuper addo, te adeò lethali ueneno animum meum infecisse, vt vix vllam medicinā ad ipsum euomendum satis aptam siue accommodatam queam excogitare. Sicut enim uenenum imbibitum mox rectà ad animantiū vitæ mediam ac munitissimā arcem proficiscitur oppugnandam; nec inde, quousque omnes spiritus in ea residentes consumpserit, vnquam discedit: & arteriarum pulsibus paulatim compressis, & extremis corporis partibus sensim frigefactis, animantis postremò vitam labefactat atque dissoluit; nisi doctus fortasse experiensque medicus remedium aliquod potens & opportunum miserrimo ægroto de uita periclitanti anteà admouerit: Pariter quoque tui expressa solidaque imago, quam in adyta mentis iam sentio penetrasse, omnibus

Inter uenenū & Sophiæ imaginē Philonis menti vehementissimè impressam perelegans similitudo.

animi mei facultatibus atque spiritibus undique ad sese in unum locum coactis, numquam inde gradum relatura esse uidetur: quinimo uitam mihi prorsus resçinderet & abrogaret; nisi tua species exterius circũfusa spiritibus sensibusq; recreatis atq; refectis, nec non corpore è faucibus mortis erepto, uitam mihi differret atque produceret. S O. Cùm igitur me tibi salutarem medicinam afferre pronuntiaui, nequaquam mendax uideor fuisse: si nanque mei absentis imago lethale uenenum tibi exhibet degustandum, ego præsens deinde antidotum propinando uitam tibi uideor resarcire. P H. Interpretationem quandam à ueritate longè remotam excogitasti: te namque prædam potius ex sæuissimis imaginis tuæ manibus ac uiolentis extorsisse dicendum esse existimarem, & hac ratione iniuriam aditum atque ingressum obstruendi denegandíque tibi illatam egregiè ulta fuisti: neque te ulla beneuolentia aut charitate, sed timore potius inductam uitæ meæ stamina iudico protulisse: ipsis nanque intercisis lethalis quoque ueneni, quod mihi bibendum olim tradidisti, uires exitiales iãdudum cõsumptæ exhaustæq; fuissent: unde cùm iuges ac perẽnes cruciatus mihi studeas inferre, imaginis tuæ uirus me statim opprimere conficereq́ue nequaquam assentiris: dolor enim eò maior, quò diuturnior existere so-

Dolor eò maior, quò diuturnior.

solet. SO. Aenigmata tua explicandi, & pugnantes seu dissentientes inter sese, quas protulisti, sententias concordandi atque conciliandi nullam rationem ò Philo possum excogitare: aliâs nanque diuinam & a te vehementer expetitam, aliâs autem prauam veneficamq; mulierem me esse asseueras. PH. Vtrunque verum existit: & ambo scito simul posse in vnum conuenire: hoc nanque exitiale venenum a diuina, tibiq; insita proficiscitur natura. SO. Quis ex bono malum vnquam oriri intellexit? PH. Hoc quidem contingere potest, verùm indirecta quadam, & obliqua ratione, propter inexplebilis scilicet appetitus interiectionem. SO. Quo pacto? PH. Tuæ egregiæ eximiæq; formæ diuina potius quàm humana species sese oculis meis primùm exhibet conspiciendam: verùm quia acris & inextinguibilis desiderij ardentissimas quasdam mihi faces admouere videtur, quamprimùm internas animi mei facultates attingit, mox in perniciosum et furiale conuertitur virus. Quapropter quantò forma tua præstantior ac excellentior existit, tantò magis rabidi & furentis desiderij vestigia impressa mihi relinquit. Tu præsens deinde saluberrimi antidoti munere fungens tantùmmodo mortem proximam existentem repellis, vitamq; multis miserijs, periculisq; circunseptam producis; non tamen haustum

Ex bono malum quādoque proflue re potest, indirecta quadam tamen & obliqua ratione.

haustum venenum, nec infusos iam cruciatus expellere vales; quin potius ambobus cibum viresq; suggerendo ipsorum vtrunque viuum diu incolumeq; conseruare summopere studes: cùm enim te rursus sentiam adesse, vitæ metam a me vehementer quidem exoptatam attingere nequeo; vbi omnium mearum ardentium cupiditatum fœlicissimum terminum, & huius ærumnosæ laboriosæq; vitæ suauissimam nimirùm quietem inuenirem. S O. Satis superq; de hac animi mẽtisq; alienatione te existimo locutum fuisse, neque ego vberiorem huiusce rei explicationem requiro: ad maiora nanque, præstantioraq; te accersiui. P H. Quænam? S O. Eorum, quæ bis mihi pollicitus fuisti, obsecro recordare, amoris videlicet originem, diuinamq; ipsius progeniem recludendi, nec non amantium diuersas actiones variosq; effectus, qui ex amore deriuantur, interpretandi. Nunc tempus certè commodum & opportunum, vt promissis satisfacias, esse videtur; eoq; magis, quia te liberum solutumq; omni occupationum, atque negotiorum genere superius esse dixisti. Ad promissa igitur exequenda accingere, atque absoluenda. P H. Ea certè nunc rerum mearum conditio existit, vt alia insuper nomina potius efficere, quàm iam facta persoluere debeam. Quapropter si mihi faues, ad noua potius nomina

nima facienda, quàm vetera expedienda profectò me adiuuabis. S O. Ecqua res tibi deest? P H. Vtique, & ea maximi certè momenti. S O. Quænam? P I. Nulla re profectò magis indigeo, quàm vt remedium salutem'ue seuissimis animi mei tormentis & cruciatibus tãdem impetrem atque inueniam. S O. Vis'ne stultum fortasse, at fidele saltem a me consilium accipere? P H. Nec consilium a te requirere, nec opem tuam vnquam desinam implorare. S O. Si exiguum quid tibi iam commodatum bona fide reddideris, longè maiora, cùm vsus poposcerit, tibi homines credent: qui enim facilè expeditéq; mutuò iam sumptas pecunias soluisse conspiciuntur, alienarum facultatum atque substantiarum domini haud immeritò esse videntur. P H. An parum quid te postulasse arbitraris? S O. Parum certè, si ipsum cum petitionibus tuis conferatur. P H. Cur? S O. Quia longè minus faciliusq; existimatur, quod potes, præstare; quàm ea, quæ nunquam tibi euenient, tam vehementer appetere atque sperare. P H. Hæc vtique ratio te, vt prior mihi opem salutem'ue afferres, adducere deberet; eoq; magis, quòd tunc beneficia inter nos vicißim permutata paria, mutuaq; existerent: vnusquisque enim, quod suppetit possidetq;, alteri dare; quoque caret indigetque, ab altero accipere natura ita suadente

dente

dente præcipitur. S O. *Hac ratione nec debitum persoluere, nec gratiam inire dicereris: sentio nanque te nouo quodam atque inusitato exemplo, quod iam promisisti, nunc mihi vendere statuisse. Verùm his dolis atque fallacijs omissis debitum iam contractum modò persolue: deinde qua ratione mutua beneficia conferri collocariq; debeant, si videbitur, docebis.* P H. *At multa sæpe debemus, quæ tamen nunquam polliciti sumus.* S O. *Quodnam huiusce rei adduces exemplum?* P H. *Amicos iacentes, & graui aliqua calamitate oppressos proprijs opibus erigere ac subleuare nonne debemus?* S O. *Gratia quidem, non debitum hoc tam insigne beneficium propriè vocari deberet.* P H. *Gratia diceretur, si huiuscemodi officium peregrinis præstaremus ac alienis: verùm id in amicos collatum debitum est nuncupandum; secus infideliter, auarè, ac inhumanè nos gereremus.* S O. *Etsi hoc debitum appellari fortasse concederemus; nunquam tamen te negaturum existimo, quin debitorum illud, quod antea promisimus, ei, quod nunquam polliciti sumus, sit preponendum, eoque prius soluendum.* P H. *Neque hoc tibi concedendum esse iudico: id enim prius potiusque debet persolui, quod debitum merito propriæ naturæ, etsi nulla omnino promissio intercesserit, existit; quàm id, quod propter antece-*

Multa sæpe debemus, quæ tamen nunquam polliciti sumus.

Amicos graui aliqua calamitate oppressos subleuare, debitum potius quàm gratia esse uidetur.

Debitū haud promissum indebitæ pollicitationi nimirū præponi debet.

antecedentem pollicitationem debiti posteà nomen sibi arrogauit: nanque debitum haud promissum indebitæ pollicitationi proculdubio est præponendum: verbi causa (vt exemplum aliquod afferam proposito nostro satis accommodatum) tu ærumnis ac laboribus meis salutarem opem exhibere, nostra familiaritate ac necessitudine hoc pium et misericorde officium a te exigente, profectò deberes; etsi hoc nunquam te facturam promisisti: at quod exponendum ac interpretandum in me iam recepi, non debito vllo; sed vrbano quodam & liberali ingenio adductus tibi spopondi: neque hoc scire tua plurimum refert, nec enim de vita aut salute periclitaris, verùm ex familiarissimis nostris collocutionibus mens tua duntaxat nonnullam voluptatem eruditionemque fortasse percipere solet. Quod igitur nulla quanuis antecedente mihi debes pollicitatione, longè magis quàm id, quod ego liber atque solutus liberali tantùmmodo & placido quodam genio me adhortante tibi spopondi, exactionem efflagitare atque vrgere videtur. SO. Solam promissionem, nulla alia quanuis interueniente obligatione, debitum efficere semper existimarem. PH. Quinimo debitum solum potius tacitam promissionem supponere, etsi nulla solennium verborum conceptio intercessit, rationi magis consonum esse iudicarem.

Haud uocalis promissio debitū, sed debitum solum potius tacitam quandam promissionē efficere ualet.

SO.

SO. Etsi res ita sese haberet, non'ne me amoris cognitionem dũtaxat sciétiamq; requirere te autem eiusdem vsum & commercium appetere sentis? Quis autem contemplationem atque scientiam rerum earum vsui & exercitationi preire negabit? Cùm actiones humanæ a ratione semper dirigantur, & perpendantur? Quoniam igitur de amoris essentia atque communitate satis iam locutus fuisti; imperfecta & manca oratio tua certè videretur, si eius originem & effectus, vtrunque certè maximi momenti, silentio inuolueres ac præterires. Quapropter, quod reliquum est, statim aggrediendo iam inchoata perficere & absoluere, meeq́ue uoluntati morem gere: stude: si nanque, vt sæpius dixisti, me vero honestoq́ue prosequeris amore, te animum potius quàm corpus amaturum; nec me tam ardua præclaraq́ue cognitione defraudaturum vnquam esse existimo. Et si verum quoque fateri libet, hoc te mihi debere tùm propter rem ipsam, tùm etiam propter antecedentem pollicitationem proculdubio concedes. Quapropter tu prior debiti aggredere solutionem: & nisi ego deinde exemplum tuum fuero secuta, tunc me auaritiæ atque ingratitudinis iurè insimulabis. PH. Tecum Sophia diu contendere minimè possum: cùm enim me omnes tibi vias effugij salutis'ue præclusisse censebam, tu nouam

nouam quandam ac inopinatam effugiendi rationem excogitasti. Quapropter me tibi morem gerere oportet, quod ea de causa potissimùm arbitror euenire: quia ego amantis, tuáque amatæ rationem obtinuisse videmur: & tuæ quidem partes, leges mihi imponere; meæ verò eas quàm diligentissimè custodire, atque obseruare existunt. Et iam ad meas partes agẽdas accingebar, atque ad amoris originem explicandam, eiúsque effectus pertractandos eram descensurus: nisi scrupulus quidam iniectus animum meum ambiguum ac perplexum reddidißet, quo pacto videlicet in vtroque propositorum describendo me geram; vtrum scilicet amoris laudes exponere ac prædicare, an eius potius immanitatem insectari debeam & increpare. Amoris quidem summa admirandáque potentia, vt ipsum laudem; eius verò seuitia atque crudelitas mihi in primis nimiúmque cognita, vt eundem vituperem, efflagitare videtur. SO. Nulla siue laudis siue uituperij habita ratione, ueritatem tantùm modo sequere: hac sola nanque ratione ne minimum quidem flagitium seu errorem unquam cõmittes. PH. Nocentem laudare & extollere iniustum quidem, potentem uerò insectari atque lacessere periculosum existit. In maxima nunc utique uersor ambiguitate, nec quid agam scio. Quoduam horum Sophia minus malum

Amantes amorẽ ipsum nec laudare, nec uituperare profectò debent.

malum futurũ existimas? S O. Tolerabilius semper uerũ, quàm falsum existere iudicarẽ. P H. At multi securũ periculoso anteponẽdũ esse arbitrãtur. S O. Philosophũ te ipsum uenditas, & ueritatem dubitas efferre? P H. Et si mendacem esse uirum probum ac studiosum minimè decet, nec quauis aliquod emolumentum ex eo perciperetur; attamen ueritatem cum periculo ac detrimento coniunctam audacter pronuntiare imprudens sæpe ac temerarium existit: uerum etenim, quod prolatum authorem ipsum lędit offenditq́ue, dissimulatum atque occultatum prudentiam; expositum uerò atque reclusum temeritatem plerunque significare uidetur. S O. Veri proferendi timorem nunquam honestum esse iudicarem. P H. Neque ego ueritatem ipsam, sed damnum, quod ex ea prolata mihi fortasse eueniret, reformido. S O. Cùm amor, ut sæpè dixisti, te ita malè & inhumanè tractauerit, quid eum amplius times? quodnam ipse nouum aut intentatum malum tibi potest inferre? quas'ue prætereà inexpertas ac prætermissas insidias tibi tendere potest? P H. Insolitam aliquam timeo puniẽdi rationem. S O. Quodnam tibi nouum, insolitumúe fore uereris? P H. Ne quod olim Homero fertur accidisse, qui in amorem inuectus oculorum lumen amisit, mihi quoque eueniat, paueo. S O. Hunc

Philosophus ueritatem profiteri, ipsamq; audacter proloqui debet.

Homerus in amorem inuectus oculorum lumen amisit.

uanum

vanum & casum excute quæso timore: amor namque nulla prorsus a te iniuria accepta vindendi sensum tibi iam ademisse videtur, qui modo hac præteriens oculis adapertis me videre discernere ue nequaquam potuisti. P H. Si propterea quod de grauissimis iniurijs, dirisq; cruciatibus ab amore illatis admotisq; mecum tacitus tantummodo ipse doleo, Cupido cæcitatem mihi interminatur: qua ratione, si de ipsius laudibus aliquid palàm detrahere audebo, eũ in me sæuiturũ existimas fore? S O. Homerus, cùm amorẽ de se nũquam male meritũ infamaret atque traduceret, iurè quidem arrogantiæ ac temeritatis suæ pœnas dedisse existimatur: verũ si tu inimicissimũ inuisumq; tibi numen insectaberis, meritò facere id quidem videberis, cùm ipsum te adeò inclementer & inhumanè tractasse omnes intelligant. P H. Tyrãni in reos atq; nocẽtes impetu quodã animi potius, quàm ratione ducti animaduertere solent: vnde amor, nec iniuria quidẽ, me nunc eius imperio subiectũ longè sæuius & crudelius, quàm Homerũ omni seruitutis genere quondã liberũ solutumque tractaret: siq; celebrẽ diuinumq; olim poetam tanquam arrogantem tantummodo adeò seuerè castigauit, multò grauiores atrocioresq; pœnas mihi omnium minimo vtpote arroganti simul iniunget, atque rebelli. S O. Quinetiam si Cupidinem tibi irasci & succensere

Tyrannorum mos atque consuetudo

succensere intelliges, quæcunque in eum contumeliosè inuectus protuleris, mox te mentitum esse fateberis, & supplex veniam misericordiamque implorabis. P H. *Tu me salutis incertum dubiumque periculum facere velles, quemadmodum Stesichorus olim fecisse narratur:* S O. *Quid Stesichoro fertur accidisse?* P H. *Poeta contra Helenæ & Paridis amorem dicitur olim cecinisse, & ambos amantes grauiter vituperasse. Quapropter cùm eodem supplicio, quo Homerus, affectus esset, & oculorum lumen amisisset; cęcitatis suæ causa, quæ Homero incognita fuit, deinde perspecta, carmina mox primis contraria in gratiam & laudem amoris Helenæ Paridisque composuit; & hac ratione celebris ille Poeta a tanta miseria atque calamitate, in quam imprudens incurrerat, sese dicitur liberasse, & visum statim recepisse.* S O. *Iam, quodcunque libet, tibi licet effutire: amoris enim placandi, & eius iram minasque effugiendi rationem a Stesichoro optimè didicisse uideris.* P H. *Huiusce rei periculum facere nunquam tentabo: longè enim sæuius atque crudelius me nunc quàm Stesichorum olim amor vtique castigaret: nec immeritò quidem, cùm seruorum noxæ atque delicta ad maiorem iram dominos prouocare, acerbiusq; ab ipsis uindicari quàm cæterorum conspiciantur. Verùm in hoc sapientius,*

Stesichorus, propterea quòd i Cupidinis iram imprudens incurrisset, oculorum lumine amisso, mox cum Deo reconciliatus uisum statim recepit.

Seruorum errata acerbius quàm cæterorum a dominis uindicari consueuerunt.

pientius, quàm eorum vtrunque me gerere decreui: de amoris nanque origine, ipsius Genealogia ab alto repetita, modestè & honorificè in præsentia tantùmmodo loquar. De eius verò bonis, ac prauis actionibus ne uerbum nunc quidem attingam: ne uel timidè amorem laudando, uel audacter eundem uituperando in formidolosi aut temerarij fortasse nomen incurram. SO. Te tam insignem & præclaram materiam imperfectam relinquere profectò nollem: quemadmodum enim amoris principium ex eius origine pendet, ita finis ipsius eiusdem effectibus terminatur. Quapropter si amoris defectus exponere paues, eius saltem laudes ne intactas relinque. Hac fortaße ratione Cupidinis gratiam aucupari, eumq; tibi tandem beneuolum reddere poteris: qui nanque in puniendo seueriores eße conspiciuntur; in gratijs concedendis, & beneficijs conferendis liberales plerunque existere solent. PH. Hanc liberalitatem, ueras debitasque laudes Cupidini tribuendo, ab eo forsitan poßem sperare: verùm ex laudibus fictis, & temporis gratia simulatis seuerã potius animaduersionẽ, quàm liberalem retributionem mihi persolui par esset. SO. At potentioribus assentari plerunq; oportet. PH. Si illis, qui in nos beneficia contulerunt, obsecundare turpe existimatur; quãtò turpius ijs, a quibus plurima incõmoda atq; innume-

Seueri in puniendo, in gratijs postea concedendis, & beneficiis conferendis liberales plerunque existere solent.

innumerabiles contumelias accepimus, blandi ri futurum putas? S O. *Animi tui perturbatione, & grauissima inter te & amorem contentione prætermissa, illud saltem obsecro mihi declares; quænam actiones amoris plures esse dicantur, bonæne ac laudabiles, an malæ atque vituperabiles.* P H. *Si veram potius quã perturbatam responsionem tibi afferre voluero, plures longè atq; præstantiores virtutes, quàm uitia in amore dicam reperiri.* S.O. *Si igitur tùm quantitate, tùm etiam qualitate laudabiles amoris effectus prauos ac vituperabiles antecellunt, ne retice, né'ue dubita: gratiam enim potius ac beneuolentiam ipsius sua maxima plurimaq; beneficia in uniuersum orbem collata prædicando captabis, quàm eius minora pauciorăq; maleficia attingendo numinis iram in te concitabis: eoq; præsertim; quia cùm amor quoque (ut fama perhibet) in numero cælestium ac spiritalium Deorum reponatur, ueritatem odisse minimè debet; quæ cũ ipsa diuinitate cõnexa, coniunctaq; semper esse, omniumq; Deorum germana existere prædicatur.* P H. *Hodiernum diem in amoris origine diffusè & copiosè pertractanda tantummodo consumemus: aliàs autem eiusdem tam bonas quàm prauas actiones, si uidebitur, explicabimus: tumq; forsitan morem tibi gerere, & quæcunq; mentem subierint, audacter proferre*

Laudabiles amoris effectus tùm quantitate tùm etiam qualitate, prauos ac uituperabiles antecellũt

ferre decernam. Quòd si fortè fortuna tantam in loquendo libertatem amori inuisam esse atque odiosam sensero; ueritatem ipsius sororem, teque simul eodem prognatam, & Veneri eius matri quàm simillimam, tanquã duo media ad lites nostras dirimendas, infestumque mihi numen placandum quàm maximè accommodata, interponam. SO. *Pro tanta fide, quam in me ostendis habere, tibi maximas & innumerabiles gratias ago; & meam operam, ac interpositionem liberaliter tibi promitto. Verùm ne diem uanè ac inutiliter consumemus, iã propositã aggredere disputationẽ. Dic igitur, utrum amor olim genitus fuerit, quando in lucẽ prodierit, ubi ortus esse dicatur, qui talẽ ac tãtum Deum genuere parentes; & ad quẽ usum strenuus iste, antiquissimus, & celeberrimus* Imperator *natus fuisse putetur.* PH. *Nõ minus scita, quàm breuis et elegans hæc interrogatio de amoris origine, quã in quinq; mẽbra diuisisti, esse uidetur: quæ quidem singula me, ne imprudens quando que errarem, repetere simul ac dilucidare optimum fore censeo.* SOPHI. *Quin me rectè intellexeris, nequaquam est dubitandum. ex huiusce modi tamen dilucida repetitione non mediocrem percipiam uoluptatem.* PHI. *Primùm utrum amor olim genitus, & aliunde quondam profectus fuisse*

Quinque Sophiæ de amoris origine postulata.

Quinque horum de amoris origine postulatorum [illegible] uis simul atque dilucida repe[illegible]

fuisse, an ingenitus esse, nec ab vllo superiori ori ginem unquam traxisse, existimari debeat, sci scitaris. Deinde amoris ortu concesso, quando in lucem prodierit; & vtrum eius successio atque origo æterna, an temporaria fuerit; & si temporaria esse admittatur, quando incepit, vtrum scilicet mundo exordiente, & sub cõmu nissimam illam rerũ omnium procreationem, an posteà percontaris. Tertiò locum tam illustris præclariq; ortus requiris: & quinã trium mundorum, utrum videlicet infimus ac terrestris, an cælestis atq; sydereus, an potius spiritalis, hoc est angelicus diuinusque nobilissimum hunc infantem primus exceperit, intelligere cu pis. Quartò eius parentes cognoscere exoptas; utrum scilicet ipse ex solo patre, an ex vnica matre, an potius ex ambobus simul iunctis & copulatis prodierit: & cuiusnam loci ac ordinis eius parentes esse dicantur, vtrũ videlicet diuinam, an humanam, an aliam quandam sapiant redoleantq; naturam: nec non ipsorum quoq; parẽtum genealogiam originemq; liben ter addisceres. Quintò & postremò finem exor tus amoris, & ad quem ille vsum in mundum editus ac introductus fuerit, requiris: nec imme ritò quidem, cùm finis excellẽtissima illa causa esse dicatur, propter quam omnia tempori & mutationi subiecta in lucem edita, genitaque fuerunt; & finis rei genitæ primùm a producente

...s causarum ...n excellentis-

tente intendatur, etsi postremò ab ipso genito acquiratur. Rectè'ne ac memoriter ò Sophia quinque de amoris origine a te modò propositas ambiguitates uideor recitasse? SO. Maximè. Ego quidē controuersias dirimendas breuiter impliciteq; duntaxat proposui: tu verò ita eas dilatasse & explicuisse uideris, ut ex hoc maximam spem subtiles ac miras solutiones addiscendi animo ac mente conceperim. Sicut enim vulnera patefacta, & diligenter perspecta melius faciliusque sanantur: ita quoque distinctæ, & explicitæ difficultates cōmodius perfectiusq; terminantur. Rem igitur alacriter aggredere a me uehementer quidem expetitam. PH. Ignorare Sophia minimè debes, cū quæstiones, quæ ad originem amoris attinent, posuerimus examinandas, ipsum prius esse supponi, mox quænam sit eius essentia ad memoriam reduci oportere. SO. Amorem existere manifestū quid esse censeo: quinimo vnusquisq; nostrum ipsum esse frequenter experitur; & neminem arbitror inueniri, qui huiusce animi affectionis expers aut uacuus prorsus existat: qualem uerò ipse essentiam obtinuerit, cùm de amore & desiderio superioribus diebus uerba fecisti, satis superq; declarasse uideris. PH. Te essentiā amoris fateri, eiusq; uires sensisse maximè gaudeo: uerebar nāq; ne tu fortasse inexperta ratione aliquā amorē existere demonstrantē

Amorē existere vt res quædam apud oēs quàm maximè manifesta pro comperto supponi debet.

monſtrantem a me efflagitares, quod quidem frigidæ, minimeq; ad amãdũ propenſæ perſonæ, ſicut te eẽ iactabas, difficillimè nimirũ perſuaderi poſſet. SO. Hac in re aliquam partem laboris tibi videor ademiſſe. PH. Amoris eſſentia præſumpta atque conceſſa, quæ ad ipſius eſſentiæ pertinent cognitionem, nudiustertius a nobis tam copioſè ac diffuſè pertractata è memoria'ne tibi exciderunt? SO. Minimè. Attamen, niſi tibi graue fuerit aut moleſtũ, pergratum mihi facies, ſi ea, quæ ad amoris eſſentiam declarandam in primis conducunt, compendioſè repetieris; vt quæ de eius origine te dicturum promiſiſti, melius & expeditius deinde intelligere queam. PH. In hoc quoque non ſecus ac in cæteris morẽ tibi libétiſſimè geram: ſed ea, quæ diximus, vix ſatis recordor. SO. Memorem poſteà te eſſe profiteris. Si rerum tuarum ita facilè obliuiſceris, quomodo aliena mente retinere poteris aut conſeruare? PHIL. Si memoria alienis tantùmmodo rebus intenta prorſus addictaque exiſtit, quo pacto mea curare aut recordari valebo? Et ſi meiipſius tam facilè obliuiſcor, qua ratione ſuperiorem diſputationem recordabor? SOPH. Mirum quidem uidetur ea, quæ tunc ita promptè excogitaſti atque dixiſti, è memoria nunc tibi penitus excidiſſe. PHILO. Cùm

tecum id temporis colloquebar, mens rationes componebat, & lingua iam cogitata uerbis exprimebat: verùm oculi & aures alio quodam contrarioque modo simul operantes tuam formosissimam speciem unà cum decoris gestibus, compositisque verbis, & suauissima illa tua venustaq; loquendi ratione in animum me um tunc importarunt atque introduxerunt, quæ quidem omnia memoriæ tenacissimè radici tusque adeò impressa fuerunt, vt in hodiernũ vsque diem eorum uestigia conspiciantur atque perdurent. Hæc mea tantũmodo, meaq; aliena prorsus existimari debent. Si ea, quæ modò enumerata à te proficiscuntur, quispiam intelligere uellet, ipsa promptè ac memoriter vtiquam exponere possem. At eorum, quæ ex mente memoriaq; per os iam egressa elapsaue mihi fuerunt, quicunque voluerit, recordetur.

SO. *Quomodocunque res sese habeat, veritas vna semper eademque existit. Si uerum igitur nudiustertius fueris locutus, etsi memoria eiusdem repetendi nunc tibi deficiet, mens tamen eandem ueritatem linguæ iterum suppeditabit.*

PH. *Hoc certè fieri posse affirmo: uerũ modus, dispositio, ac ordo aliqua ex parte variabitur; & nonnulla insuper, quæ tum à me dicta è memoria postea mihi exciderunt, fortasse prætermittentur.*

SO. *Quomodocunq; tibi libuerit, facito: formæ nanque seu dispositionis va-*

varietas, dũmodo sententia eadẽ prorsus ex stat, parũ meo quidẽ iudicio refert. Ego quoq; rerum tuarũ fidissima custos & conseruatrix, quæcũque te propter memoriæ defectũ uel omisisse vel permutasse sensero, addere aut emendare haud grauabor. PH. Postquã quid amor existit, intelligere tam vehementer exoptas, eum tibi plana, & cõmunissima quadam ratione definire tentabo. Amor igitur cõmuniter sumptus desiderium alicuius rei dicitur esse. SO. Hæc definitio plana quidem, et perspicua existit: sed breuiorem vtiq; amorem desiderium tantũmodo significare dicentes, eam reddere possemus. Cũ enim ipse desideriũ esse dicatur, necessariò alicuius rei desideratæ existere intelligitur: nam amorem quoq; ad rem amatã semper referre solemus. PH. Verum qdem ais: dilucida tamen rei cuiuscũque explicatio vituperari minimè debet. SO. Ita est quidem. At cũ tu amorem cõmuniter desiderium esse definieris; omnem amorem desideriũ, omneq; desideriũ amorem existere necesse est fatearis. PH. Vtique: definitio nãque cum definito semper conuertitur, & amborũ æqualis idéque ambitus semper existit. SO. Quomodo igitur amorem non semper desideriũ esse olim dixisti? Ei nempè rationi innixus quòd amor sæpe ad ea, quæ sunt, atque à nobis iam possidentur, refertur: quemadmodũ cùm parentes, libe-

Amor cõmunissima rõne sumptus desideriũ alicuius rei existere definitur.

Definitio & definitum unà semper conuertuntur.

rcs

ros, præſentem valetudinem, iamq́; acquiſitas diuitias dicimur adamare. Deſiderium uerò ſemper ea reſpicere ſolet, quæ aut non ſunt; aut ſi exiſtunt, nondũ à nobis habentur: quæ enim deſunt, non exiſtentia, vt exiſtant; & non habita vt habeantur, paſſim deſiderare homines conſpiciuntur. At res vel perſonas adamatas ſemper eſſe, plerũque etiã à nobis poſſideri videmus. Ad ea verò, quæ nullatenus exiſtunt, nunquã inducimur diligenda. Quo pacto igitur, ſententia quaſi mutata, omnem amorem deſiderium ſignificare nũc affirmas? PH. Ex hoc alterius inſuper rei recordatio animum ſubit, quòd amorem alia quadã ratione quã deſiderium ſuperius definiuimus: deſiderium enim voluntarium affectũ rem, quæ bona exiſtimatur deficitq́;, exiſtendi, aut ipſam habendi: amorem autẽ voluntariã affectionem re, quæ bona iudicatur, & deeſt, coniunctiſſimè fruendi tunc diximus eſſe. Verũ id poſtea ſuperaddidimus, etſi deſideriũ ad ea, quæ nobis deſunt, frequenter referatur; ipſum tamen non ſecus atq; amorem aliquem exiſtendi modum ſupponere: quãuis enim res exoptata nobis deficere dicatur, apud alios tamen, vel in ſeipſa niſi actu, poteſtate ſaltem exiſtit: & ſi vera ſolidaq́; eſſentia fortaſſe ei fuit denegata, imaginariã ſaltẽ obtinet, quæ ipſi innititur menti. Præterea demonſtrauimus, etſi amor rerum iam habitarũ ſæ-

Amor & deſiderium diuerſis quibuſdã definitionibus ſuperius deſcripta deſignataq́; fuerunt.

Deſideriũ nõ ſecus ac amor aliquẽ exiſtendi modum: & item amor non ſecus ac deſideriũ nõnullam rerũ ipſarũ priuationem ſupponit.

ſæpenumero eſſe conſpiciatur, ſemper tamen ip ſum quoq; non ſecus ac deſideriū aliquem earum ſupponere deſectum. Quod quidem contingit, uel quia amans nondum perfectam rei amatæ copulationem fuit aſſecutus; & idcircò amat appetitque cum ea perfectè coniungi: uel quia amans etſi amatam rem poſſideat, eaque in præſentia fruatur, futura tamē ipſius tunc certè caret fruitione, & propterea eā appetit. Quapropter re diligenter perſpecta atq; examinata, deſiderium & amor idem eſſe cōperiuntur: etſi quotidiana, & trita loquendi conſuetudo uarias, differenteſque conditiones vtriq; eorum tribuere uidetur, quemadmodū tute dixiſti. Vnde ſub calcem primæ illius diſputationis amorem deſiderium rei amatæ abſolutiſsimā coniunctionem aſſequendi exiſtere determinauimus: & rationē inſuper, cur omne deſiderium amor, omniſq; amor deſideriū eſſe dicatur, aſsignauimus. Quare in eadem ſententia perſtantes amorem cōmuni, imo modo acceptum, deſiderium alicuius rei exiſtere nunc definimus. SO. Cùm amor & deſideriū duo differentia nomina exiſtant, quę res quoq; varias ac differentes ſæpenumero ſignificare cōſpiciuntur; cur ambo in ſenſu dixeris conuenire, non video. Quāuis enim eadē res & amari & expeti poſſit: duæ tamen propoſitę voces duas diuerſas, diſtinctaſq; animorum noſtrorū af-

Amor, & deſideriū idem penitus eſſe cōperiuntur.

Amor deſideriū rei amatæ abſolutiſsimæ coniūctionis aſſequēdæ exiſtere definitur

affectiones, quæ in eodem versantur, significare videntur: cùm vna ad rem diligendã, altera ad eandem appetendam eos impellat. PH. *Loquendi iam inueteratam consuetudinem te in hanc sententiam arbitror induxisse. Inuenti sunt etiam nonnulli recentiores Theologi, qui inter vtrũque propriam quandam & ingenitam differentiam posuere, amorem desiderij principium & originem esse dicentes: itáque propterea quòd rem primùm amamus, paulatim deinde eam expetere incipimus.* SO. *Qua nam isti ratione persuasi amorem desiderij principium esse arbitrantur?* PH. *Primùm amorem quandam animi nostri rei, quæ bona existimatur, approbationem esse definiunt: deinde ex huiuscemodi approbatione rei placitæ desiderium aiunt excitari: quod quidem desiderium ad rem amatam tanquam ad propositum sibi finem properat, atque contendit. Quapropter amorem principium appetibilis motionis existere tandem concludunt.* SO. *Amor, quem isti grauissimi viri intellexisse videntur, est eorum tantùmmodo, quibus caremus, quæque minimè possidemus: hæc enim sola motus posteà consequitur desiderij. At de rerum, quas iam acquisiuimus & possidemus, amore, qui principium motus ipsius appetitus existere minimè potest, quidnam isti senserunt?* PH. Si-

Theologi nõnulli recentiores duabus rationibus potissimũ adducti propriã quandã atq; ingenitã differentiã inter amorẽ ac desideriũ posuerunt.

Duæ species amoris ab iis Theologis constitutæ, quarum una desiderium præcurrit, altera autem subsequitur ipsum.

Sicut rei nobis deficientis amorem rei adamatæ ab animis nostris factam approbationem, & principiũ appetibilis motionis esse definierunt: ita quoque rei iam acquisitæ, quam nos possidemus, amorem nihil aliud quã gaudium & voluptatem, quæ ex rei adamatæ percipitur fruitione, & finem terminum'ue, sive vltimam appetibilis motionis quietem existere dicunt. S O. *Amorem igitur in duas species isti diuisisse videntur: quarum altera expetibilis motionis initium, & rerum nondum possessarum existit; altera verò gaudij & voluptatis finis terminusq́ue, & rerum iam possessarum dicitur esse. Hæc autem postrema species amoris cùm desiderio succedat, ab eo nimirùm distingui seiungiq́; videtur. Prior verò à desiderio, cùm vtrũque circa res, quibus caremus, versetur, haud tãtum differre conspicitur ac separari. Euidentiori'ne aliquo insuper argumento harum duarum animi perturbationũ, amoris scilicet ac desiderij, dissimilitudiné atque discrimen præclarissimi isti viri confirmarunt?* P H. *Aliã quoque rationem ad suam sententiã corroborandã adduxerunt, quę cõtrarijs duarũ propositarũ innititur affectionibus, atq; inter sese quã plurimũ differẽtibus. Amori nãq; odiũ, & desiderio fugã rei odio habitæ opponi arbitrantur. Quapropter sicut amorem desiderij, ita odium fugæ initium existere vo-*

volunt: Et quemadmodū odium, ac fuga duæ sunt animis nostris ingenitæ affectiones, ut mala declinemus: ita amorem ac desiderium duos oppositos animorum nostrorum affectus, ut bona prosequamur, existimant esse. Insuper addunt, quòd sicut gaudium et voluptas amoris ac desiderij finis existit, ita tristitia ac dolor odij & fugæ causa debet existimari: Et quemadmodum spes inter amorem ac desideriū, & inter gaudium ac voluptatem media intercedit (spes etenim futura semotaq; bona, gaudium verò et voluptas bona præsentia atque coniuncta respectare dicuntur) pariter quoque timor inter tristitiam siue dolorem, & inter fugam odiumq; medius collocatur: timor nāq; futura & longinqua respicit mala, tristitia verò ac dolor malorū præsentium & proximorum existit. Quāobrem nuper cōmemorati Theologi ab amore desideriū omnino separant atq; distinguunt: tùm ab eo, quem desiderij principiū esse iam statuerunt, & approbationem appellarunt: tùm etiam ab eo, quem desiderij finem terminumq; esse dixerunt, & gaudium voluptatemq; nuncuparunt. S O. Hæc desiderij, ac amoris differentia à grauissimis istis viris excogitata acuta quidem, atque ingeniosa videtur: uerū cur tu Philo istorū sententia neglecta, spretaq; authoritate amorem & desideriū idem esse contendis? P H. Ipsi quoque uoca-

bu-

bulorum decepti varietate, & communem errorem secuti easdem animi affectiones distinguere atque ingeminare laborant. S O. *Quomodo?* P H. *Amoris ac desiderij, quorum substantia conuenit, essentias differre predicant: & inter rei nondum habitæ, & iam comparatę amorem, qui vnus idemque prorsus existit, nouam quandam ac ridiculam differentiam excogitarunt.* S O. *Situ quoque amorem nostram rei adamatæ approbationem, a qua mox desiderium proficiscitur, esse concedis; quin amor à desiderio tanquam motus initium ab ipsomet motu distinguatur, negare profectò minimè potes.* P H. *Approbatio rei nobis dilectę non amor, sed amoris causa non secus ac desiderij existimari debet: amor enim nihil aliud quàm rei placitæ, seu nobis probatæ desiderium significare videtur. Quapropter approbatio cum desiderio coniuncta amoris ingreditur definitionem, secus autem minimè. Amor igitur & desiderium re ipsa vnum idemque existunt, amboque rei nobis placitæ approbationem precedentem supponunt: Et sicut desiderium, si motum id libet vocari, est animi motio ad rem ipsam expetitam: pariter quoque amor animi motus ad rem ipsam amatam debet existimari. Approbatio autem vtriusque motionis, tam amandi quàm expetendi, commune principium exi-*

Theologorũ cõmemoratorũ, qui amorem & desiderium duas varias differentesq; animorũ nostrorũ affectiones esse dixerunt, sententiam omnino reijcit atque explodit.

existit. SO. Si amor ac desiderium penitus conuenirent, nunquam eorum contraria diuersa esse dicerentur: at amori odium, & desiderio fugam clarissimè opponi videmus. PH. Neque hoc vtique veritatis vnquam admitteret studiosus: fuga etenim corporis actio non desiderio quidem, sed prosecutioni desiderium sequenti contraria existit: desiderio nãque voluntatis alienatio, quæ cum odio amori contrario in vnum concurrit, propriè vereq; opponitur. Quapropter ipsa quoque non secus ac eorum contraria vna eademque inter sese penitus erunt. SO. Amorem & desideriũ, quem admodum eorum quoque contraria in substantia vtique sentio conuenire: at rerum iam habitarum, & nondum cõparatarum amores diuersi quidem ac differentes, sicut prædicti Theologi existimarunt, esse videntur. PH. Videntur quidem, non tamen diuersi existunt: amor nãque eorum, quæ possidemus, nec est voluptas ex fruitiõe, nec lætitia ex possessione percepta, sicut illi falsò arbitrantur. Rei quidem possessor amatæ ex ipsamet possessione non mediocrẽ quidem lætitiam percipit ac voluptatem: at gaudiũ, siue lætitia, & voluptas non idem prorsus cum amore debent existimari: amor nãq; motum, vel motus saltem principium; gaudiũ verò atque voluptas motionis quietem, finem, terminumq; significare videtur. Quinetiam

Desiderio non fuga quidẽ, sed uoluntatis potius alienatio propriè vereq; opponi uidetur.

Amor à gaudio, lætitia, ac uoluptate quàm maximè differre; & vnus idemq; cũ desiderio penitus esse uidetur.

EE op-

oppositos ordines hæc habere conspiciuntur: amor etenim ab amante ad rem contendit amatam: gaudium verò è re amata in ipsum derivatur amantem; eoque magis, quòd gaudium quidem præsentem rei possessionem, amor autẽ eius absentiam & privationem supponit; & cum desiderio coniunctus, idemq; semper esse reperitur. S O. *Verũtamen res quoq; à nobis possessas, quibus minimè caremus, diligere dici solemus.* P H. *Præsenti quidem earum haud possessione caremus, sed de eius stabili perpetuaque ambigimus permansione, & hac vtiq; dicimur certitudine carere: quã quidem præsenti haud contenti possessione vehementer appetimus atq; amamus. Vnde fit, vt præsens possessio nobis gaudiũ afferre dicatur & voluptatem, futura autem nos desiderio atque amore afficere videatur. Quapropter tam rei iã acquisitæ, quã nondum cõparatæ amor idem cũ desiderio prorsus existit; à voluptate autem & gaudio quã maximè differt: quem admodũ dolor quoque aut tristitia ab odio, animiq; alienatione differre conspicitur: dolore nanque ex præsentibus proximisque, odio verò ex futuris atque longinquis afficimur malis.* S O. *Quem igitur ordinem his animi affectionibus assignandum esse arbitraris?* P H. *Principem locũ amor & desiderium bonorũ obtinuisse videntur; quibus malorum odium, animiq; ab ipsis alie-*

Nonnullarũ animi nostri affectionũ mirificus ordo.

alie-

alienatio opponũtur. Amori & desiderio spes deinceps succedit, quæ ad futura bona, & à nobis seiuncta refertur: cui quidem timor opponitur, qui futura separataq; à nobis mala respectat. Siquando autem amori ac desiderio spes ipsa adiungitur, mox ad bonum à nobis adamatum impellimur prosequendũ: quemadmodum odium animiq; alienationem timore concomitante, ad malum odio à nobis habitum effugiendũ statim concitamur. Finis tandem est lætitia, et voluptas ex præsenti coniunctoq; bono percepta: quibus dolor atq; tristitia, quæ ex præsentibus proximeq; admotis malis sentiuntur, opponi videntur. Hæc animi affectio postremo loco aduemens, gaudium videlicet ac voluptas ex bonis percepta, primò à nobis intenditur: propter lætitiam nãque atque delectationem assequendã amare, expetere, sperare, & prosequi bona solemus. Quapropter ea tandem habita atque obtenta animus fælicissimam nanciscitur quietem; eamq; præsentem diligere, atque vt in posterum perpetuò aut diu saltem conseruetur atque permaneat, vehementer expetere videtur. Quapropter rectè philosophantes amoris ac desiderij essentiam semper & omnino vnam, eandemque existere tandem dicamus: etsi homines loquendi vsum iam receptum sequentes aliquã amoris speciem desideriũ potius quàm amorem, aliquã

Amoris & desiderij essentiam vnam eandẽq; penitus esse concludit.

vero amorem potius quàm desiderium appellare frequenter audimus. Neque hæc duo tantùm uocabula, uerùm alia insuper unà cũ istis idem significare conspiciuntur: quod enim amamus, affectare quoque, diligere, optare, appetere, uelle, & desiderare tandem dicimur. Quæ quidẽ omnia uocabula, cæteraque similia, etsi eorum vnoquoque ad unam potius quàm ad alteram amoris speciem utimur exprimendam: tamen substantia eadem existunt, idemq; re ipsa penitus significare uidẽtur; eorum scilicet, quæ nobis desunt, commune & uehemens quoddam desiderium: Quod enim iam possidetur, quatenus possidetur, nõ amplius appetitur nec amatur: sed amari appetiq; dicitur, propterea quòd in mente sub boni specie uersatur. Vnde nisi est, ut extra mentem similiter atq; mente, & actu eadẽ ratione sicut potestate reperiatur: et si actu fortasse existit, nec tamen à nobis possidetur, possessionẽ ipsam: et si fortè fortuna eam possidemus, constantem perpetuamq; ipsius fruitionem, quæ quidem futura fruitio nondum est, nobisque tunc deest, expetere dicimur & amare. Hac ratione pater, filiusq; sese mutuò diligere conspiciuntur: qui quidem mutua alterius consuetudine & incolumitate semper in posterum, sicut in præsentia, frui desiderant. Similiter quoque incolumus ualetudinẽ, & diuitias copiosus solent adamare: nec enim ea-

Plura ac differentia noĩa cũ amore in vnũ eundẽq; sensum concurrẽtia enumerat.

Amoris ac desiderij plures differẽtesq; gradus, quorum unus alteri statim succedit.

earum dũtaxat incrementum, sed futurã quoque præsenti similem expetunt fruitionem. Amorẽ igitur nõ secus ac desideriũ ad ea, quæ nobis aliqua desunt rõne, referri sẽper oportet. Vnde Plato amorem sempiternæ bonorũ possessionis appetitionẽ existere definiuit, quo quidem sempiternitatis nomine grauissimus ille Philosophus continuũ defectum eleganter admodum & aptè significauit. SO. Etsi amorẽ aliqua continuę defectionis species concomitetur, rei tamen essentiã ipse supponit: amor etenim semper rerum existentium, sicut desiderium semper rerum nobis deficientium, sæpè etiam non existentium esse videtur. PH. Amorem rerũ existentiũ esse uerè quidem dicis: quod enim omnino essentia caret, cognosci minimè potest: ignotum autem qua ratione unquã diligetur? Quòd autem desiderium rerum nullatenus existentium, vt existant, esse subiungis; nec absolutè, nec simpliciter uerum esse existimo: quod enim nusquam reperitur, cognosci; quodque cognosci non ualet, desiderari minimè potest. Quod igitur expetitur, à mente prius apprehendi; quodque in mente uersatur, extra mentem quoque oportet reperiri, nisi actu, saltem potestate, in suis uidelicet causis latitante: secus enim cognitio nostra mendax, et inutilis esset. Quapropter amorem cum desiderio prorsus in unum conuenire tandem

Amor è Platonis sentẽtia sempiternæ bonorũ possessionis appetitio existere definitur.

Tam amor, quàm desideriũ rerum amatarũ, expetitarũq; aliquem existẽdi modum supponit.

dem est concludendum. SO. Amorem desiderium esse; & circa ea, quorum, etsi aliquem existendi modum ipsa participent, uel præsens possessio, vel futura fruitio nobis deest, uersari optimè declarasti. Verùm ambiguitas quædā me suspensam adhuc perplexamq; reddit: quã uis enim omnem amorem desiderium esse concessero, non tamen omne desiderium amorem existere admittam: amor nãque ad viuentia tantùm, ea'ue, quæ aliqua ratione nos perficere valent; verbi causa ad incolumitatem, virtutem, diuitias, sapientiam, honorem, & gloriam diffundi extendique uidetur: huiusce modi enim omnia tùm amari, tùm etiam expeti solent. Verùm multa insuper alia, pluraq; accidentia, necnon plures actiones reperiuntur; quæ cùm nobis deficiunt, nunquam diligi, sed expeti tantùm dicuntur. PH. Ne vocabulorum diuturnus vsus te decipiat, etiam atq; etiam vide: vulgus nãque frequenter nomine amplam, & communem significationem habente ad vnam tantùmmodo suarum specierum exprimendam vti consueuit: quod in amoris quoque nomine vsu venire videmus. SO. Aliquod huiusce rei quæso profer exemplum. PH. Equitis nomen ad quemcunq; virum quadrupedi insidentem significandum à priscis excogitatum fuit: verùm vsus posteà introduxit, vt hoc nomine ij duntaxat, qui in eque-

Vulgus frequenter noīe amplā et cōmunē significatione habente ad vnam tantūmodo suarū specierum exprimendam uti consueuit: quod quidē in amoris quoque noīe vsu uenisse cōperitur.

questribus pugnis cõmittendis experti & agiles existere perspiciuntur, nuncupentur. Pariter etiã mercatoris nomen vnicuiq; emptori indifferenter conuenire existimatur: at ipsum ij tantũmodo nunc sibi assumpsisse & vindicasse videntur; qui auaritia suadente emendi vendendiq; artem exercent ac profitentur. Sic vtique (ut unde digressi fuimus, tandem reuertamur) amor cùm sit nomen quoddã cõmune ad omnia, quæ expetuntur, significanda quàm maximè accõmodatum, ad dignas tantũmodo personas, resq; insigniores dũtaxat, quæ nobiliorem atq; stabiliorem cæteris essentiã obtinuerunt, referri solet: reliqua autem, quæ inferiorem & obscuriorem eßentiã consecuta fuerunt, etsi reuera diliguntur; non tamen diligi, sed expeti tantũ pronuntiantur. Quãuis enim me rem nondum existentèm amare minimè dicam, vt tamẽ existat, amabo: et si eam nondũ fui aßecutus, vt ipsam assequar, me diligere vtique pronuntiabo: hæc enim propria quoque expetentis intentio existere solet, vt nisi res sit, ipsius essentiam, & nisi habetur, ipsius possessionem exoptet appetatq;. Verũtamen amor, cùm excellentissimum quoddam nomen esse videatur, ad iam existentes personas, & ad res insigniores tantũmodo, quæ nos perfectos reddere possunt, à nobisq; iam possidentur, præcipuè refertur. Reliqua autem nos appetere po-

tius, optare, ac desiderare; quàm amare, affectare, seu diligere dicemus: ea nanque superioribus longè præstantiora, stabilior aq; amoris obiecta esse videntur. Quinetiam vulgus amoris nomen rebus ipsis; desiderij verò earum generationi & acquisitioni, etsi amborũ vna penitus eademq; significatio existit, aptare ac tribuere consueuit. SO. Propositæ ambiguitati cumulatè quidem satisfecisti: & fateor vtique apud homines amorem, & desiderium in unum penitus conuenire atq; concurrere. Verùm quid de brutorum genere sentiendum esse arbitraris? Quæ cibum, potum, coitum, & libertatem, cùm ipsis carent, uehementer appetũt: sola uerò præsentia, quemadmodũ liberos, matres, feminas siue mares, & custodes atq; nutritios suos diligere cõspiciũtur. PH. Quinetiã bruta quęcũque desiderant, habere diligunt: & quæcũque amant, ea nũquã amittere expetũt. Quapropter amor cũ appetitu ac desiderio omnino cõsentire conuenireq; uidetur. SO. Verũtamen ego aliquem afferã tibi amorem, quem desideriũ uocare minimè poteris. PH. Quem obsecro? SO. Diuinũ inquã amorẽ. PH. Quinimo ille desiderij nomen plus quã quiuis aliorũ meretur, cùm diuinitas ipsa lõgè uehemẽtius quàm cæterorũ quodcũq; à studiosis & amantibus sui expetatur. SO. Haud me intellexisse uideris: nec enim de nostro in Deũ ipsum, sed de

Apud bruta quo que amor & desideriũ in unum prorsus conuenire videntur.

Amor noster in Deum nunquam ardẽti quo iam desiderio destitutus reperitur.

de Dei in humanum genus, & uniuersa, quæcunque ille procreauit, loquor amore: te enim superiori hesternaq; disputatione dixisse recordor, Deum, quæcunque produxit, mirificè adamare. Hunc quidem amorem aliquem supponere defectum nũquam te dicturum opinor; cùm Deus omnium perfectissimus, nulliusque rei prorsus indigus esse dicatur. Quòd si a defectu quanuis exiguo diuina abhorret natura, nihil unquam profectò desiderabit: desiderium nanque rerum nobis deficientium esse tute iam concessisti. PH. Magna quidem, imò maxima potius & difficillima aggrederis. Quodcunq; enim Deo nobisque communiter tribuere homines solent, id non minus differentes atque longinquos recipit sensus, quàm eius diuina & altissima a mortali infimaque distat natura. SO. Quod significare intendis, clarius obsecrò & dilucidius interpretare. PH. Tam hominem quàm Deum bonum ac sapientem existere frequentissimè dicimus: sed tantum diuina bonitas ac sapientia humanæ dissimilis, ipsaque excellentior esse prædicatur, quantum Deus humanum supereminet genus. Pariter etiam diuinus amor in ea, quæ procreata fuerunt, diuinumque desiderium nequaquam cum humano conferri debet. Ambo enim si nobis tribuũtur, animi affectiones quædam existunt, & alicuius rei priuationem supponunt: at si ad Deum

Vox omnis, quæ Deo & hominibus communiter attribui solet, ut bonitas, sapiẽtia, amor, desiderium, & huiuscemodi alia, differentes habet dissimilimasque significationes.

Deum referuntur, summæ omnium rerum, absolutæque perfectiones esse uidētur. SO. Hoc utique credo: uerùm te ad superiorem difficultatem explicandam propius accedere uellem. Si nanque Deum amore ac desiderio præditū esse concedis, ipsum quoque amare ac desiderare necesse est fatearis: si autem desiderium in Diuinam cadit naturam, quod aliqua ratione sibi deficit, Deus profectò desiderabit. PH. Deum amare & expetere uerè nimirum dixisti: non tamen quod sibi deficit, cùm nulla rei ille prorsus indigeat; sed quod rei sibi gratissimæ potius deest, expetere est iudicandus. Deus etenim omnium rerum, quas ipse procreauit, desiderat perfectionem; eamq; præsertim, quā illę actionū suarū, propriarumq; operationum beneficio consequi possunt: uerū causa, ut de humano genere tanquam cæteris nobiliori loquamur, studiosarum merito actionum, & doctissimarum altissimarumque contemplationum interuentu. Quapropter Diuinum desiderium nec Deum pati, nec ipsum alterius indigere supponit: quinimo ille propter suam ingentem perfectionem amat, expetitq; ut quæ ab ipso procreata fuerunt, uel summum perfectionis sibi debitæ ac deficientis gradum attingant, uel ea iam habita & acquisita, nulla penitus interturbante molestia, perpetuò fruantur. Ad quem quidem finem consequē-

dum

Amor diuinus. Diuinumque desiderium nullum prorsus Dei ipsius, sed rerum potius ab eo procreatarum defectum atque imperfectionem significare uidetur.

dum ut res creatæ melius faciliusq́; pertingãt, Deus nullum auxilij, nullumq́; commodi genus eis præstare recusat. Ecquid ista ô Sophia tibi respõsio satisfacit? S O. Placet quidem, haud prorsus tamen satisfacit. P H. Quid uis amplius? S O. Quidnam, ut Deo amorem ac desiderium propter aliorum defectus, cùm ipsi nihil omnino deficiat, tribuamus, nos inducit, profectò intelligere uellem. Hoc enim iniquũ utique impiumq́; uidetur. P H. Hanc rationem, Deos amore prorsus esse destitutos; & amorem neque Deum, neque Ideã in supremo repositam intellectu existere, Platoni scitò persuasisse. Cùm enim amor desiderium pulchri deficientis ab eo esse definiatur: Dij, qui pulcherrimi, & nullius rei prorsus indigere dicuntur, amare minimè possũt. Quapropter grauissimus ille Philosophus amorẽ magnũ quendã dæmonem inter Deos et homines medium existere pronuntiauit: qui laudabiles hominum actiones, eorũq́; purgatiores spiritus ad Deos, nec non Deorum munera & beneficia ad homines transferat, atque traducat: hæc enim omnia amore intercedente fieri uidentur. Vnde Philosophus amorem non actu pulchrum; tũc enim pulchritudinem nec expeteret nec amaret, cũm quod præsens possidetur, expeti nunquam dicatur: sed pulchrum potestate existere, et præsentẽ atq; actualem pulchritudinem expetere

Platonis sententia, qui amorem a diuina natura secludens eum magnum quendam Dæmonem inter Deos & homines medium esse pronuntiauit.

Amor è Platonis sententia haud actu quidem, sed potestate tantùm modo pulcher existit.

expetere ac adamare existimauit. Quãobrem amorem uel inter pulchrũ turpeq; mediũ,uel ex ambobus cõpositũ: quemadmodum potestas quoq; uel media inter eßentiam existere & priuationẽ,uel ex utraq; cõponi prædicatur, è Platonis sententia dicendũ esse uidetur. SO. Cæterũ cur tibi Philo Platonis studiosissimo tanti Philosophi sententia, ratioq; haud probatur? PH. Neutrã ipsarũ sequendã esse duco, propterea quòd (ut Aristoteles magistri placita impugnans affirmat) etsi Platonis sumus amici, ueri tamen amiciores esse debemus. SO. Verùm cur tanti viri sententiã deseris atq; relinquis? PH. Quoniã eum pugnantia locutũ fuisse cõperio, cũ ipse aliâs illos, qui diuinã pulchritudinẽ acriter contemplantur, diuinã amicitiã assequi quoq; testetur. Vidisti'ne vnquam Sophia amicũ ab amico non amari? Quin etiam Aristoteles in libris Ethicorũ studiosum ac sapiẽtẽ virũ fælicẽ existere, et Dei amicũ euadere & a diuino numine tãquã ei persimilẽ adamari proferre non dubitauit. Præterea sacra uolumina Dei iustitiã passim cõmendãt; Deũq; iustos, necessariosq;, atq; amicos suos quàm maximè diligere; nec non bonos Dei filios esse, & a Deo tanquã filios a parente adamari confirmant. Quomodo igitur me Dei in ea, quæ ipse procreauit, amorẽ existimas negaturum? SO. Authoritates, quas pro Diuino amor adduxisti

Amicus Socrates, amicus Plato, amicior ueritas ipsa. Plato, qui amorẽ a diuina seclusit natura, & ueritati repugnasse, & sibimet quoque contradixisse uidetur.

Amorem diuinæ conuenire naturæ et ratione demonstrat, & authoribus quoque confirmat.

ſti, nō parui quidē exiſtūt momenti: ſed niſi rationibus fulciantur, mox ruituræ eſſe uidentur. Neq; ego, vt, qui diuinū introduxerint amorē, mihi referres: ſed vt rationē, qua ipſi impulſi Deo amorē tribuerūt, explicares, a te requiſiui, præſertim cùm amorē a diuina alienū eſſe natura diuini Platonis grauiſſima authoritate, fortiq; ratione pauloante cōfirmaris. PH. Ratio in ſuper, quæ, vt diuino numini amorē tribuamus, nos perſuadet, adduci quidē poteſt. SO. Eā obſecro explicare ne tibi moleſtū, ne'ue graue uideatur. PH. Deus vniuerſa iā procreauit. SO. Maximè. PH. Et eorū eſſentijs cōſeruandis ſemper incūbit: ita vt ſi minimo tēporis momento ea deſereret, oīa ſtatim corruerent, et ad nihilū redigerentur. SO. Vtiq;. PH. Deū igitur verum, cōemq; omniū parentem; qui natos primū procreauit, eosq; iā genitos ſumma cura, diligētia ue deinde cuſtodit atq; conſeruat; eſſe cōcedis. SO. Parentis nomen Deo verè proprieq; exiſtimo cōuenire. PH. Dic obſecro, niſi pater prolē appeteret, liberos'ne vnquā procrearet? et niſi iā genitos filios maximo proſequeretur amore, tātā'ne diligētia ac ſolicitudine eos forſitan cōſeruaret? SO. Rectè Philo dixiſti: & Dei in res ab eo procreatas amorem rerū procreatarum tùm mutuo, tùm etiam in Deum amori, nō ſecus ac parentum in filios charitatem fratrum mutuæ, & natorum in parentes beneuolentiæ, longè anteponendum eſſe perſpicio.

cio. Verùm id mihi nunc quoque dubium restat, quod nullum amorem, nullumque prorsus desiderium video reperiri, quod rei duntaxat amatæ ab ipsomet amante conceptum defectum supponat, quemadmodum tu de diuino loquens amore iandudum dixiße videris. Aliquod'ne tibi inferiorum amorum succurrit exemplum, quod amatæ tantùmmodo rei, minimè autem amantis defectum supponit? PH. Amor ipsius Dei in ista inferiora a patris in filium, præceptoris in discipulum, studiosorumque inter sese amicorum amore vtiq; refertur, atque repræsentatur. SO. Quomodo? an fortè similitudinem in eo versari contendes, quòd pater filio, & amicus amico perpetuò frui desiderant? Hoc utique te haud arbitror dicturum: huiuscemodi nanque desiderium perpetuæ fruitionis defectum ex parte amantis supponit, qui quidem defectus in Deum minimè cadit. PH. Nuper commemorata similitudo etsi nec in huiuscemodi amore, aut desiderio uersatur: in eo tamen sita esse uidetur, quòd paternus amor in omni liberis deficiente fœlicitate expetenda consistit; qui quidem amor defectum in liberis adamatis, nequaquam autem in patre eos diligente perspectum ac animaduersum supponit. Pariter quoque magister discipulorum uirtutem ac sapientiam exoptat; quæ discipulis tantùm, minimè autem præceptori deesse conspiciuntur. Similiter

Amor Dei in ea, quæ ipse procreauit, patris in filiũ, Præceptoris in discipulum, studiosorumque amicorum amori persimilis esse videtur.

militer etiam amicus alteri amico deficiētem, ut ille eam consequatur, eaq; semper fruatur, fœlicitatem exoptat. Illud tamen inter diuinum, & caducum amorem intercedit discrimen: quòd tres iam commemorati amantes, propterea quòd mortales existunt, quando eorum desideria explentur atque perficiuntur, lætitiam quandam cum uoluptate coniunctam tunc primùm acquirunt. Hoc autem in Deo usu minimè uenit: nec enim nouam aliquam lætitiã, aut uoluptatem, aliãue animi perturbationem, nec nouam ullam prorsus commutationem ex recenti eorum, quæ ipse procreauit, maximoque amore prosequitur, sentit sibi'ue acquirit perfectione: cùm Deus omni perturbatione siue perpessione liber atque solutus, nulliquе prorsus commutationi obnoxius esse; & ingenti lętitia, gaudio, ac uoluptate perpetuò & cumulatè frui existimetur. Hæc tantùmmodo diuino numini differentia attribui solet, quòd eius splendidissima rutilansq; lætitia longè magis in perfectis ipsius liberis atque amicis quàm in imperfectis refulgere conspicitur.

Amor diuinus in quo ab humano, mortalique differt amore.

SO. Egregiè quidem & diuinè tam egregiam diuinamque materiam pertractasti. Verùm quo pacto Platonem obsecrò Philosophorum principem, qui amorem a diuina seclusit natura, excusabimus ac defendemus? PH. Eam duntaxat amoris speciem, de qua in conuiuio

Quænam amoris species ex mente Platonis atque Aristotelis Deo optimo maximo potest accommodari, quæque minimè.

Plato disputauit, quæ scilicet amorem hominibus tantùmmodo impertitum continet atque complectitur, a Dei alienam esse natura Philosophus uerissimè quidem pronũtiauit: at communis ille & genericus amor, de quo nunc sermonem habemus, a Deo prorsus excludi, & separari minimè potest. S O. Hanc differentiam distinctius dilucidiusq; te mihi uellem interpretari. P H. Plato in Symposio de ea amoris specie, quæ in amante tantùmmodo, nequaquã autem in amato terminari apud homines reperitur, disputasse uidetur: hæc enim amoris nomen sibi princeps conspicitur uendicasse. Altera uerò species, quæ in re terminatur amata, amicitia potius, & beneuolentia rectius, quàm amor nuncupatur. Priorem amorem Philosophus iurè quidem pulchritudinis desiderium existere definiuit, ipsumq; a Diuina merito separauit natura: quicunque enim pulchritudinem appetit, ea utique caret, nec pulcher ulla ratione uocari potest. Deus uerò, cùm omnium pulcherrimus, quin potius summum pulchrum existat, nulla pulchritudinis quanuis exigua indiget portione, eamque appetere nequit. Quamobrem huiuscemodi amor in Deo minimè reponendus esse uidetur. At nos, qui de amore communi amplissimaq; ratione sermonem habemus, tam eum, qui in amante terminatur, ipsiusq; amantis defectum suppo-

nit; quàm illum, qui in re desinit amata, & amati tantùmmodo, nequaquam autē amantis imperfectionem designat, communiter amplecti debemus. Quapropter nos amorē haud pulchri desiderium, sicut Plato; sed vel alicuius rei, vel boni duntaxat desiderium existere definiuimus: quorum quidem vtrunque vel amanti, uel amato duntaxat indifferenter dee∫∫e potest; sicut patris in filium, magistri in discipulū, amici in amicū amores superius commemorati satis superq; demonstrarunt. Hoc vtiq; amoris genere Deus optimus maximus ea, quę olim procreauit, dicitur adamare, ipsorum tantùmmodo, haud proprium bonum exoptans. Eandemmet quoque amoris speciem Plato, & Aristoteles concorditer significarunt; cùm optimos & sapientissimos viros amicitiam diuinam assequi, & a Deo mirificè adamari dixerunt. Deus nanque eorum felicissimam perfectionem perpetuò, & absque ulla sui perpessione amare expetereque videtur. Plato insuper amoris nomen omne cuiuslibet rei, & cuiuscunque expetentis desiderium communiter complecti demonstrauit: propriè tamen ipsum pulchri solùmmodo desiderium significare subiunxit. Quapropter Philosophus non quemlibet amorem, & genericum; sed eum duntaxat, & specificum, qui pulchri desiderium exi-

ſtere definitur, a diuina ſecluſiſſe videtur natura. SO. Platonem nec mentitum eſſe, nec ſibi contradixiſſe maximè gaudeo. Verùm amoris ab eo tradita definitio diuinum minimè videtur amorem excludere: quantus Philoſophus, vt eum ſegregaret, vehementer laborauerit: quinimo illam non minus, quàm a te aſſignatam definitionem ipſum compleƈti exiſtimarem. PH. Quamobrem? SO. Quoniam ſicut tu, cùm amorem boni deſiderium exiſtere definieris, tùm ſoli amanti, tùm etiam amatæ tantùmmòdo perſonæ deficiens bonum indifferenter & communiter hac breuiſſima oratione incluſiſti: pariter quoq; cùm ego Platonis ſequens authoritatem amorem pulchri deſiderium eſſe definiero, pulchritudinis defeƈtum vel in amante, vel in amata duntaxat perſona reſidentem me huiuſcemodi compendioſa deſcriptione comprehendere vtique dicā. Ex quo Platonicam amoris definitionem diuinum quoque amorem complexam fuiſſe proculdubio cõtinget. PH. Si pulchrum & bonum vnum idemq́ue penitus exiſtere tibi perſuades, tota erras via. SO. Ecquid tu pulchrū & bonum differre forſitan arbitraris? PH. Maximè. SO. Cur? PH. Propterea quod bonum a deſiderante tùm propter ſeipſum, tū etiam propter adamatā perſonam; pulchrum verò propter ſeipſum duntaxat ab eodem expeti

Differentia inter bonū & pulchrū.

petí solet. SO. Qua de causa? PH. Quia pulchrũ amantis proprium existit; quod enim vni pulchrũ videtur, ab altero turpe sępenumero iudicatur: vnde quod mihi pulchrum, tibi non pulchrum esse frequenter conspicitur. At bonum commune quoddam existit: neque ad amantem magis quàm ad amatum, vel ad hoc potius, quàm ad illum, sed ad suammet refertur naturam. Quapropter quod vni est bonum, multis bonum esse sæpè videtur. Qui igitur pulchrum appetit, propter sese illud semper appetere solet, eo etenim caret. Verùm qui bonum exoptat, tùm propter seipsum, tũ etiam propter amicum, cui bonum deficit, indifferenter illud expetere potest. SO. Hæc pulchri, boníque differentia a te excogitata mihi quidem non admodum probatur. Sicut enim idem vni pulchrum, alteri turpe videri affirmas: ego quoque pariter idem ab vno bonum, ab altero malum dicam vtique iudicari. Cuius quidem rei ecce tibi manifestissimum exemplum. Praui homines mala bona, & propterea ea prosequuntur; & bona mala, ideoque ipsa effugiunt, existimant esse. Studiosi verò contrà iudicare conspiciuntur. Quapropter quod in pulchro, in bono similiter vsu uenire videmus. PH. Omnes homines, qui iudicio ualent, & rectam, rectéq; dispositam habent uoluntatem, bona quidem

Pulchrum amantis tantummodo proprium: bonum uero & amanti, & amato commune quoddam existit.

Bona semper bona, & mala semper mala ab omnibus, qui iudicio

ualent, & rectã, recteque dispositã habent uoluntatem, existere iudicantur.

bona, mala uerò mala existere sentiũt: quemadmodum gustus quoque optimè temperatu dulcem affectat, amarumque respuit saporem. At qui diuinum numen sibi infestum & inimicum habentes infirmum vitiatumque ingeniũ, deprauatamq; uoluntatem sortiti fuerunt; rerum inuersis vocabulis bonum malum, maliique bonum appellant: sicut etiam gustus malè affectus dulcem reijcit, & amarum prosequitur saporem. Quemadmodũ igitur dulce, et si amarum ægroto uideatur, uerè tamen dulce & existit, & appellatur: pariter etiam bonum quanuis ab imbecillo uitiosoque ingenio malum eße iudicetur, quin tamen uerum cõmuneque bonum existat, nullum prorsus ex hoc recipit impedimentum. SO. Non'ne idem quoque de pulchro est sentiendũ? PH. Minimè: pulchrũ nanque haud vnũ & idem apud omnes studiosos, atq; ingenio ualẽtes esse perspicitur. Etsi enim pulchrũ bonũ existere omnes fatentur; idem tamẽ uiro alicui studioso ita pulchrũ uidebitur, ut eum ad sui alliciet amorẽ; ab altero uerò studioso bonũ quidem, minimè autẽ pulchrũ esse iudicabitur, nec eius uoluntatem ad sese diligendũ flectere unquam ualebit. Et quẽadmodũ bonũ ac malum, ambo ad animũ relata, dulce & amarũ gustui obiecta imitantur: ita pulchrum, & non pulchrum animo impreßa cum sapido, quod gustum uoluptate

Pulchrum haud unum & idem apud omnes iudicio, & ingenio ualentes esse perspicitur.

luptate afficere solet, & insulso possunt conferri. Turpe autē, atq; deforme animo quàm maximè odiosa horribili, execrabiliq́ue sapori ambobus gustui acerrimis inimicis assimilanda professò uidentur. Vnde sicut unū et idē omnibus sanis dulce quidē, uerū uni sapidū atq; iucundū, alteri autē minimè existere frequenter experimur: ita vnā eandemq́; rem, siue personā ab omnibus studiosis bonā quidem, sed ab altero pulchrā, adeò ut ipse egregia eius forma ac pulchritudine captus ad eā diligendā accendatur; ab altero autem minimè iudicari sæpè uidemus. Propterea furētes amātes, qui amoris acerrimis stimulis exagitātur, pulchrū semper appetere cernes. Ad quod respiciens Plato amorē pulchri desideriū existere definiuit; hoc est desideriū personę alicuius, uel, ut cōmunius loquar, alicuius rei pulchrę atq; formosæ coniunctionem assequendi, seu possessionem acquirendi: ut amplissimę magnificeq; alicuius urbis, cultissimi horti, insignis equi, uersicoloris auis, purpureę uestis, perspicuí ue lapilli: quę quidem omnia aliaque consimilia aut habere, aut eis iam habitis perpetuò frui exoptamus; & singula ipsorum uel præsentem, uel futurum ex parte amantis defectum supponunt. Hanc utique amoris speciem Plato a diuina meritò seiunxit natura, non quia Deus nihil prorsus amare dicatur: sed propterea quod huiuscemodi amo-

Plato amorē illū specificum, quem ipse pulchri desiderium existere definiuit, meritò a diuina seiunxisse natura, & ut magnum quendam dæmonem inter diuina humanaque medium collocasse uidetur.

di amorem potestas, perpessio, atque priuatio semper concomitantur; quæ quidem, tria à diuino numine aliena prorsus existunt. Philosophus insuper huiuscemodi amorem magnum quendam dæmonem esse subiunxit, quia dæmonica natura è Platonis sententia inter spiritalem perfectamq;, & inter corpoream ac imperfectam media intercedit. Sic vtique amorum nostrorum potestates atque perpessiones inter corporeas siue mortales, & inter intelligibiles diuinas'ue actiones, necnon inter pulchrum ac turpe mediæ resident, et collocantur: propterea quòd potestas inter priuationem, actualemque essentiam medium sibi locū vendicauit. Quoniam autem amor omnibus animi affectionibus siue perturbationibus maior, uehementiorque esse videtur: idcirco Plato eum magnum dæmonem appellauit. Verùm amor deinde communiter et genericè sumptus non tantùm bona simul ac pulchra; sed etiam bona, et si pulchra minimè existunt, indiscriminatim complectitur: & bonum quodcunq; semper consequitur; uel pulchrum, uel vtile, vel honestum, vel iucundum, vel cuiuscunq; alterius speciei esse dicatur. Vnde amorem bonorum; quæ modò amanti, modò amato, siue amantis amico deficiunt, esse contingit. Et hoc vtique amplo atq; diffuso amoris genere Deus, quæcunq; procreauit, diligere existimatur

Dæmonica natura media inter spiritalem, atq; corpoream.

Potestas media inter priuationem, & actualē essentiam.

Deus quæcunque procreauit, nō specifico aut propriè sumpto, sed communi atque generico quodam amore prosequi existimatur.

matur: vt scilicet bona, quibus caret indigetq́ʒ, cumulatè eis largiēdo ad perfectionē singulorū captui accommodatam ipsa perducat. SO. Amoris vniuersale bonum consequentis ampla & communissima definitio fuit'ne ab vllo veterum sapientum excogitata? PH. Neminem Aristotele melius ac absolutius in libris Politicorum eum definisse reperio: qui amare nihil aliud, quàm bonum alicui velle, hoc est vel sibiipsi vel aliis, determinauit. Considera obsecrò maximū, & diuinū propemodū Aristotelis artificiū, qui, vt omnem amoris speciem cōmuniter cōplecteretur, eum non pulchro; sed bono potius definiendū esse duxit: & hac vtique eleganti breuique descriptione omnes amoris species mirificè quidem comprehendit. Si nanque amans sibi bonum exoptat, bonū ipsi nimirū deesse uidetur amāti: si verò amans rei adamatæ bonum desiderauerit, tunc bonum amato siue amico tantùmmodo, nequaquam autem amanti deficere existimabitur: cuius quidem generis amor diuinus existit. Quamobrem Aristoteles, qui amorem bono cōmuniter definiuit, diuinum quoque inclusit amorem. Plato uerò, qui eundem propriè pulchri nomine determinauit, Dei erga inferiora amorem exclusisse videtur: pulchrum enim amantis duntaxat, cui pulchrum uidetur, defectū designat. SO. Aristotelica amoris definitio non

Aristotelem amorem communiter & genericè sumptum eum esse definiuit, quo quis alicui bonum exoptat.

Aristoteles amorem communissimè sumptū bono, Plato uerò amorē propriè acceptum pulchro determinauit ac definiuit.

æquè mihi ac tibi satisfacit. PH. Cur? SO. Quia verũ amorẽ propriũ semper, nunquã autẽ alienũ bonum, sicut Aristoteles sensit, respicere iudicarẽ: proprius nãq; finis, et postremus tùm humanarũ, tũ etiam cuiuscunq; alterius actionũ in proprio bono, propriaq; voluptate & perfectione assequenda cõsistit; et ad hunc vtiq; finẽ omnes omnium actiones referuntur. Quòd si aliquis alteri bene cupit, hoc ad propriã, quæ ex illius beneficio percipitur, tandem iucũditatẽ refertur. Quomodo igitur amãtis in amãdo voluptatẽ et scopũ in alienis bonis versari, quẽadmodum Aristoteles sensit, defendemus? PH. Rectè quidẽ atq; subtiliter dubitasti: cuiuscũq; nãq; agẽtis actionũ proprius et vltimus finis in suimet perfectione, voluptate, bono, atq; fælicitate tandẽ cõsistit: nec bonũ duntaxat, quod amãs amico siue amato exoptat, ad propriã, quã ipse ex illius cõmodis percipit, voluptatẽ refertur, verũetiam amãs idẽ, quod amico siue amato tribuitur, bonũ suscipere existimatur; amãs etenim nõ tãtũ amici amicus, sed idẽmet alter existere videtur. Quãobrẽ illius bona nõ aliena, sed propria suaq; debẽt indicari: et amãs amici bonum exoptãs sibimet illud auguratur; iã enim amãtem in amatã cõuerti ac transfigurari personã sępenumero diximus. Vnde amati commoda ad amantem magis quàm eius propria pertinere dicũtur, et amãtis potius

Actionum cuiuscunque agentis proprius ac ultimus finis in suimet perfectione, uoluptate, bono, atque fælicitate tandem consistit.

Amans in amati ipsius personam trãsferri uidetur.

potius quàm amati bona appellanda esse videntur, quotiescũque amata persona pari mutuoq; amantem prosequitur amore. Tunc enim vniuscuiusque ipsorum bonum propriũ dominũ relinquens ad alterum statim contendit, ibique quietem consequitur exoptatam. Quapropter duo sese mutuò diligentes amici minimè duo sunt existimandi. S O. Quot igitur erunt? P H. Aut unus tantũmodo, aut quatuor. S O. Quòd duo veri amici ad vnitatem reducantur, optimè intelligo: eò quòd amori admiranda illa est insita vis ambos amantes in vnum coniungendi, & binarium in vnitatem colligendi. Verùm quo pacto ipsi quatuor poterunt appellari? P H. Cùm eorum vterq; in alterum transformetur; iurè vterque tùm amantis, tùm etiam amati obtinens rationẽ duplicatur: binarius autem in semetipsum recurrens quaternarium numerum producit. Quapropter amantium vtrũque duos; & ambos amantes vnum, aut quatuor existere tandem est concludendum. S O. Duorum amantium vnitatem, & pluralitatem mirificè gaudeo didicisse. Verùm tantò Aristotelis dictum absurdius mihi videtur, quòd scilicet alienum bonum expetere vnam amoris speciem existere ipse pronuntiarit. P H. Philosophum amoris finem in proprio ipsius amantis bono reponi & collocari supposuisse, est vtique à nobis intelli-

Duo amici, qui sese pari mutuoq; amore prosequuntur, aut vnus tãtũmodo, aut quatuor debent existimari.

Aristotelẽ ex alieni boni appetitiõe vnā amoris speci[illegible]

li-

oriri dicentē egregiè quidem defendit.

ligendum. Verùm hoc bonum vel mox mu[tuo] prorsus medio intercedente, vel amici adam[a]tæque rei ope atque auxilio interposito ad ip[sum] amantem refertur: & tam Peripatet[i]cus amicum alterum semetipsum existere de[clarauit]. SO. Hæc Aristotelicæ definitioni[s] interpretatio etsi tibi forsitan cōcedatur, hau[d] tamen diuinum, sicut probare laboras, com[plectetur] amorem. PH. Quidni? SO. Quo[niam] si Deum eorum, quæ ipse procreauit, bo[num] vis adamare; id diligendo eum propriū quoque bonum adamare necesse est fatearis: hoc autem boni expetiti non tantùm in res pro creatas, verùmetiam in Deum procreantē de[fectum] vtique inferret: quod quidem quàm absurdum alienumque à veritate existat, qui[s] uis facillimè iudicabit. PH. Superius iā m[e] dixisse recordor operis imperfectionem nōnu[l]lum etiam artificis defectum obscurè & laten[ter] significare, propter quandam videlicet ar[tificis] ad propria opera habitudinem ac rela[tionem]. Hac vtique ratione Deus, cùm rerū à sese procreatarum diligit perfectionem, ac[tionum] suarum ad propria opera relatarū per[fectionem] diligere, proculdubio est existiman[dus]: quæ quidem diuinæ actiones ex rerū procreatarum defectu aliqua defectus forsitan cō[taminarentur] suspitione: ex earum verò abso[lutione] in sua relata quàmmaximè confirmā[tur]

Amicus ipsemet alter existit.

Deus ex rerū à sese procreatarū debita & conuenienti perfectione perfectionē quandam non quidem propriā, neq; internā; sed externam, & relatiuā tantūmodo consequi existimatur.

tur perfectione. Quapropter antiqui iustum virum diuinum splendorem perfectum conspicuumq; reddere, iniquum verò eum obscurare atque contaminare dixerunt. Concedendum igitur censeo, cùm Deus operum suorũ diligat absolutionem, propriæ quoque diuinæque actionis eum appetere perfectionem: neque huiusce modi amor ac desiderium defectum in diuinã essentiam, sed in creatoris ad res creatas obscuram ac tenuem dũtaxat relationem inducit: Deus nãque ne exiguam quandam ex rerum procreatarum defectu maculam quandoq; in sese concipiat, propriam absq; minima labe puritatem vnà cum rerum procreatarum appetit perfectione. S O. *Hæc responsio à te excogitata docta nimirum, ac subtilis esse videtur. Verùm te in prima à nobis iam habita disputatione amorem vnionis assequendæ desideriũ existere dixisse recordor. Hæc definitio diuinum amorem rerum cõditarum bona procurantem vtique comprehendit, non tamen Deũ earum appetere coniunctionem ex ipsa potest inferri: nemo enim alterius appetit copulationem, nisi illud sese perfectius existit.* P H. *Nihil alterius copulationem, nisi eius tantũmodo, cum quo copulatum longè perfectius, quàm si cum eo non copuletur, euadit, appetere vnquam videmus. Et ego quoque Dei relatam operationem maiorem ex rerum procreatarum*

cum

cum procreante cōiunctione, quàm sine huiusce modi copulatione perfectionem sibi acquirere tibi concedo. At Deus haud sese cum rebus creatis, quemadmodū amantium vulgus cum adamatis personis expetit coniungi: sed contrà res procreatas cū sua diuinitate copulari summopere studet: ut uidelicet uno eodemq; temporis momento & illæ, tam admirabili coniūctione intercedente, absoluta stabiliq; fœlicitate fruantur: & diuina ipsius creatoris actio, quę ad res procreatas refertur, pura perfectaq; remaneat. S O. Optimè nimirum in proposito nodo explicando tete gessisti. Verùm una tātùm ambiguitas tibi restat adhuc expedienda: pulchrum enim, quo Plato amorem definiuit, & bonum, quo Aristoteles eundem descripsit, maximè inter sese differre arbitraris; ego uerò ambo vnum idemq; prorsus existere censeo. P H. Haud rectè sentis. S O. An omne pulchrum bonum esse fortaße negabis? P H. Minimè quidem: at hominum uulgus hoc audacter negaret. S O. Cur? P H. Non quodcunque pulchrum bonum existere aiunt: quædam enim, quæ pulchra iudicantur, interius mala esse comperiuntur: nonnulla verò, quæ deformia uidentur, re ipsa bona eße cognoscuntur. S O. Ratio istorum facilè meo quidem iudicio dilui potest: quicūque enim rem pulchram, eandem quatenus pulchram bonam quoq; exi-

Deus haud sese cum rebus procreatis copulare, sed eas potius sibi adiungere studet appetitque.

ſtere iudicabit : et ſi verè bona, uerè pulchra utique exiſtet. Pariter etiam quod turpe, idē quatenus turpe malum quoque uidebitur : & ſi re ipſa bonum, re ipſa minimè turpe eſſe continget. PH. *Rectè quidem dixiſti : etſi, ut ſuprà iam admonuimus, ad ſpeciem ſignificandam pulchrum quàm bonum, & ad eſſentiam exprimendam bonum quàm pulchrum aptius atque accommodatius eſſe uidetur. Verùm ut ad propoſitam ambiguitatem nunc definiendā accedam : quāuis omne pulchrum bonum uel re, uel ſpecie tantùm ; non tamen omne bonum pulchrum viciſſim exiſtere tibi concedam.* SO. *Quænam bona quidem, nequaquam autem pulchra appellantur?* PH. *Cibi, potiones, ualetudo, ſuaues odores, dulceſque ſapores, & ſaluberrimæ regiones, aliaque conſimilia, bona quidem uocari debere profectò nunquam te arbitror negaturam : at ea pulchra nequaquam exiſtere dices.* SO. *Hæc etſi pulchra homines appellare minimè conſueuerunt, pulchra tamen nimirùm exiſtere credo : niſi enim hæc pulchra, deformia utique forent : idem autem bonum eſſe atque deforme abſonum certè, & ſibimet repugnare uidetur.* PH. *Te emendatius loqui profectò deſiderarem. Bonum ac turpe in eodem ſubiecto, ſiue in eadem ſubiecti portione habitare minimè poſſunt : haud tamen quod-*

Pulchrū ad ſpeciem ſignificādā aptius quàm bonum, & bonū ad eſſentiam exprimendam accommodatius quàm pulchrum eſſe videtur.

Omne pulchrū quidē eſt bonum, haud tamē omne bonum pulchrum exiſtit.

Complura reperiuntur, quæ nec pulchra, nec turpia exiſtunt.

quodcunque non pulchrum turpe mox vocandum fore censeo. S O. Quo ergo nomine illud significabis? P H. Nec pulchrum nec turpe id vtique nuncupabo, quibus negationibus plura bona passim designare solemus: inter homines enim, quibus vtrũque propositorum nominũ, & pulchrum & bonum, accõmodare solemus, quidam nec pulchri nec turpes sæpenumero existere conspiciuntur. Idem quoque multò magis in pluribus bonorũ speciebus, quibus nec pulchritudinis laus, nec deformitatis vitium attribui potest, vsu venire videmus: cuiusmodi sunt ea à nobis modò cõmemorata, quæ nec pulchra nec turpia propriè esse dicuntur. Inter hæc tamen & homines id intercedit discrimen, quòd homines tunc nec pulchros nec turpes dicimus esse, cũ partim formosi, partim deformes existunt: ita ut nec pulchri omnino, nec penitus turpes vocari possint. At bona modò enarrata nec omnino, nec partim formosa, uel deformia dicere licet. S O. Hanc formæ, ac deformitatis permixtionẽ in ambiguis hominibus perspectã neminem prorsus arbitror negaturum. Verùm eorum bonorum, quæ nec pulchra nec turpia utique existunt, dubiam ancipitem'ue naturã aliquo simili ac manifesto exemplo te patefacere vellem. P H. Non'ne plures nec sciẽtes, nec ignaros esse animaduertisti? S O. Quo nomi-

Ea, quæ nec pulchra nec turpia uocari consueuerunt, duplicia esse comperiuntur.

mine igitur eiusmodi homines uocabuntur? PH. Veritatem credentes, seu rectè opinantes congruè appellarentur: qui nāque rectas, uerasque habent opiniones; scientium, uel sapientium nomen nequaquam merentur; haud enim rerum causas, scientias'ue cognoscunt: multoque minus ignari esse dicuntur; uera nāque credere, recteque opinari perspiciuntur. Idem etiā de pluribus bonis, quæ nec pulchra, nec turpia existunt, iudicium est faciendum. SO. Pulchrum igitur non bonum simpliciter, sed bonum aliquo alio addito siue accedente est nuncupandum? PH. Vtique. SO. Quodnam erit additamentum? PH. Ipsa uidelicet pulchritudo: pulchrum etenim bonū pulchritudine præditum existere definitur: bonū uerò pulchritudine haud accedente pulchrum nunquā euadet. SO. Pulchritudo autem quo modo definitur? Aliud ne quicquā præter boni bonitatem ad eam requiritur constituendā? PH. Pulchritudinis essentiam explicare aut definire amplam, & diffusam nimirū efflagitaret orationem: multi nanque eam quotidie cernunt, & in eius frequenter incidunt mentionem, nec tamen ipsam cognoscūt. SO. Quis adeò rudi hebetique ingenio præditus reperitur, ut pulchrum cognoscere, ipsumque à turpi distinguere nequeat? PH. Pulchri cognitio facilis quidem & peruulgata existit. Verùm pau-

Pulchrum haud bonū simpliciter, sed bonū pulchritudine præditum esse definitur.

Pulchritudinis ipsius cognitio dissicilis quidē existit.

paucissimi ad summam communemque illam pulchritudinem, cuius merito omnia pulchra pulchra esse dicuntur, pertingere potuerunt.

S O. Eam obsecrò in gratiam meam determinare. ne tibi graue aut molestum videatur.

P H. Plures ac differentes pulchritudinis definitiones ab antiquis excogitatæ fuerunt, quas omnes in præsentia recensere, ueramque à falsis discernere superuacaneum vtique foret, & à proposito nostro alienum: eoque magis, quòd paulò post de pulchritudine diffusè vberrimeque sumus locuturi. Nunc veram, breuem, & cõmunissimam ipsius sat erit tantùmmodo definitionem explicare. Pulchritudo est gratia seu uenustas quædam animo nostro cognita et perspecta, quæ eum ad amandum impellit. Vide res illa, seu persona, quæ bonitati uenustatē habet adiunctam, meritò pulchra vocatur. Bonum uerò quodcunque huiuscemodi gratia destitutum nec pulchrum, nec turpe existit: non pulchrum, quia uenustate caret; neq; turpe, quia bonitate est insignitum. At illud, cui ambo, gratia scilicet bonitasq; deficiunt, haud tantùm non pulchrum, uerùmetiam malum atque deforme est appellandum. Inter pulchrum nanque ac turpe medium quoddam reperitur: at inter bonum & malum nullum prorsus medium potest inueniri: nec immeritò quidem, cùm bonum essentiam, et malum priua-

Pulchritudo gratia seu uenustas quædā animo nostro cognita & perspecta, quæ eū ad amandum impellit, existere definitur.

Inter pulchrum ac turpe medium quoddā reperitur: at inter bonum & malum nullum prorsus interiacet mediū.

uationem significare dicatur. SO. Non'ne iam dudum potestatem inter essentiam & priuationem intercedere voluisti? PH. Potestas quidem inter actualem perfectamq; essentiam, & inter puram ac meram priuationem media collocatur: ipsa nanque si cum priuatione conferatur, essentiæ; siq; cum actuali essentia comparetur, priuationis rationem obtinere videtur. Quapropter potestas medium quoddam proportionale ex priuatione actualiq; essentia compositum existit, quemadmodum amor quoque inter pulchrum ac turpe medius dicitur residere. Inter essentiam autem, eiusque priuationem nullum prorsus interiacet medium, cùm inter habitum, ipsiusque priuationem nihil vnquam omnino intercedere queat: duo nanque hi termini sibi contradicentes esse videntur, cùm potestas ad puram relata priuationē habitus, cum habitu verò actuali comparata priuatio iure maximo nuncupetur. Inter potestatem autem ac meram priuationem, siue inter potestatem & absolutissimum actum quis adeò fatuus existet, vt medium reperiri contendat? Cùm igitur inter essentiam & essentiæ priuationem nihil prorsus intercurrere conspiciatur, iurè bonum & malum simpliciter nihil penitus medium intercipere diximus, quod tamen medium à pulchro atq; deformi admissum fuisse satis superq; iā demōstrauimus. SO.

Potestas inter actualē perfectāq; essentiā, et inter puram ac meram priuationē media collocatur.

Inter essentiam, eiusq; priuationē nihil prorsus medium intercurrit.

Hanc dubiam & inuolutam materiã egregiè quidem explicuiſſe atq; determinaſſe uideris: ſed cur non omne bonũ gratioſum quoque ſeu uenuſtũ exiſtat, rationem intelligere uellem.

Quæ cibus quin que exterioribus ſenſibus exponun tur, ſæpenumero & bona reipſa eſ ſe, & bona uerè proprieq; appellari conſueuerunt.

PH. Omnibus quinque externis ſenſibus obiecta bona quidem, utilia, temperata, atq; iucunda uerè proprieq; appellari conſueuerunt. At quæ craſſioribus atque imperfectioribus ſenſibus, guſtui uidelicet, olfactui, & tactui obijciuntur, nulla gratia prorſus ſeu uenuſtate prædita eſſe conſpiciuntur; quæ animum, ineffabili quadã intercedente uoluptate, ad ſui cõpellat, uel potius alliciat amorem.

Ex quinq; exterioribus ſenſibus uiſus tantũmodo atq; auditus pulchritudinis aliquam ſibi uendicant cognitionem; cæteri autẽ minimè.

At quæ duobus tantũmodo ſenſibus ſpiritalibus, uiſui ſcilicet ac auditui exponuntur, gratiã ſatis liberaliter, & copioſè participaſſe uidentur; quæ hominũ animos ſibi deuincit, eosque ſui ſtudioſiſſimos & amantiſſimos reddit. Quapropter dulces cibi, ſalutares potiones, iucũdiſſimi odores, ſaluberrimæ regiones, moderati & ſuauiſsimi concubitus, aliaq; his ſimilia; etſi bona, dulcia, ſuauia, utilia, ac neceſſaria ad hominũ & animantiũ uitã conſeruandã exiſtunt, nunquã tamen pulchra eſſe dicentur: propterea quòd eiuſmodi craſſa ac rudia obiecta gratia & pulchritudine prorſus ſunt deſtituta: neq; tres adeò craſſi concretiq; ſenſus uenuſtati aut pulchritudini aditum ullum ſatis accommodatum ad animum noſtrum uoluptate perfundendum, & ad pulchri amo

amorem in eum inducendum præstare, aut exhibere possunt. At elegantia illa & formositas, de qua sermonem habemus, in visui quidem abundè conspicitur subiectis: quemadmodum ex signis & tabulis artificiosè elaboratis; ex partium tùm inter sese, tùm ad totum recta & conuenienti proportione; ex varijs, ac differentibus organis animantium concinnè dispositis, & in unũ concorditer conspirantibus; ex blandis coloribus; ex pura & clarissima luce; ex aureo Sole; ex argentea Luna; ex micantibus astris; & ex amplissimo denique cælo quiuis oculorum sensu percipere potest. Huiusce autem effectus ratio ea dicitur esse, quòd visui subiecta propter eorum spiritalem naturam gratia & venustate sunt insignita, quæ per fulgentium oculorũ spiritalem sensum ingressa ad animum reficiendũ ac recreandum statim contendit; eumque paulatim ad pulchritudinis amorem compellit, commouetq;. Gratia quoq; insuper & pulchritudine, quæ auditui subijciũtur, donata fuerunt: quemadmodum lenis sermo, pathetica oratio, vox sonora, neruorũ musicorumque cantus, suauis modulatio, harmonicaq; proportio fidem facere possunt: hæc enim omnia, cùm spiritalia existant, gratiam quandam sibi habent adiunctã, quæ per auditus sensum spiritalem in animũ nostrũ insinuata eũ deinde interna voluptate, in-

Pulchritudo & spiritalē naturā participat, & spiritalibus tantūmodo sensibus sese exhibet degustandam.

ternoq; afficit amore. Quapropter res bonæ, quæ spiritali prædite natura, & spiritalibus sensibus exposita esse dicuntur, gratiam nimirùm participant & pulchritudinem. Res verò bonę, quæ & natura craßiores, & craßioribus sensibus obiectæ esse conspiciuntur, pulchritudine ac venustate prorsus destitute fuisse videntur: ex quo etsi bonas, non tamen pulchras aut venustas eas esse contingit. S O. Præter visum & auditum aliam'ne quandam vim, quæ pulchritudinem percipiat atq; cognoscat, natura nobis fuit elargita? P H. Facultates illæ cognoscentes, quæ duobus prædictis sensibus magis spiritales existunt, pulchrum quoq; perfectius quàm ipsi cognoscunt. S O. Quænā eæ esse dicuntur? P H. Imaginatio seu phantasia, quę à sensibus iam percepta deinde componit, diuidit, atque reuoluit, quæq; plures insuper actus, euentus, & singulares conceptus, qui merito gratiæ & pulchritudinis sibi insita animum ad amatoriam quandam alliciunt voluptatem, cognoscit. Ex quo pulchram phantasiam, pulchram cogitationem, & pulchram inuentionem homines sæpenumero dicere consueuerunt. Verùm multò ampliorem & uberiorem pulchritudinis cognitionem ratio ab intellectu proficiscens sibi conspicitur vendicasse, quę gratias & pulchritudines vniuersales, incorporeas, atque æternas singulari-

Pulchritudo præter visum atque auditū à phantasia quoq; primò, deinde ab itellectu, à separataq; mente postremò magis magisque semper veluti per gradus quosdam cognosci discernique videtur.

ribus & caducis corporibus distributas comprehendit: ipsæ nanque dulcissima volupta-te, & suauissimo amore animos nostros perfundere solent: in cuius quidem rei confirmationem studia, leges, virtutes, ac humanæ scientiæ possunt adduci: hæc etenim omnia pulchra frequentissimè appellantur, vt pulchrum studium, pulchrior lex, pulcherrimaque scientia. Verùm omnium suprema, ad quam humanæ vires pertingere possunt, pulchri cognitio abstractæ menti obtigisse videtur, quæ ad Dei & rerum materię prorsus expertium altissimam cognitionem sublata, & ineffabili quadam atque inusitata voluptate correpta summæ illius gratiæ & pulchritudinis vehementissimo exardescit amore, quæ in omnium parente conspicitur & conditore, ibique maximam & postremam nanciscitur fœlicitatem. Quapropter animus noster à gratia & pulchritudine, quæ spiritali quadam ratione per visum, auditum, cogitationem, rationem, & mentem denique transiens ad eum tandem pertingit, ad ipsam diligendam & complectendam mirificè commonetur: quod quidem propterea contingit, quia quæ prædictis animi nostri facultatibus exponuntur, propter eorum spiritalem naturam quandam participant venustatem, que animo ingentem voluptatem & vehe-

mentem sui amorem infundit. Quæ autem reliquis animæ viribus subijciuntur, propter eorum craßam, & ad materiam accedentem naturam huiuscemodi gratiam aut venustatem assequi minimè potuerunt. Bonum igitur quanuis corporeum, ut pulchrum etiam existat, aliquam spiritalis gratiæ speciem cum bonitate coniunctam oportet obtinuiße, quæ per spiritales deinceps facultates ad animum tandem peruenta, eum delectare, & ad pulchrum adamandum compellere denique possit. Vt igitur, vnde iam est exorsa, eodem nostra reuertatur oratio, humanus amor, quem præcipuè nobis pertractandum nunc proposuimus, si propriè sumatur, pulchri desiderum, ut voluit Plato; si autem communiter consideretur, boni appetitus, ut Aristoteles sensit, proculdubio existit.

Pulchritudinē spiritalem quandā gratiā cū bonitate coniunctā, & spiritalibus tantū modo animi nostri facultatibus expositā esse concludit.

Amor propriè sumptus pulchri desideriū, cōmuniter verò cō side ratus boni appeti tus existere desinitur.

S O. Hæc essentiæ amoris tam copiosa ac diffusa interpretatio, ut ea, quæ de ipsius origine in posterum es traditurus, facilius commodiusque intelligere queam, satis superque meo quidem iudicio esse videntur. Ad ea modò quinque de amoris origine postulata, quæ à me superius exposita fuerunt, soluenda te accedere vellem. P H. Primùm id petijsti, vtrum amor exortus fuerit, hoc est vtrum ab aliquo eum producente originem traxerit: an ipse omnium primus, æternus, &

& à nemine procreatus existat. Ad hoc respondeo amorem aliunde emanasse, nec ei ullo modo primum æternitatis locum esse tribuendum: quinimo ipsum à superioribus quibusdam causis proculdubio preueniri. SO. Quamobrem? PH. Pluribus certè de causis. Primùm quia amans amorem, sicut agens actum antecedit. Vnde primum amantem primum amorem præcessisse, eumque in lucem edidisse necessariò dicendum uidetur. SO. Amantem, qui amando amorem producit, ipsum præcedere rectè quidem dixisti. Vnde quod amat, sine amore; non tamen amor sine eo, quod amat, potest unquam reperiri. Alterius causæ explicationem obsecro aggredere. PH. Quemadmodum amans, ita amatum quoque amorem præcedat oportet: nisi enim persona aut res amabilis prior existere supponeretur, nec amare unquam possemus, nec amor ullus profectò reperiretur. SO. Hanc quoque secundam non secus ac primam rationem ueram esse perspicio: idem enim de amato, ac de amante iudicium fieri debet: nec enim amorem sine re, aut persona amabili unquam existere inuenies; sed res amabilis sine amore reperiri, minimeque amari utique posset. Ex hoc amantem & amatum principia & causas amoris esse deducendum uidetur. PH. Quodnam

Amor ex amante & amato quasi ex duobus principiis, duabusq; causis superioribus deduci uidetur.

causarum discrimen inter amãtem et amatum versari existimares? & quodnam eorum potiorem amoris causam esse iudicares? SO. Amans causæ agentis vt pater, amatum verò recipientis vt mater rationem obtinuisse mihi videntur: vocabulorum enim vsum sequendo amantem agere, amatumq; pati existimarem. Amantem igitur primam, & amatum secundam amoris causam existere profectò iudicarem. PH. Dubitantis quàm soluentis partes longè melius egisse videris: veritas namque contrario modo sese habere perspicitur: amatũ etenim causa agens, quæ occultum in amantis animũ inspirat amorem, amans verò amorem ab amato recipiens existimari potius debet. Vnde amatum amoris, quem in amantem infundit, verum ac legitimum esse parentem: amantem verò non secus ac matrem amorem ex amato iam conceptum, & patri suo quàm simillimum in lucem deinceps edere potius dicendum videtur: amor enim in amato, à quo principiò originem traxit, denique terminari conspicitur. Quapropter amatum ipsius amoris princeps causa, agentis, formæ, & finis munere fungens paternam meritò sibi vendicat appellationem: amans verò qui materiæ tantùmmodo rationem obtinuit, grauidæ parturientique matri nimirum debet assimilari. Et hoc vtique Plato intellexisse videtur,

Amatũ ut agẽs, forma, & finis nõ secus ac pater: amãs uerò ut materia tantũmodo non secus ac mater ad amoris ipsius procreationẽ concurrit.

detur: cùm amorem partum ad pulchrum esse definiuit: pulchrum nanque est res ipsa adamata, qua amans iam impletus & grauidatus amorem postea pulcherrimo dilectoque parenti quàm simillimum parit ac fundit, ad quẽ denique tanquam ad vltimum finem natum ipsum refert, dirigitque. S O. Errabam, & errorem meum cognouisse, uerumque didicisse maximè gaudeo. Verùm quid de vocabulorum significatione, quæ me tanto implicuit errore, existimas esse dicendum? Amans etenim agentem, amatumque patientem causam profectò sonare videtur. P H. Rectè vtique hęc duo nomina a priscis excogitata fuerũt: amans nanque amato inseruire, & sic vtique agere, non tamen amorem procreare conspicitur: amatum verò amantis seruitutem grato & libenti animo, non tamen amorem ipsum excipere dicitur. Si autem ego a te requisiero, quisnam dignior præstantiorque existit, seruus ne, an qui seruitutẽ ipsam accipit; obediẽs, an cui obedientia præstatur: obseruãs, an qui obseruatur: proculdubio hæc agentia eiusmodi recipientibus inferiora esse respondebis. Eandem quoque amans cum amato conditionem obtinuit: amans enim amato inseruire atque obtemperare, necnon ipsum colere & obseruare videtur. S O. Hoc in amãtibus, qui rebus adamatis inferiores existunt, verum utique esse reperitur,

Amor ex sententia Platonis partus ad pulchrum existere definitur.

Amans ut agens, amatumq; ut patiens causa n. quidẽ ipsius amoris, sed amator: a potius seruitutis debet existimari.

tur: at cùm amans rei adamatæ dignitate ac nobilitate præstat, oppositū potius asserendum esse iudicarem; quòd scilicet in amoris procreatione amans paternas atque priores, amatum autem maternas ac posteriores partes agere dicatur. P H. *Etsi plures amantes propriarum merito naturarum amatis excellentiores esse conspiciuntur, vt vir sibi dilecta muliere, pater filio, magister discipulo, beneficus beneficium suscipiente, atque, vt communius loquar, cælestis terrestri, & spiritalis corporeo mundo a se vehementer adamato, nec non Deus ijs, quæ procreauit, maximoq; prosequitur amore: attamen omnis amans quatenus amans in amatū voluntatis inclinatione propendet, eiq; tanquā accedens principali adhærere videtur: amatū nanq; gignit atq; inducit amorē, amans verò ab amato tantū mouetur.* S O. *Verùm quì fieri potest, vt superius ad inferius inclinare, & ad inferius accedere vnquam dicatur?* P H. *Iam omnes amantis actiones ad propriam ipsius perfectionem, lætitiam, ac voluptatem referri anteà admonuimus: & quamuis amatum non ita perfectum sicut amantem sæpenumero esse contingit; attamen amans, re amata sibi ipsi adiuncta, vel maiorē quàm anteà consequitur perfectionem, vel maiorem saltem ex eo lætitiam percipit ac voluptatem. Hæc nouissimè adueniens perfectio, lætitia, atque uoluptas,*

Omnis amans quatenus amans in amatum uolū tatis inclinatione propendet, eique tanquā accedens principali adhære re uidetur.

quam

quam amans ex rei adamatæ sibi acquirit copulatione, vel ipsa amante dignior, vel eodem ignobilior existat, potissima causa esse videtur, vt amans in amatum voluntate propendeat: nec tamen propterea ex amantis dignitate aut perfectione aliquid derogatur; nec defectus vllus, ulla'ue imperfectio idcirco in ipsum inducitur: quin insuper ille copulationem & perfectionem rei adamatæ lucrari videtur. Vnde non solùm qui alicuius personę tenetur amore, propter perfectionem & lætitiam, quam ex eius sibi cõparat copulatione, ad eam nonnullam retinere conspicitur propensionem: verùm etiam qui non ad personam, sed ad aliud quicquam suum direxit amorẽ, vt in eius rei tandẽ perueniat possessionem, ad eam animum & voluntatem inclinat: non enim parum quid ipsa posteà acquisita lucratus sibi fuisse videtur. SO. Hoc optimè intelligo: verùm cùm duo mutuò sese diligunt, & vnusquisque eorum alterum pariter amat, necnon ab altero pariter adamatur, quid dicendum existimas? Necesse est quidem, si tibi ipsi constare vis, vt eorum vtrunque cum altero collatum eodem tùm inferiorem, tùm etiam superiorem esse concedas: qua quidem nulla fort assè maior contradictio excogitari potest. PH. Nõ modò hoc sibi ipsi haud contradicere, quin potius verissimum existere tibi dico: quòd scilicet

Omnis amans quatenus amat, reipsa adamata, quatenus adamta

tur inferior existit: etsi quispiã suiipsius maximo teneretur amore.

licet vterq; eorũ quatenus amat, altero inferior; & quatenus amatur, eodem superior existimetur. SO. An idem seipso quoq; superior esse forsitan diceretur? PH. Hoc quoq; verum proculdubio existit, quòd amatũ sibi ipsi amanti tãquã superius inferiori sit præponendum. Quòd si aliquem fortaße sese contingeret adamare, ille sub amati seipsum sub amantis ratione profectò superaret. Et cùm de amoris communitate superius locuti fuimus, Aristotelem, ita Auerroe eius clarissimo interprete sentiente, Deum primam omniũ sphærarũ, quæ primum mobile nuncupatur, excellentioris cuiusdam rei captum amore circunducere opinari iam anteà admonuimus: quem quidem morem cæteri quoque intellectus reliquis inferioribus spheris circunferendis applicati seruare videntur. Vnde cùm Deo nihil prorsus dignius præstantius'ue queat excogitari, quinimo cætera omnia eius imperio subijciantur, Deum primum mobile propter sui ipsius amorem circunuertere, & Deum a sese adamatum Deo seipsum amanti præstare necessariò dicendum videtur, etsi diuina eßentia in purissima consistere vnitate ab omnibus Philosophãtibus passim prædicetur: quemadmodum à me hãc materiam diffusius pertractante anteà didicisti. Cùm igitur Deus quanuis vnus ac simplicissimus, maior tamen, longeque sublimior quatenus

Deus quatenus à seipso diligitur, lõgè maior, longeq; sublimior, quàm quatenus seipsum diligit, esse existimatur.

tenus

tenus à seipso diligitur, quàm quatenus seipsum diligit, esse dicatur: hoc idem in duobus alijs amantibus sese pari, mutuóque inuicem amore diligentibus, quòd scilicet vterque ipsorum, quatenus amatur, non solùm alteri, sed etiam sibimet amanti preponi debeat, vsu uenire nequaquam est admirandum. S O. Rationibus à te adductis, nisi Platonem eis prorsus repugnasse inuenirem, profectò acquiescerem. P H. Quidnam argumentis nostris contrarium tantum Philosophum protulisse reperisti? S O. Amantē amato diuiniorē esse, propterea quòd amans diuino correptus furore ad amatū impellitur diligendū in conuiuio Platonem tradidisse recordor. Quāobrem amatos, qui propter amātes præclara facinora gerunt, Deos magis propitios ac benignos habere, quā amantes, qui propter amatos nullū discriminis aut periculi genus subire recusant, Philosophus deindè subiunxit: in cuius quidē rei cōfirmationē Alcestis exemplū adduxit, quæ cùm propter sibi dilectissimū coniugem mortem oppetere minimè dubitasset, à Dijs maximos honores consecuta vitalibus auris mox reddita fuit, non tamen in fortunatas insulas transmigrauit: quemadmodum Achilli, qui pro Patroclo, à quo summopere diligebatur, vlciscendo in certissimum capitis periculum adduci voluit, fertur contigisse. P H. Hæc oratio à Plato-

Dij liberalioribus præmijs Achillis in Patroclu amicu, quàm Alcestis in Admetum cōiugem summū studiū, summáq; beneuolentiā dignam esse duxerunt.

tone in eius Symposio Phędro præclaræ indolis adolescenti, Socratisque discipulo fuit attributa, qui amorem magnum quendam pulcherrimumque Deum, & propterea pulchri amatorem esse putabat. Vnde cùm Phædrus amorem in amante, uel potius in amantis corde ut in proprio domicilio non secus ac infantem in vtero materno residere videret, hinc amantem propter cæleste numen amoris in eo habitantis diuinitatem longè vberius, quàm amatum participare adolescens sibi persuasit: quod quidem amatum amorem in amãtem solum inducere, minimè autem in sese habere uidetur. Quapropter Cupido in amãtem tantùmmodo diuinũ quendã furorem, nequaquã autem in amatum immittere prædicatur. Et propterea Dij amatis, qui amantiũ beneficio atq; vtilitati consulunt, ut Achilli, multò magis quàm amantibus, qui amatorum emolumento cõmodisq; inseruiunt, ut Alcesti, fauere existimantur. SO. Hæc Phædri sententia, ratioq; uera'ne aut sufficiens tibi uidetur? PH. Minimè: utraq; nãq; à Socrate eius præceptore fuit impugnata. SO. Cur? PH. Socrates ibi in Agathonem oratorem inuectus, qui vnà cũ Phędro amorem ut magnũ quendã & pulcherrimũ Deum uenerabatur, ipsum, quia pulcher minimè existit, nequaquã Deum esse demonstrat, cũ omnes Dij gratia & uenusta-

te

te prædıti esse uideantur. Amorem autem pulchrum nequaquã existere eo potissimũ argumento confirmat, quoniã ipse pulchrum appetere definitur: quod autem appeti solet, appetenti nimirũ semper deesse conspicitur: rei nanq; stabilis firmaq; poßeßio, eiusque desiderium simul reperiri minimè poßunt. Quapropter Socrates amorem non Deũ, sed magnum quendã dæmonem in cœlestiũ Deorum, & terrestrium hominũ medio situm, & in amborum confinio collocatũ esse arbitratur. Vnde ipse nec ut diuinũ numen formosus, nec ut mortalis homo siue aliud quidpiam inferius deformis, sed inter pulchritudinem ac turpitudinem medius existit: etsi enim qui expetit talis, qualis res expetita, actu minimè eße uideatur; talis tamen potestate existere dicitur. Pariter etiam amor, cùm pulchrum appetere semper conspiciatur, etsi non actu, ut numen diuinum, potestate saltem pulcher eße uidetur. SO. Quid tandem Philo eiusmodi oratione significare intendis? PH. Diuinitatem in amato, nequaquam autem in amante consistere ex ea tandem colligere uolo: quoniã amatũ actu pulchrũ ut Deũ; amantem uerò, qui rem adamatã exoptat, potestate tantũmodo pulchrũ iam eße probaui. Quo quidem desiderio sublatus etsi amans diuinus euadit, haud tamen ipse vt amatũ Deus uocari meretur. Vnde amatum ab

Socratis & Platonis sentẽtia, qui amorem nõ Deũ sed magnum quẽdam dæmonem inter cœlestes Deos, atq; terrestres homines mediũ esse dixerunt.

Amatum longè quidem uberius, quàm amans diuinitatis ipsius particeps esse uidetur.

ab amante tanquam cæleste quoddam numen honorari, coli, & obseruari, & eius pulchritudinem vt quid diuinũ ab amante existimari vi debis: adeò vt ipso iudice hæc cæteras omnes pulchritudines lõgo exuperet interuallo. Non ne igitur amatum amanti dignitate præstare, & in amoris origine priores ac potiores partes gerere iam tibi quoque Sophia uidetur? SO. Maximè quidem. Verùm quid ad Achillis & Alcestis exemplum respondebis? PH. Alcestes, quę propter amatum coniugem mortem æquo & constanti animo pertulit, non ijsdem honoribus, quibus Achilles propter Patroclũ sui amantissimũ interfectus, digna habita fuit: quoniam amans rei adamatæ tanquam diuino cuidam numini inseruire, & propter eius salutem ac beneficium certissimæ minimeq; dubiæ sese morti exponere tenetur; nec si ex animo diligit, secus vnquam facere posset: propterea quòd iam in amatum transmigrauit, & in eo tantùmmodo, non amplius in se ipso propriam fœlicitatem, propriũq; bonum reposuit & collocauit. At amatum omni seruitutis genere liberum solutumq; esse videtur; nec ab amore pro amante mortem oppetere cogitur. Quòd si pro eo fortasse, ut Achilles pro Patroclo mori voluerit, pręclarissimum & generosissimum facinus commisisse meritò existimabitur. Quapropter tanto facinori maxima amplissimaque præmia

Ratio elegantissima quidem, cur Dii in Achillem pro amante mori statuẽtem, quàm in Alcestem pro amato mortem æquo animo oppetentem liberaliores fuerunt.

præmia à Deo iurè debentur, quemadmodum Achillis exemplo Phædrus apud Platonem satis superque demonstrauit. SO. Hæc à te excogitata solutio subtilis quidem ingeniosaq; esse videtur. Verùm id mihi neutiquam persuaderi potest, quòd nisi Achilles, sicut à Patroclo diligebatur, Patroclum amantissimum sui pariter dilexisset, pro eo mori vnquam statuisset. PH. Quin Achilles, cùm propter Patroclum mortem prompto alacrique animo obijsse dicatur, Patroclum sui studiosissimum adamarit; haud arbitror esse negandum: sed Pelides Menætiadem redamasse potius, quàm amasse videtur. Vnde si propriè & emendatè loqui voluerimus, Achillem propter amantis potius vehementissimum in sese amorem tanquam originem primam, quàm propter mutuũ ac reciprocantem sui erga Patroclum amorẽ, qui ab illo originem traxit, occubuisse dicemus. SO. Rationem, cur maiora amplioraq; Achilles quàm Alcestes à Dijs immortalibus præmia acceperit, gaudeo didicisse. Verùm quî fieri potest, vt amatum amantis Deus semper esse dicatur? hoc enim illud proculdubio consequeretur absurdum; quòd scilicet quæ iam à Deo procreata fuerunt, & vehemẽter ab ipso diliguntur, cum Deo collata Deorũ rationem obtinerent. Cuius quidem rationis vis atque efficacia nõ tantùm ad Dei erga res ab eo pro-

creatas, verùmetiam ad spiritalium erga corporea, superiorum erga inferiora, & præstantiorum erga deteriora amorem extenditur ac dilatatur. PH. Amor eorum, quæ iam sata ac procreata fuerunt, semper defectum supponit: nec tantùm inferûm erga supera, sed etiam superûm erga infera studium, quod in rebus creatis conspicitur, earum defectum seu priuationem aliquam arguit atque significat. Nihil enim eorũ, quæ genita seu procreata fuisse videmus, absolutè perfectum nuncupari meretur: quinimo vnumquodque ipsorum ex eo, quòd tùm supra se, tùm sub se collocata æquo & conuenienti prosequitur amore, maiorem sibi perfectionem acquirit, propiusque ad summam ipsius Dei perfectionem accedit. Superius nanque ex eo, quòd bonitatem suam cum inferiori cõmunicat, non propria tantùmmodo augetur perfectione: verùmetiam ad communem vniuersi perfectionem, quæ, vt supra iam diximus, præcipuus finis à Deo Optimo Maximo intentus existit, maximum affert momentum. Ex hac tùm superiori amanti, tùm etiã vniuerso addita perfectione amatum quoque, etsi inferius, amantis superioris beneficio diuinum reddi contingit: propterea enim quòd amatur, diuinitatem summi participat creatoris, qui cùm primum & quàmmaximè ab omnibus amatum existat, cum reliquis omnibus ama-

Amor tũ inferũ erga supera, tũ etiã superũ erga ĩfera in rebus procreatis conspectus earũ defectũ, seu priuationẽ aliquã arguit atq; significat.

Omne amatum propterea quòd amatur, diuinitatis ipsius particeps existit.

amatis suam cōmunicat participatque diuinitatem: cùm enim ipse princeps summam sibi vendicauerit pulchritudinem, eam iustè & pro singulorum captu omnibus pulchris deinde impertit, distribuitque. Vnde quilibet amans cuiuscunque pulchri captus amore proximè ad Deum accedit, etsi amatum amante inferius quandoque esse contingit. Quinimo amans amoris merito pulchritudine atq; diuinitate augeri; & vniuersi quoq; perfectioni atque incremēto mirū in modū cōsulere prospicereq; videtur. Quapropter nil mirū esse debet, si ipse rei pulchræ, in qua diuina pulchritudo nō secus ac Sol in speculo refulgere conspicitur, captus amore diuini quoque numinis amantissimus esse, & ad summam illam pulchritudinem fruendam propius accedere dicatur. SO. Tu quidem de amore superiorum erga inferiora, qui in rebus creatis dūtaxat versatur, locutus fuisti: de Dei verò in res ab eo procreatas amore, in quo totum argumenti mei robur situm esse videtur, ne verbum quidem fecisti. PH. Eum quoque, nisi me interpellasses, mox aggredi statueram. Animaduertendum est igitur amorem, sicut plures alias affectiones, virtutes, atque actiones, quæ Deo & rebus creatis cōmuniter attribui solent, non eadem consimili ue ratione huic & illis congruere: cuius quidem rei me exempla quędam superius in

Amor diuino numini attributus nec vllam animi perturbationē, nec naturalē aliquā propensionē, nec vllū prorsus defectū in Deū ipsum inducit.

medium adduxisse recordor. Pariter quoque amoris nomen omnibus rebus creatis tam elementaribus videlicet ac cælestibus, quàm ipsis spiritalibus attributum nonnullum earum defectum semper præ se ferre videtur: huiuscemodi nanque omnia cùm diuina careant perfectione, quęcunque agunt, appetunt, diliguntq́; omnia ad Dei qualemcũque pro suis viribus copulationem referunt assequendã, et diuinę perfectionis aliquam portionem quãuis exiguam participandam. Verùntamen inferiorum amor non eorũ tantùmmodo defectum; sed nõnullis ipsorum, vt hominibus & animantibus quandam insuper animi perturbationem inesse significat: cęteris autem, ut elementis & mixtis insensibilibus propensionem quandam natura insitam duntaxat ostendit. At amor diuinus nec ullam animi perturbationem, nec naturalem aliquã propensionem, nec ullum prorsus defectum in Deum ipsum inducit: quoniã ille & liber, & impatibilis, & perfectissimus, nec vllius rei vnquam indigus esse existimatur. SO. *Quid igitur amoris vocabulum Deo attributũ significare arbitraris?* PH. *Promptam quandam & paratißimam voluntatem omnibus creatis essentijs, & rerum vniuersitati consulendi atque prospiciendi; necnon absolutam perfectionem singulorum captui accõmodatam eis conferendi. Vnde sicut altâs dixi di-*

Amoris nomen Deo attributum quidnã significat.

diuinus amor rerum Deo dilectarum, nequaquam autem Dei eas diligentis defectum supponere videtur. Oppositum autem in rerum procreatarum varijs ac differentibus amoribus cõtingit. Verumtamen id est, quòd ex huiuscemodi perfectione, quam res procreatę diuino numinis fauore consequuntur, Deus lętitiam & voluptatem quadam percipere existimatur, si modò hæc vocabula diuinitati vlla ratione accommodari queunt. Rerum autem singularum perfectiones etsi Deo longè inferiores existunt, diuinam tamen perfectionem magis conspicuam, manifestamque reddunt. Quapropter Deum rebus creatis summopere lætari in Psalmis traditum inuenimus. Diuinæ autem perfectionis atque iucunditatis augumentum nequaquam Deo simpliciter ac absolutè, sed merito diuinæ ad res procreatas relationis diuino numini attribuitur: nec ullam defectus speciem in purissimam absolutissimãque illam naturam introducit: sed in eius tantùmmodo ad res creatas relationem atque respectum. Hæc igitur Dei relatiua perfectio diuinitùm erga uniuersum, tùm etiam in singulas ipsius partes amoris conueniens & accommodatus finis existit: & proculdubio est illa, quę Dei absolutæ addita perfectioni eum omnibus numeris absolutum, & perfectissimũ reddit. Vnde hęc Dei integerrima, absolutissi-

Diuinus amor nõ Dei diligẽtis, sed rerũ potius à Deo dilectarũ defectũ supponit.

Dei relatiua perfectio diuini in res procreatas amoris conueniens & accommoda-tus finis existit.

ſima, & , vt ita dicam, perfectiſsima perfe[...] diuini amoris uerus propriuſq; finis exiſtim[...] debet: propter quem aſſequendum Deus om[...] nia produxit, uniuerſa conſeruat, cuncta reg[...] ac moderatur, & ſingulis motum uitamq[...] largitur. Quapropter cùm in ſimpliciſſima[...] illam unitatem principium & finis, amans a[...] amatum neceſſariò ſimul confluant atque con[...] currant: integram ac abſolutiſſimam perfe-ctionem tãquam finem principio, & amatum amante prẽſtantiorem ac diuiniorem vtiq; e-xiſtere dicendum eſſe uidetur. S O. Egregiè quidem huic tam arduæ atque illuſtri materiæ pertractandæ extremam manum impoſuiſti: & amoris originem ex duabus præcedentibus cauſis, amante uidelicet ac amato deductã op timè nimirum declaraſti: & primæ iam pro-poſitarum ambiguitatum, utrum ſcilicet a-mor ortus, ſeu genitus ab aliquo fuerit, an ingenitus prorſus exiſtat, plenè quidem ac cu-mulatè ſatisfeciſti: iam enim amorem ex a-mato & amante tãquam ex parentibus in lu[...] cem prodiiſſe perſpicio. Modò uellem, ut ad ſecundam quinque à me iam propoſitarum dif ficultatum explicandam accederes atque ſol-uendam: & quando amor primùm natus fuiſ ſe dicatur, vtrum ſcilicet ab æterno, & ex æternis amantibus atque amatis; an ſub ali-quod temporis initium, uel mundo exordien-

te,

te, uel post mundi creationem prodierit, libentissimè vtique intelligerem. P H. Hoc secundum quæsitum difficile profectò, ac dubium quàmmaximè esse videtur. S O. Cur secundũ primo obscurius ac difficilius existere arbitraris? P H. Quoniam cùm primũ amorem, & cęteris omnibus origine priorem eum esse inter homines constet, quo Deus impulsus mundum fertur edidisse: & cùm tempus mundanæ structuræ in controuersiam non solùm presenti, uerùmetiam superioribus seculis à quàmplurimis doctissimis viris fuerit adductum: tempus quoque ortus ac originis ipsius amoris dubium profectò remanet, atq; obscurum. S O. Primùm difficultatem, quando scilicet mũdus in lucem editus fuerit, breuiter attinge. Postea dubitationem, quando amor prodiisse dicatur exponendam atq; interpretandam aggredere: Demùm solutionem propositæ dubitationi congruentem afferre tentabis. P H. Vt tuæ uoluntati morem geram, nullum quãuis arduũ laborem me vnquã inuenies recusaturũ. Cùm omnes homines supremum mundi opificem ac genitorem æternum, & omnis temporis, principij, atque originis prorsus expertem esse consentiant atq; concedant: utrum postea mundus ab æterno, an sub aliquod temporis, momentũ prodierit, maximè dubitare consueuerunt. Plures Philosophorũ mundũ æternò ex Deo emanasse,

Amor quãdo natus primũ fuisse dicatur, difficile profectò scitu, ambiguũq; esse videtur.

Ordo futuræ disceptationis.

nasse, nec vllum prorsus temporis initium, non secus ac Deum ipsum vnquam sensisse existimarunt. Huic sententiæ maximus Aristoteles primũ adhæsisse, & vniuersa mox Peripateticorũ schola eã secuta fuisse videtur. SO. Quã nam igitur inter Deũ ac mundũ, si ambo æterni pariter existerent, differentiã assignare possemus? PH. Maximũ vtique foret eorum discrimen: ab omni nãque æternitate & Deus produxisset, & mundus productus fuisset: & alter quidem ipsorum æterna causa diceretur, alter verò æternus nũcuparetur effectus. Qui verò pietatem & religionem sequuntur, quiq; Mosaicã legem, eiusq; sanctissima precepta ac instituta colunt obseruantq;, mundũ nequaquã æternò productũ, sed ex nihilo sub aliquod tẽporis initium procreatũ fuisse arbitrantur: cui quidẽ veræ, pijssimęq; sententię nonnulli quoq; philosophantes aßensi fuerunt: in primis autẽ Plato ille diuinus, qui in Timęo mundũ à Deo factũ genitumq;, & ex confusa quadã implicitaq; materia, ex qua omnia vt ex subiecto originẽ suam traxisse videntur, in lucem editum deinde fuiße testatur. Et quãuis Plotinus eius clarissimus interpres, ut Platonis mentem ad mundanæ ęternitatis opinionem pertraheret, vehementer laborauerit; cùm Philosophum per mundi generationem siue confectionem nihil aliud, quàm ęternam ipsius à Deo ema-

Aristoteles, & cũ eo oẽs Peripatetici simul mũdum æternũ esse, & à Deo non secus ac æternũ effectum ab æterna causa emanare arbitrantur.

Fidẽ & pietatem colentes mundum sub aliquod tẽporis initium à Deo ex nihilo asserunt procreatũ fuisse.

emanationem intellexisse sæpius repetierit atque inculcarit: tamen Platonis verba temporale mundi principium apertissimè significare videntur, & sic vtiq; a pluribus alys Clarissimis viris Platonica dogmata profitentibus intellecta, expositaq; fuerunt. Verum tamen id est, quòd Plato Chaos, commune omnium subiectum, æternum, hoc est ab æterno a Deo productum esse pronuntiauit, quæ quidem opinio a pijs ac religiosis hominibus improbatur: ipsi nanque solum ac omnipotentē Deum ante primum creationis momentum neque mundo, neque Chaos comitatum præfuisse; & omnia deindè ex nihilo sub temporis initium produxisse opinantur: Moysesque profectò materiam Deo coæternam introduxisse nequaquā videtur. S O. Tres igitur de diuina mūdi origine opiniones circumferuntur: Quarum prima Aristoteli tribuitur, qui mundum æternò a Deo productū fuisse existimauit. Secūda Platoni ascribitur, qui Chaos siue subiectum tantùmmodo ab æterno, mundum verò sub quoddam temporis initium productū esse putauit. Tertia fidei ac pietati aßignatur, quæ omnia ex nihilo sub tēporis initiū creata quōdā fuisse pronuntiauit. Nunc Philo te singularū opinionū rationes ac fundamenta percurrere uellem. P H. Breuiter quidem ac compendiosè eas attingam: diffusa nanque, & absoluta tàm

Plato mundum temporale principium ex æterna materia a Deo habuisse existimauit.

Tres de diuina mundi ipsius origine reliquis insigniores opiniones, Aristotelis, Platonis, & fidelium.

tam arduæ quæstionis pertractatio nimis longa profectò molestaque foret. Peripatetici igitur quinque res in mundum inuectas ea natura præditas esse dixerunt, vt ipsis vel ortas vnquam fuisse, uel aliquando esse perituras repugnare prorsus videatur: primam videlicet materiam; continuam rerum generationem, & corruptionem; cęlestem naturam; motum, circularem præsertim; & tempus. S O. *Cur horum quinq; a te commemoratorum naturis initium vnquam habuisse repugnat?* Et cur *primum subiectum vnà cum ortu ac interitu rerum in lucem promi quandoque non potuisset? Et quid, ne Cælum, orbicularis motus, & tempus ab eo proficiscens olim orta fuisse dicantur, impedimento existit?* P H. *Huiusce rei rationem a te, quantum conijcio, vehementer expetitam, etsi aliquantulum a proposito diuertemur, libentißimè tamen explicabo. Materia prima, Aristotele authore, nullo temporis momento fieri vnquam potuisset: quicquid nanque efficitur, id ex aliquo necessariò effici oportet: omnes etenim ex nihilo nihil fieri poße fatentur. Vnde si prima materia olim facta fuisset, ex aliquo alio vtique fuisset effecta: & tunc non ipsa, sed illud potius materię primæ appellationem mereretur. Cùm igitur huiuscemodi ascensus, vel magis descensus in infinitum progredi nequeat, ad materiam quãdam*

Peripatetici quinque res in mundũ inuectas æternas esse sibi persuaſerunt: primam materiam: continuã rerum generationẽ, & corruptionem: cælestem naturam: motum, circularem præsertim: & tempus.

Ex nihilo nihil fit.

quãdã verè primã, atq; ingenitã neceße est tandem perueniri. Quapropter primum subiectum meritò æternũ eße cõcluditur. Hoc autẽ rerum quoq; generationẽ et corruptionẽ, quę ex huiuscemodi ęterno efficitur subiecto, perpetuã existere nimirũ consequitur: cũ enim materię primæ eßentia imperfectißimũ quid eße dicatur, eã sub aliqua substãtiali forma existere semper oportet. Vnde cũ rei præsentis generatio præteritæ corruptionẽ semper supponat, neceße est omnẽ generationẽ a corruptione, omnẽq; vicißim corruptionẽ a generatione aliqua antecedẽte præueniri: quẽadmodũ ex ouorũ interitu gallinaceos pullos frequẽter oriri videmus. Rerum igitur ortũ ac interitũ ęternum, nullo vnquã ab alto repetito principio, existere cõcludamus: sicut exẽpli gratia, quodlibet ouum gallinaceum ex gallina, & omnis gallinaceus pullus ex ouo semper originẽ ducit: nec vter amborũ precceßerit, sciri dici'ue potest. Cælũ insuper propriæ merito naturæ quisnã æternũ eße negabit? Si nanque cæleste corpus genitum vnquam fuißet, quandoque etiam corrumperetur. At corrumpi minimè potest, cùm nihil ipsi oppositum contrarium'ue prorsus existat: corruptio nanque ex alterius duorum contrariorum exuperantia proficisci conspicitur: generatio quinetiam a contrario ad contrarium progreßio quædam eße definitur.

Omnis generatio a corruptione, omnisque vicißim corruptio a generatione aliqua antecedente præuenitur.

Corruptio semper ex alterius duorũ contrariorum exuperantia proficiscitur.

Generatio a contrario ad contrarium progreßio quædam eße definitur.

tur. Cælum autem omni contrario penitus carere inde potissimum conijcitur, quòd ipsum nec pati, nec vllam prorsus substantiæ aut qualitatum suscipere vnquam mutationẽ videatur: & in primis figura ipsius rotunda, quæ sola omnium figurarum cuiuscunque expers oppositionis meritò existimatur, huiusce rei manifestam & amplissimam efficit fidem. Motui insuper orbiculari nullũ assignari principium utique potest: sicut enim circularis cælestis corporis forma nullum omnino certũ aut determinatum principiũ habere uidetur, quinimò quodlibet signum in ea acceptum principium & finis indifferenter nuncupatur: pariter quoque orbiculari motioni nullum certũ aut definitum principium vnquam assignabis, imò quàlibet eius acceperis portionem, principium & finem eam conuenienter appellare tibi licebit. Primæ insuper motionis simpliciter atque communiter consideratæ perpetuitas ea potissimum ratione probari consueuit, quòd si ipsa gigneretur, cùm omnis generatio motio quædam esse dicatur, tunc primus motus alterum motum sese priorem atque superiorem haberet, quod quidem fieri minimè potest. Cùm igitur in motionum generatione progressio in infinitum sit summopere euitanda, necesse est ut gradum in prima perpetuaq; motione tandem sistamus. Idem prorsus de tempore

pore primum motum consequente fieri debet iudicium: cùm enim tempus nihil aliud quàm numerus seu mensura duarum partium motus, antecedentis uidelicet ac subsequentis esse definiatur, tempus ęquè ac motũ æternũ existere profectò consequitur: & iure quidẽ, cũ quodlibet momentum preteritum terminare, & futurum inchoare tempus semper uideatur. Vnde nullum prorsus temporis instans tanquam primum & fixum ipsius principium indicari siue accipi potest. Tẽpus igitur æternum esse, & nullum vnquam ortus sui principium habuisse tandem est concludendum. SO. *Rationes, quæ Aristotelem ad materiæ primæ, cælesti naturę, inferiorum generationi, orbiculari motioni, & temporis continuæ successioni ęternitatem ascribendam impulerunt, optimè intelligo. Aliæne præter istas ad mundi perpetuitatem demonstrandam rationes adduci queunt?* PH. *Quæ hactenus commemoratę fuerunt, naturales quidem existunt, & Aristotelem authorem recognoscunt. Verùm Peripatetici deinde prædictis duas insuper alias ex theologiæ fontibus petitas rationes ad mũdi æternitatem confirmandam atque corroborandam addiderunt: quarum altera quidem ex summi opificis natura, altera uerò ex diuinorum operum fine sumitur atque deducitur.* SO. *Eas quoque addiscere percupio.* PH.

Aiunt

Tẽpus nihil aliud quàm numerus seu mensura duarum partium motus, antecedentis uidelicet ac subsequentis esse definitur.

Momentum quodlibet, ex Aristotelis sententia, præteriti ac futuri tẽporis copula quædam communis existit.

Duæ Peripateticorum rationes ex theologiæ fontibus petitæ, atque superioribus adiectæ ad mundi perpetuitatē demonstrandam.

Aiunt ipsi, quòd cùm Deus æternus & immutabilis opifex semper eße dicatur, & opus artificis sui ingenium semper referre videatur, iurè mundus etiam Dei præstantissimum opus æternus pariter, ac sibiipsi semper similis existere debet. Eoq́ue magis, quoniam creator dum mundum procrearet, nihil aliud quàm benefacere intendebat. Cur igitur hoc maximum bonum tunc primùm, nec anteà, vel potius æternò Deus effecit? Quodnam impedimentū omnipotentem ac perfectißimum Deum, ne tantum bonum perpetuitate quoque donaret, remorari potuit ac retardare? S O. Peripateticorum rationes haud leues mihi quidem videntur: theologicæ præsertim, quæ ex diuini opificis immortali natura, & ex fine in mundi procreatione a diuina voluntate sibi proposito assumptæ fuerunt. Quo pacto igitur Platonici, & nos omnes, qui legem Mosaicam profitemur omnia ex nihilo sub temporis initium procreata fuiße asserentem, opinionem nostram a Peripateticorum argumentis defendemus?

Fidelium, qui mūdum ex nihilo in lucem affirmant prodiisse, rationes, & ad Peripateticorum argumenta eorundem responsiones.

P H. Nos quoque multa pro veritatis defensione in medium adducimus. Primùm quidem ex nihilo aliquid a natura fieri minimè posse cōcedimus. At ab omnipotente Deo inusitato quodam, atque prodigioso exemplo ex nihilo aliquid effici posse contendimus: non quòd nihil rerum materia, ut lignum statuæ, vnquā esse

esse dicatur: sed quoniam Deus sine vllius præiacentis materiæ auxilio res tūc primùm procreare, seu in lucem edere queat. Eadem quoque ratione cælestia corpora, primumque subiectum etsi propriarum merito naturarum neque generationi, neque corruptioni subijciuntur: tamen propter immensam, ac admirabilem Dei potentiam sub prima mundi exordia ex nihilo procreata fuerunt. Pariter etiam & si mutuæ rerum generationis, & orbicularis motionis, temporisque naturis principiū habuisse repugnat: tria tamen illa sub diuinā mundi procreationem incepisse vtique fateri debemus; cùm ipsa partim primę materiæ, partim cælestis corporis essentias consequantur: quę quidem ambo iam diximus incepisse. Quod autem ad summi opificis spectat naturam: diuinas actiones non ex necessitate, sed a libera voluntate, absolutaq; potentia proficisci respōdemus: quæ sicut nullis necessitatis uinculis astricta, in mundo constituendo, in orbium astrorumque numero terminando, in cælestium ac elementarium sphærarum magnitudine definienda; atque in numero, mensura, & qualitatibus singulis rebus tribuendis libera prorsus atque soluta fuisse videtur: ita quoque voluntatis eadem usa libertate, rerum procreationi temporale principium assignandum esse iudicauit, etsi propriā

Diuinæ actiones non ex necessitate, sed a libera Dei uoluntate, absolutaq; ipsius potentia proficiscuntur.

cum

cum ipsis communicare potuisset æternitatem. Quod uerò ad diuinorum operum attinet finẽ, ad id sic utiq; respondemus: quòd etsi finis mundanę structuræ in benefaciendo constituisse dicatur, & homines æternum temporario bono semper præponere soleant: nos tamen cùm ad Dei reconditam sapientiam cognoscendam nequaquam pertingere ualeamus, nil mirum existit, si nec proprium diuinorum operum finem indagare seu cognoscere vnquam possimus. Quinimò apud Deum in mundi procreatione temporarium bonum æternum fortasse præcedit: propterea quòd absoluta potentia Dei, eiusq; libera voluntas magis ex eo, quòd omnia ex nihilo procreauit, cognoscitur atque perspicitur, quàm si æternò uniuersa produxisset: tunc enim hęc ex Deo, quemadmodũ lux è Solari corpore necessariò dependere uiderentur: nec mundum propter liberam quandã gratiam, maximamq; ipsius Dei liberalitatẽ editum olim fuisse significarent: quod quidem Dauidem ita cecinisse reperimus. Dixi mundum propter gratiam & misericordiam Dei fabricatum fuisse. S O. *Non'ne maiorem opificis vim atque potentiam æterni, quàm temporarij boni confectio indicare videtur?* P H. *Potentior vtiq; debet existimari, qui rem temporariam simul ac æternam traditur effecisse.* S O. *Quo pacto mundum & tempori subiectũ,* &

& cum æternitate simul coniunctum esse defendemus? PH. Ipse quidem temporarius existit, eò quòd uitæ suæ temporale principium traditur olim habuisse: æternus autem nuncupatur, quia, vt plures Theologi senserunt, nullum vnquam finem est habiturus. Vnde sicut maxima Dei potentia ex mundi temporario principio percipi potest, ita summa eius liberalitas atque beneficentia ex mundi perpetua conseruatione potest cognosci. De suprema autem ipsius Dei sapientia, cuius Peripatetici in firmam quandam exiguamque notitiam tradiderunt, id tantùmmodo breuiter dicam: eos profectò desipere, si ad intentionem, finem, atque propositum diuinæ sapientiæ cognoscendum sese vnquam penetraturos arbitrantur: in cuius quidem rei confirmationem grauissimum illud ipsius prophetæ testimonium Dei personam gerentis adducam. Semitæ meæ, meæque cogitationes multò magis, quàm cælum terras, supereminent vestras. SO. Rationes istæ, vt a Peripateticorum saltem nos defendamus argumentis, cùm eos offendere minimè liceat, satis superque mihi esse uidentur. Easdem quoque Platoni pro suę opinionis defensione magno usui fore existimo. Verùm cur ipse Chaos æternitatem obsecrò introduxit, cùm summa Dei potentia illud ex nihilo, & ex eo deinde mundum, quemadmo-

Mundus temporarius simul atque æternus a nonnullis Theologis esse existimatur.

Peripateticorum arrogantiā reprimit atq; retūdit.

Fidem haud quidem demonstrationibus confirmari, sed a Philosophorum tantùmmodo rationibus uindicari satis superque esse uidetur.

Plato Mosaicam Theologiam philosophicis rationibus munire quàm maximè studuit.

dum nos sentimus, procreare potuerit? PH. Fidem a Philosophorum rationibus uindica[re] satis esse probè nimirùm dixisti, nec enim ipsa demonstrationis ope indigere uidetur: tum enim scientiæ potius quàm fidei nomē sibi assumpsisset. Quod autem rationibus confutari minimè potest, firmiter credere pios ac religiosos homines maximè decet. Primum subiectum idcirco æternum existere Plato putauit, ut Mosaicam mundi procreationem Philosophicis rationibus magis tutam redderet atq; munitam: ipse nanque Philosophus potius, quàm legis credulus tandem uoluit haberi.

SO. Verùm quomodo Plato primum subiectum, siue Chaos ęternò a Deo productum existimans mundi temporalem procreationem seruauit? Et quid Chaos æternum ei prodesse potuisse, si postea mundum temporariam originem habuisse putauit? PH. Ab ultimo primùm exordiar. Plato Chaos æternitatem introducens id in primis assecutus fuisse uidetur, ut dictum illud apud omnes sapientes certum & constantissimum ipse quoque purum integrumq́ue seruauerit, ex nihilo scilicet nihil effici posse. Vnde etsi mundum genitum deinde fuiße subiunxit: eum tamen nequaquā ex nihilo factum esse, sed ex Chaos antiquo atque ingenito tanquam ex primo subiecto, uteroq; materno emersisse, & formatum fuisse existimauit.

Ratio, cur plato [a]nte mundi tem[p]oralem procrea[t]ionē Chaos æter[n]ò præcessisse exi[st]imauit.

existimauit. Unde prisci etiam, qui Theologiam, diuinamq; scientiam fabularum uelaminibus inuoluerunt, ante mundi constitutionem Demogorgonem Deorũ maximũ, Chaos, atq; eternitatem tantùmmodo præfuisse dixerunt. S O. Hoc dictum ueterum sapientum, ex nihilo scilicet nihil fieri posse, præterquàm quòd omnes Philosophi ipsum ut clarum & manifestißimum cõcesserunt ac approbarunt, potest'ne insuper ulla ratione confirmari? P H. Nisi rationi alicui inniteretur, assensum & approbationem tot præstantißimorum uirorũ profectò nunquam obtinuisset. S O. Eam obsecro, ueterum authoritate contempta ac prætermißa, capiamus. P H. Rectè quidem postulasti. Hæc enim ratio ambobus nodis superius a te propositæ difficultatis explicandis maximè nimirum conducet. Necnon insuper caussam, cur Plato haud tantùm mundi recentẽ procreationem posuisse, uerùm etiam Chaos, primamq; materiam a summo rerum opifice æternò productam existimasse uidetur, intelliges. S O. Eam audire percupio. P H. Cùm Plato mundum unicam quandam communemque substantiam esse ad formam redactã, eiusq; singulas partes ad communem illã substantiam constituendam proprijs formis formatas atque distinctas concurrere animaduertisset: mox & totum, & partium illarum

Antiquissima opinio.

Ratio, cur Plato mundo formato temporalem, ipsi autem Chaos informi æternam originem assignauit.

vnamquãque ex informi quadam, omnibusq; communi substantia; & ex propria forma, quæ informandi seu perficiendi munere fungitur, constare pronuntiauit. SO. Rectè quidé. Quid tum posteà? PH. Hanc rerum omniũ, tùm totius, tùm etiam singularũ partiũ formationem atq; distinctionem Philosophus aliquando incepisse, nec ęternam extitisse indicauit. SO. Cur? PH. Quoniam informe formatum semper oportet pręcessisse. Dic quæso Sophia, si tu aliquod ligneum cerneres simulachrũ, non'ne lignum ipsum informe præfuisse, deinde simulachro illi propria & conuenienti dispositione formatum fuisse iudicares? SO. Maximè. PH. Pariter etiam Chaos, antequam forma mundi est insignitum ac decoratum, informe prius oportet iacuisse. Quapropter mundi formatio ortum ipsius recentem, nouamq; eius significat procreationem. Formę autem priuatio siue uacuitas materiam, ex qua Deus mundum effecit, haud nouam quandoque, sed antiquã ac æternã semper ostendit extitisse. Concedendum igitur iam esse videtur, sicut mundus ad formam redactus olim incepit, ita Chaos informe nunquam incepisse, sed ab omni æternitate præfuisse. Iam igitur illius quoque antiquorum pronuntiati rationem te arbitror perspexisse, ex nihilo uidelicet nihil vnquam fieri posse. Effectio nanque nouã signi-

Informe formatũ præcedere semper oportet.

[R]atio illius antiquorum pronuntiati, ex nihilo ui[d]icet nihil effici [posse].

gnificat utiq; formationem; forma autem ad informe, ex quo formatum efficitur, semper refertur: ex nihilo nanque informi nihil vnquam formatum efficietur. Vnde ex prædictis denique colligamus, quòd sicut formatus iam mūdus nouam ipsius generationem, ita informe Chaos æternam eius supponit ex Deo progressionem. SO. At ego Chaos æternam quidem generationem habuisse, nec tamen ex Deo prodiisse, tibi fortasse concedam. PH. Quin hoc quoque fatearis, euitare minimè potes: cùm enim Chaos informe & imperfectum quid esse dicatur; causam aliquam producentem, quæ forma quædam perfectioq; communissima existat, queq; ipsius amplissimæ deformitati atq; imperfectioni proportione quadam respōdeat, profectò efflagitare uidetur. Huiuscemodi autem conditiones optimo maximo Deo solùm conueniunt. SO. Ecquid Deum formam credis habere? Ipsum igitur formatum esse, & nouam generationem habuisse, quod a veritate quàm maximè est alienum, hac ratione fatereris. PH. Deus nec formatus esse, nec formam potest habere: sed ipsemet summa potius forma in sese consistens existit, quæ Chaos singulisq; eius partibus formæ beneficium largitur. Ex ambobus autem, Chaos scilicet, formaque simul iunctis & copulatis tùm mūdus, tùm singulæ eius partes constare dicuntur. Huiuscemodi

Chaos ab æterno ex Deo prodiisse demonstrat.

Deum nec formatum esse, nec formam ullam habere dicendum uidetur: quin ipse potius est summa atq; absolutissima forma.

Mundus ex Deo, primaque materia tanquam ex duobus æternis parentibus temporalem originem traxit.

iusce modi nanque omnia ex forma illa diuina tanquam ex patre, & ex Chaos tanquam ex matre, ambobus quidem æternis, ingentisq; parentibus originem suam traxerunt. Verùm perfectißimus, & absolutißimus ille parens ex sese substantiam informis tantùmmodo, ac imperfectißimę matris dicitur edidiße. Ex ambobus autem numerosa & pulcherrima mundi soboles deinceps orta, & formata fuiße uidetur: quæ vnà cum materno subiecto formā quoque parentis imaginem conspicitur retinere. Quapropter hac Plato ratione persuasus Chaos ęterno ex Deo emanaße, & mundum cum singulis eius partibus sub recentem rerū omnium procreationem factum olim, formatumq; fuiße pronuntiauit. SO. Hanc Platonis rationem mirificè gaudeo intellexiße. Verùm falsum quoddam ille fundamentum pro sua opinione construenda iecisse uidetur, cùm informe formatum pręceßiße, & sine eo quandoque eße repertum aßeruerit. Huiusce modi nanque antece ßio etsi naturalis fortaße progreßionis, non tamen temporalis succeßionis merito est concedenda: res enim prorsus informis, & sine ullà omninò forma reperiri minimè potest; quinimo forma ea dicitur eße, propter quam informe subsistere conspicitur. Quapropter vel ambo, formam uidelicet ac materiam, & ex hoc mundum ipsum quoque

æterna

æterna semper extitisse, ut Aristoteles sensit: uel ambo, & omnia pariter olim procreata quandoque fuisse, vt fideles profitentur, necesse est dicamus. Vnde vtram duarum opinionum sequamur, materia in naturali duntaxat origine, nequaquã aũt in temporali anticipatione primas partes obtinuisse uidetur: ex quo Platonicum illud argumentum a te superius adductum funditus tolli, euertique contingit. PH. Materiam formã, ut subiectum id, cui subijcitur, naturaliter præcedere, tanquam clarum & manifestum prorsus relinquo. Verùm propter hoc id etiam a nobis est concedendum, quòd materia tempore insuper quodcunque tempus, & quamlibet formã sibi aduenientem præcedat. Primam nanque materiam prius ratione tẽporis cuiuslibet formæ sibi inhærentis suscipiendę potestatem gerere oportet: actũ enim quendã perpetuũ, coæternum, & cum potestate semper coniunctũ materię assignare nihil profectò aliud existeret, sicut Aristoteles sensit, quàm materiæ et potestatis naturã funditus tollere, atq; auferre. SO. Cur igitur Aristoteles mũdũ ab æterno formatũ fuisse pronuntiauit? PH. Quoniã ipse materiã primã nequaquã omnibus corporibus, sed inferiori dũtaxat mũdo, in rerũ assidua generatione assiduaq; corruptione uersanti, cõmunẽ existere putauit. Quẽ quidẽ sublu-

Materia non tantùm natura, uerùm etiam tẽpore quamlibet formã sibi aduenientem præcedit.

Aristoteles materiam primam ex mundo cælesti sustulisse, & in inferiorem perpetuò relegasse uidetur.

narẽ orbẽ tãquã propriũ domiciliũ primę, ęternę que materię aſcripſiſſe; et nullã certã determinatã'ue formã in perpetuã ei ſocietatẽ adiũxiſſe ui detur: ſed ſemper materiã alterã quidẽ formarũ generationis beneficio acquirere, alterã uerò maleficio corruptionis amittere exiſtimauit. Plurimarũ inſuper, ac differentiũ formarũ ęternã ſucceſſionẽ, a qua indeficiẽs rerũ ortus atque interitus proficiſci cõſpicitur, introduxit: Singularia autẽ quæcũq; oriri atq; occidere tandem determinauit. SO. Cæleſtia igitur corpora, cùm a Peripateticis ingenita eſſe dicãtur, ex Ariſtotelis ſententia materiæ prorſus erunt expertia. PH. Ipſe quidem cælos ac ſtellas ex ſubſtãtiali cõſtare materia nequaquã cõſentit: ſi ea nãque materiã participarẽt, ortui et occaſui nõ ſecus ac ſublunaria corpora profectò obnoxia forent. At ipſa corpora quædã ęternitate prædita exiſtũt, quę motionis potius quàm generationis materiæ nomen ſibi uendicarunt. SO. Verùm cur Plato quoq; Chaos illud æternũ ſemper formis perpetuò ſibiinuicẽ ſuccedẽtibus noluit exornatum fuiſſe? PH. Plato quidem, quin omne corpus formatum ex informi prius exiſtente materia fuerit effectum, nunquam in animum ſibi inducere potuit. Vnde cùm Cęlos, Stellas, Solemque præſertim elegantiſſimis quibuſdam, & pulcherrimis formis inſignitos frequenter ſuſpiceret, eos quoque non ſecus

...to unam ean- ...q; matersam ... celeſtibus, ... etiã inferio- ...us corporibus ...munem eſſe ...ſtimauit.

fecus ac corpora inferiora ex informi con-
ſtare materia audacter pronũtiauit. SO. Cæ
lorum & ſublunarium corporum materia nũ-
quid vna eademq́; , an diuerſa fortaſſe exiſtit?
PH. Alia quidem præter primum informe,
ac rude ſubiectum eſſe minimè poteſt: nihil e-
nim ſibi habet adiunctum, cuius merito multi-
plex, ſeu diuerſa reddatur; quinimo vnam ean-
demque omnium ex materia conſtantium eam
profectò exiſtere oportet. Haud temerè igitur
Plato exiſtimaſſe videtur, quòd ſicut mundus
vniuerſus è Deo tãquam è communi parente
dicitur prodiſſe, ita è Chaos tãquam ex cõmu-
ni rerum omniũ matre exiſſe putetur, ipſe au-
tem amborum filius exiſtere cenſeatur. SO.
Nunquid igitur Angeli, & puriſſimi illi intel
lectus ex materia fortaſſe conſtabunt? PH.
Iam Platonicorũ nonnulli Angelos quoque,
ac ſpiritales intellectus aliquam Chaos ſibi ven
dicaſſe portionem exiſtimarunt. Chaos nãque
ipſis incorpoream quandam ſubſtantiam, quæ
à Deo poſteà formam ſuſcepit intellectualé,
præſtitiſſe dixerunt. Quapropter ex iſtorum
ſententia Angeli quidem intellectualem, incor
poreamq́; materiam; cæli verò materiam cor
poream, et mortalitatis prorſus expertem; hæc
deniq; inferiora materiam in aſſidua genera-
tione, corruptioneq́; verſantem ſibi elegerunt.
Qui verò intellectus angelicos animas quaſ-
dam

Platonicorũ nõnulli Angelos ex Chaos, intellectualiq́; forma conſtare, compoſitosq́; eſſe voluerunt.

dam à materia penitus separatas, cælestiūq; corporum purissimas formas existere arbitrantur, materia in cælorum tantùmmodo, nequaquam autem in cælestium & intelligentiū animarum compositione vtuntur. S O. *Cæli igitur è Platonis sententia ex eadem, qua nos quoque, materia effecti fuerunt?* P H. *Ex eadem profectò.* S O. *Cur ergo æterni esse dicuntur?* P H. *Ideò Plato, ne sibi repugnaret, cælos ex informi, Deoq; coæterna materia gentos olim fuisse subiunxit.* S O. *Rectè hoc vtique dixit. Verùm eum morte quoque, & corruptione vitam illorum terminare oportuisset: materia nanque succedentibus temporibus diuersis ac differentibus formis vestiri ac perfici debet.* P H. *Hac de causa ipse cælos propriarum merito naturarum quandoq; soluendos fore existimauit, cùm omnia ex materia & forma constantia ad solutionem tandē contendant: verùm eos, quāuis solubiles, ab infinita tamen diuinaque potentia indissolubiles effici philosophus voluisse videtur.* S O. *An Deum, qui cælorum naturam solubilem precreauit, quasi eum facti pænituisset, ipsos dein de indissolubiles effecisse, & sic opus suum improbasse, seseq; condemnasse credendum existimas?* P H. *Subtilissimè nimirum dubitasti. Attamen Platonem Deum in Timæo cęlos ita alloquentem introduxisse reperimus. Vos omnes,*

Plato Cælos suapte natura solubiles quidē esse, propter ingentē tamen infinitamq; Dei ipsius potentiā indissolubiles perpetuò permansuros voluisse videtur.

nes, propterea quòd à me conflati, dissolubiles quoque estis. Verùm, quia pulchri dissolutio turpis & iniqua videtur, me annuente immortales ac indissolubiles estote: mea nanque potentia vestram infirmitatem longissimo exuperat interuallo. At ego Platonem cælos per hæc verba nequaquam semper indissolubiles fore existimo voluisse: at rationem tantùmmodo, cur ipsos ex inferiorum corporum more vicissim gigni, corrumpique, & angustis eorum vitam terminis circunscribi minimè conspiciamus, cùm tamen ex eadem cõmunique & isti & illa materia, à qua nouitas ac dissolutio proficiscitur, constent, eum arbitror reddidisse. Vnde Philosophus dixit, quòd etsi cæli propter materiæ sibi insitæ inconstantem, mutabilemque naturam citò dissolui deberent, tamen propter cælestium formarum mirificam pulchritudinem à diuino numine eis impertitam diuturnum exigent æuum. SO. Cæli ergo ex sententia Platonis tandem corrumpentur? PH. Maximè. SO. Quando autem tantam eorũ commutationem existimas euenturam? PH. Cùm naturalem vitæ suæ cursum expleuerint, quem ipsis quoque non secus ac inferis corporibus, etsi diuturniorem, Deus ascripsit atq; assignauit. SO. Tempus'ne aliquod præfixum ac terminatum antiqui cælestium corporum vitę statuerunt? PH. Prisci Theologi

Authoris propria sententia, quòd Plato cælos quoq; diuturno æuo exacto corrũpẽdos deniq; fore existimauerit.

Mundus inferior è priscorũ Theo-

gorũ semẽtia sepiẽ milliũ annorũ spatio germinat, corrũpitur, ac renouatur.

logi, à quibus Plato plurima fertur didicisse, mundum inferiorem septem millium annorũ spatio corrumpi, & renouari existimarunt. S O. Quãdiu autem in ea persistet corruptione? P H. Ex septem millibus annorum sex millium curriculo inferiorum corporum materia assiduè germinare traditur, ac pullulare: quibus transactis ipsam omnibus intra sese coactis collectisque septimo deinceps millesimo anno quiescere ferunt; quo quidem totius temporis spatio pro ventura sex millium futurorum annorum germinatione comprimitur, & grauidatur. S O. Ex septem annorum millibus quot hucusque elapsi fuerunt? P H. Supputandi Hebraicam seruantes rationem, Quintum millesimum ducentesimum sexagesimum secundum annum à creationis exordio nunc agi dicemus. Quapropter sex millium annorum reuolutione perfecta inferior mundus statim corrumpetur. S O. Quęnam ob secrò tam potens causa reperietur, vt tantam corruptionem efficere valeat? P H. Exuperatio vnius quatuor elementorum, præsertim ignis, aut forsitan aquæ. S O. Cæli verò quando peribunt? P H. Dicunt quòd inferiori mundo septies corrupto, septem millibus annorum in seipsa redeuntibus, vniuersa cælorũ series compago dißoluetur; & omnia ad Chaos primumq; illud informe subiectum reuertentur

Hæc quidẽ subductio vera fuit auctore olim vitam agẽte. Nunc verò tẽpestate nostra anno salutis 1564 sese vertente à creationis exordio 5324. annos ferè elapsos fuisse dicemus.

Mundi inferioris corruptio ab vnius quatuor elemẽtorũ, ignis præsertim aut aquæ, exuberantia proficiscitur.

& hæc quadragintanouem millibus annorũ ab origine mundi transactis euentura prænunciant. SO. Qui[illegible] p[illegible]ea f[illegible]m arbitrantur? PH. [illegible] at- que obscuris p[illegible] e[illegible] er[illegible] uide tur, nonnullo[illegible] r[illegible] rum de hac re [illegible] am t[illegible] o. Dicunt Chaos i[illegible] tantis laboribus sese r[illegible] erit, ad semẽ diuinum ru[illegible], & mundum de inde parien[illegible] dentro suscipien das reuersu[illegible] o. Nunquid mundus aliâs etiam fuit [illegible] eatus? PH. Quid ni? SO.

Celorũ uniuersitas, 49. millibus annorũ ab origine mũdi transactis, [illegible] dissol- ue[illegible] [illegible]

in ... stitui ... duxit ... iam

... con

... ipsis

... cu

... roq;

eorum ... sub-

stan... agos

cut [illegible] dissolutio [illegible] esset æ [illegible] sp[illegible] f[illegible] fe[illegible] n[illegible] nis [illegible] P[illegible] recedente [illegible] quo[illegible] n [illegible] sem[illegible] ex[illegible] in[illegible]io-ris [illegible] s tem-poribus i[illegible]. Cùm aut[illegible] s & recedentes oct[illegible] septimum perue ner[illegible] s quoque cæle stis [illegible] quadraginta no-uem [illegible] vniuersi procreatione tand[illegible] urum. S O. Maximum [illegible] tam præclarā opinionem con-firm[illegible] andam momentum hæc Theologorum, Astrologorumq; concordia afferre videtur. Verùm dic quæso, Astrologi rationibus'ne tantùmmodo, an disciplinæ insuper alicuius authoritate in hanc sententiam in ducti fuerunt? P H. *Diximus iam quòd ipsi rationibus quoque persuasi mundum corrumpendum denique fore crediderunt. Verùm in temporum deinde rationibus supputandis eos diuturnam quandam ac verissimam obserua-*

 tio-

tionem potius, quàm philosophicas rationes existimo secutos fuisse. Sed, quemadmodum ipsi quoque confirmasse videntur, vtriusque diuinæ cuiusdam disciplinæ beneficio non à Moyse primùm diuinarum legum conditore, verùm ab antiquissimo vsq; parente Adamo longissima quadam serie descendentis didicerunt. Hæc enim præstantissima disciplina ab Adamo per vocalem dũtaxat traditionem, propterea quòd monumentis litterarum consignari vetabatur; vnde eam Hebræi Cabalam, quasi receptionem dixeris, appellarunt; ad sapientissimum Enochum, & inde ad celeberrimum Noe transijt, atque peruenit: qui cùm post diluuium vinorum vsum primus introduxisset, Iani meritò sibi cognomen vẽdicauit, quod quidem vocabulum apud Hebræos vinum significare comperitur. Eum duabus faciebus ad diuersa, oppositaq; spectantibus loca depingunt, propterea quòd ipse duas varias differentesque mundi, tùm ante, tùm etiam post diluuium dispositiones vidit atque cognouit. Hic diuinam istam scientiam vnà cum plurium aliarum diuinarum, & humanarum disciplinarum cognitione Semæ reliquis liberis sapientiori, & Heberi pronepoti tanquam opulentissimam quandam hæreditatem dicitur reliquisse. Hi duo Abrahamum deindè litteris instruxisse feruntur, qui ab Hebero proauo ac præceptore Hebræi sibi cogno-

Cabala Hebræorũ antiquissima disciplina ab ipsis ore tantummodo quasi per manus tradita.

Cabala quasi receptio ab Hebræis sic appellatur.

Ratio cur Noe vini inuentor biceps depingitur.

gnomen assumpsit: & ipse quoque Noe vidisse narratur, cùm Noe Abrahamo nonum & quinquagesimum annum agente supremum diem obijsse dicatur. Ab Abrahamo deinde Isaco, Iacobo, Leuique intercedentibus huius altissimæ disciplinæ relatio, vt nonnulli opinantur, ad sapientissimorum illorum Hebræorum denique genus fertur peruenisse, qui Cabalistæ appellati fuerunt. Hanc tam arduam, reconditamque doctrinam à Moyse diuino numine afflato non tantùm ore deinceps stabilitam, & confirmatam fuisse: sed ab eodem in sacris quoque voluminibus sparsim proprijs, & verisimillimis notis expressam fuisse homines arbitrantur. SO. *Si in Mosaicis scripturis hęc sanctissima mysteria aliquo veritatis lumine descripta & figurata reperiuntur, te quædam eorum saltem interpretari vehementer desiderarem.* PH. *Quæcũque nonnullos doctissimos viros dixisse comperio, tibi quidem libentißimè referam. Hęc tamen velut firma quędam, atque certißima dogmata asserenda nequaquam iudico: nec enim clara aut explicita, sed figurata obscuraq; oratione à Moyse significata fuisse creduntur. Vt autem tibi morem geram, quæ illi dixerunt, nudè simpliciterq; duntaxat exponam, etsi à proposito nonnihil recedere videamur. Moyses, sicut te minimè preterit, Deũ*

Cabalistæ Hebræorũ sapiẽtißimum genus.

mundum ipsum sex dierum spatio procreasse, & septimo denique ab omni negotio quieuisse testatum reliquit: in cuius quidem rei monimentum Hebræos quoque sex diebus laborare, & septimo feriari præcepit. Theologi superius à nobis commemorati singulos dies diuinæ procreationi attributos singula annorum millia inferioris mundi conseruationi designata referre existimarunt: Dauidis præsertim authoritate suffulti, qui mille annos, si ad Deum referantur, vnius tantùm diei rationem obtinere pronuntiauit. Sex igitur dies naturales in diuina olim mundi procreatione consumpti, mundum inferiorem sex milliũ annorum spatio germinandi virtutem retenturum eleganter nimirum significasse videntur. Septimus autem dies diuinitati olim recreandę designatus Chaos septimo annorum millesimo ab omni germinandi labore vacaturum ostendit. Hebręi insuper à die, quo ex Aegypto exiisse dicuntur, principium sumentes, & septem hebdomadas, nouem videlicet quadragintaque dies deinceps enumerantes, quinquagesimo demùm festum, proptereà quòd diuinitas olim id temporis sese oĩbus nullo discrimine habito cõmunicauit, maximo honore celebrare consueuerũt. Aiunt Cabalistæ, quòd ex hoc septẽ inferioris orbis vicissitudines, quadragintanouem millium annorum spatium intercurrentes, & noua demùm vi-

Qua ratione Cabalistæ ab ipso Moyse inferioris mũdi interitũ post septimũ, cælestis aũt post nonũ & quadragesimum millesimũ annũ euenturum accipi posse existimarũt.

Festũ maximum Hebræorum.

vniuersitatis rerum cõmunicatio & conuenientia eleganter admodum colligi possunt. Nec Moyses seruorum dũtaxat manumißione, verùmetiam alibi annorum ipsorum numero hoc clarè significasse videtur, vnoquoque videlicet anno mille designans: cùm præsertim magnus cœlestis corporis annus apud Astrologos mille Solares annos complecti dicatur. Quapropter Moyses optimi legislatoris munere fungens, vt sex annos tellurem agrorũ cultura exercerent ac fatigarent; Septimo autem ab agris colendis abstinentes eam feriari permitterent, Hebręis pręcepit. Dixerunt autem isti terræ nomine Chaos propriissimè significari, quod quidem Hebręi, Chaldęi, plurimiq; gentiles terrã frequenter appellare consueuerunt. Ex Moysis autem præcepto id vtiq; colligi potest, quòd Chaos sex annorum millibus hæc inferiora assiduè pariet, ac germinabit; septimo demùm omnibus ipsis in vnum confusis implicitisq;, nullaq; prorsus eorum distinctionis aut proprietatis habita ratione, quieti ac otio indulgebit. Quapropter septimo anno & debita condonanda, & prædia iam vsurpata relinquenda, & omnia ad pristinum statum redigenda Moysem præcepisse inuenimus. Vnde Hebræi septimum annum scemitam, quasi relaxationem dixeris, appellarunt. Quæ quidem relaxationem proprietatis seu distinctionis rerum inferiorũ

Magnus cœlestis corporis annus apud Astrologos quinã uocari consueuerit.

Annus septimus ab Hebræis scemita quasi relaxatio appellatur.

septimo annorum millesimo futuram, & earum omnium ad antiquißimum Chaos reuersionem euenturam prænuntiasse videtur. Hæc autem scemita eandem rationem in annorum, quam Sabbatum in dierũ hebdomadalium serie obtinere perspicitur. Moyses deinde instituit, vt septem scemitis iam exactis, quę quadraginta nouem millium annorum significant circuitum, Iobel, quod Iubileum & reditionem Latini interpretantur, maximo celebraretur honore. Nec immeritò quidem: eo nãque fœlicissimo anno omnia, quę ad terram elaborandam, & ad negotia contrahenda spectare dicuntur, securissima potiebantur quiete: tunc enim serui exoptatam assequebantur libertatem, debita condonabantur, vincti soluebantur, omnes obligationes nullæ irritæque habebantur, tellus haud colebatur, fructus communes habebantur, & omnes denique possessiones nulla quanuis arctæ obligationis habita ratione ad priores dominos reuertebantur. Hunc libertatis annum Hebræi nuncupare solebant. Quapropter sacra volumina dicunt anno Iubilei adueniente omnia ad suam originem, suamque radicem reuersura, & libertatem per vniuersum orbem terrarum fore promulgandam: adeò vt eo anno & præterita inania irritaque haberentur, & mundus nouam quandam formam nouamque dispositionem quæ-

Annus Iubilei ab Hebræis maximo celebratus honore.

Annus Iubilei ab Hebræis annus libertatis nuncupatur.

quinquaginta annos succedentes resumere uideretur. Hunc Iubileũ quinquagesimum millesimum annum, cùm vniuersus orbis tam cœlestis quam elementaris renouari conspicietur, significare arbitrantur. Plura insuper tibi dicere possem: sed quę hactenus dicta fuerunt, satis superque existimari debent ad nonnullas earum rationum cognoscēdas, quæ iam commemoratos Theologos tam audaces reddiderunt, vt tempora stata ac determinata ipsius uniuersitatis vitæ quasi præscripsisse videantur. S O. *Quo pacto obsecro isti doctissimi viri Moysis verba ad eorum sententiam accommodare potuerunt, qui Deum principiò cælum ac terram manifestissimè dixit procreasse? Qua quidem loquendi ratione ipsum Chaos cum mundo simul à Deo procreatum fuisse propheta demõstrat.* P H. *Nos verborũ illorũ contextũ aliter legere solemus. Hęc uox, principiò, Hebraicè prolata non solùm principiò, sed etiam ante significare potest. Vnde isti Mosaicam illam procreationem ita exponendam ac interpretandam esse duxerunt. Antequàm Deus cælum & terram, hoc est terrestrem atque cælestem mundum procreasset, siue à Chaos separasset: terra, Chaos uidelicet ipsum, inanis & vacua, uel potius, ut textus Hebraicus sonare uidetur, confusa & incomposita, hoc est obscura existebat;*

Qua ratione Platonici & Cabalistæ, qui Chaos æternitatē introduxerunt, Mosaicā illā mũdi procreationē à Deo sex dierũ spatio confectā atq; absolutā interpretantur.

& multarum aquarum tenebrosissimam abyssum referebat: quam quidem diuino halitu non secus ac immensum quoddam pelagus vehementi spiritu commouente, sicut iste profundas & latitantes aquas, cæcisque tenebris inuolutas eruendo eas deinde largo lumine complet: pariter etiam diuinus ille spiritus, qui supremum & Idæarum plenissimum significat intellectum, obscurissimo Chaos communicatus latitantibus substantijs ex ipsius uentre eductis, atque Idæalium formarum copiosa ac nitidissima luce illustratis lucem ipsam procreauit. Altera deinceps die firmamentũ, hoc est Cælum inter aquas superiores, quarum nomine intellectuales essentiæ, quæ quasi summe profundissimi Chaos aquæ esse uidentur, perbellè significantur; & inter aquas inferiores, quæ inferioris mundi ortu ac interitu assiduè laborantis essentias conuenienter designant; Deus collocauit. Et hac ratione Chaos ipsum in tres mundos, intelligibilem uidelicet, cælestem, & mortalem diuisit. Deinde elementaris orbis distinctionem aggressus aquas à tellure separauit. Terræ posteà iam à mari seclusæ herbas, arboresque germinandi; necnon terrestria, volantia, atque natantia animalia producendi uim quandam diuinam ingenerauit. Sexta denique die omnibus

cæteris perfectis ac absolutis hominem ipsum procreauit. Hac igitur breui, & compendiosa ratione Theologi iam a nobis commemorati Mosaicam illam mundi procreationem exposuerunt: Vnde Chaos ipsum informe atque confusum præcessisse, & procreationis merito in vniuersum postea diuisum ac dissipatum fuisse è Prophetæ sententia sese demonstraße crediderunt. SO. Platonem cũ Moyse, & Cabalistis gaudeo concordasse: Hoc autem a te allatum Cabalisticarum disciplinarum exemplum tantùmmodo sat habeo didicisse, cùm nec ratio ulla determinata, nec ulla præscripta fides nos ad huiuscemodi res credendas aut asseuerandas compellat. Verùm quinam argumenta Aristotelis a te superius commemorata facilius & expeditius diluere poßunt; Plato'ne antiquorum Theologorum, & Cabalistarum opinionem secutus; an fideles, qui mundum semel tantùm olim procreatum fuiße arbitrantur? PH. Aristoteles ipse eos, qui ante hunc mundum alium superiorem iam præfuisse, & post ipsum alium deinde subsecuturum, hac mundorum serie sempiterna perpetuaq; existente, dixerunt, rectius quàm eos, qui mundum ex nullo prorsus superiori subiecto prima olim exordia habuisse uoluerunt, sensisse existimauit. Illi nanque in mundi generatione æternã quãdam & optimè

Platonicorum & Cabalistarum mira quædã conuenientia.

Platonici & Cabalistæ, qui infinitorum mundorũ successionem, & Chaos æternitatẽ posuerunt; cũ Aristotele, qui mundum unicum tantùm, eumque æternum esse existimauit, longè magis quàm fideles, qui mundum ex nihilo a Deo procreatum olim fuisse arbitrantur, conuenire uidentur.

mè cohærentem successionem saltem obseruasse, neque ex nihilo aliquid fieri vnquam concessisse videntur: quæ quidem ambo ab istis cõtempta & neglecta omnino fuisse conspiciuntur. Quapropter illorum opinio nullo prorsus incommodo, nullaq; molestia ex fortioribus Peripateticorum afficitur argumentis. Nec enim ipsi, si ex nihilo nihil fieri, aut primam materiam nunquam effici olim gigni'ue potuisse dixerimus, quicquam curabunt: nam Plato quoque huiuscemodi propositiones veras existimasse, easq; supposuisse videtur. Duo insuper illa Theologica argumenta: quorũ vnũ diuinum opus sicut opificem æternum esse debere, alterum diuinorum operum finem quasi optimum quoddam æternum potius, quàm tẽporarium esse statuendum concludebat: Platonicos & Cabalistas nequaquam perturbabunt. Plato nãq; ambas propositiones ex parte diuinæ illius causæ efficientis ueras quidem esse concedit. At Deum eternitatem suam rebus illis tantũmodo, quæ eius suscipiende fruẽdæq; capaces existunt, largiri subiungit; primo scilicet intellectui, in quo omnes reponuntur Ideæ; necnon primæ materiæ, que Chaos nuncupatur: ille nanque purus actus, & formarum, hec autem pura potestas, penitusq; informe subiectum: & alter quidem omnium cõmunissimus parens, altera verò omnium cõmunissima

Qua ratione Platonici et Cabalistæ a Peripateticorum mundi unius æternitatem asserentium argumentis sese defendunt.

Deus ex Platonis sententia æternitatem suam illis tantummodo rebus, quæ eius suscipiendæ fruẽdæq; capaces existũt, ut primo intellectui, primæq; materiæ largitur.

ma mater existere prędicatur. Hæc ambo diuinæ æternitatis tantūmodo participes fieri potuerunt, propterea quòd a Deo haud temporalem, sed æternam originem traxisse videntur. Verùm quæcunque horum duorum parentum copulatione intercedente posteà nata fuerunt, sicut mundus vniuersus, & singulæ partes ad eum constituẽdum requisitę, cùm a Deo factæ formatæq; esse dicantur, æternitatis capaces minimè existunt. Quodcunque enim effectum formatum quoque, hoc est ex materia a Chaos sibi subministrata, & ex forma ab intelligibili Idæa sibi impertita compositum necessariò fuisse existimatur: huiuscemodi autẽ omnia, quemadmodum iam diximus, vitæ suæ exordium ac terminũ oportet habere. Quapropter opus & finis diuinæ productionis in primis vtiq; duobus mũdi parentibus, non tamẽ in singulari aliquo mundo iã formato ęternitatem assecuta fuisse conspiciuntur: quam tamen propter multorum, imò infinitorum mundorum successionem res quoque procreatæ ratione quadã participare uidẽtur: quod quidẽ in inferiori mũdo Aristoteles quoque usuvenire testatur, qui nullum singularium istorum perpetuitatem consequi posse; sed continuam eorum generationem, primamq; materiam duntaxat æternitate donatas fuisse clarissimè affirmat. SO. Rationes ambas Peripateticas

ex

ex Theologiæ fontibus petitas, & alteram naturalium optimè nimirùm Plato diluisse videtur. Verùm quopacto ipse quatuor illa naturalia, quæ supersunt, Aristotelis argumenta cõfutabit? P H. Plato nequaquã, sicut Aristoteles arbitratur, Chaos quandoq; sine forma credidit reperiri: quinimo dixit quòd cũ Chaos diu germinauerit, omnia demũ in sese colliget, & quasi absorbere videbitur: et sic certo quodam ac statuto tẽporis interuallo quiescet, Idę alia denuò cõcipiens semina, quousque ad vniuersum germinandũ ac pariendũ reuertetur. Insuper generationẽ in multis quidẽ sibi inuicẽ succedẽtibus mũdis, non tamen in vno dũtaxat mũdo perpetuò versari Plato concessit. Oppositionẽ aũt, cuius merito Cæli quãdoq; dissoluentur, hãc vtiq; esse existimauit; propterea quòd ipsi quoque formati, facti, & ex materia formaq; olim compositi fuisse dicuntur: huiuscemodi nanque omnia vel citò, vel serò tandem dissolui conspiciuntur. Quòd si cælestia corpora deniq; corrumpentur, eorum etiam circulares terminabuntur motiones. Motum tamen absolutè & cõmuniter sumptum ipse ęternum propter perpetuam, et successionis ope cohærentem ipsius Chaos germinationem existere iudicauit. Tempori demùm non propter cælestem motionem, sed propter sempiternum illum motum germinandi, quem in Chaos statis tempori-

ribus semper diximus reperiri, æternitatē condonauit. SO. Hæ Aristotelicorum argumentorum pro Platonis opinione defendenda, quas attulisti, solutiones mihi vehementer quidem placuerunt. Et de mundi nimirùm productione tùm ex Aristotelis vnum tantùmmodo mūdum, eumq; ęternum esse dicentis; tùm ex Platonis succedentem quandam plurium mundorum sese deinceps consequentium ęternitatem ponentis; tùm deniq; ex fidelium vnius dūtaxat mundi, & omnium rerum procreationem asserentium sententia te satis hucusque arbitror locutum fuisse. Nunc tempus certè, ut ad amoris superius iam propositam quæstionē soluendam accedas, efflagitare videtur: & aliquam secūdo quęsito, quādo scilicet amor exortus fuerit, & quisnam primus omniū amorū fuisse dicatur, conuenientem excogites responsionē. PH. Primus amor is vtiq; debet existimari, quo primus amans primū ipsum prosequitur amatū. Verùm cùm neuter eorū ullum ortus uel generationis exordiū habuisse dicatur, sed ambo æterni pariter existant: eorū quoque primū præcipuūq; omniū amorem nūquā incepisse; sed sempiternū unà cum ipsis existere, & ab ambobus sempiternā originē traxisse oportet. SO. Dic obsecrò, quosnā primū amantem, primumq; amatum appellas? Quam primùm enim amborum mihi cognitus fuerit amor, quis-

Tres de mundi productione reliquis insigniores opiniones summatim perstringit.

Primus amor sempiternus esse videtur.

quiſnam etiam omnium amorum primas pa tes obtineat, ſtatim intelligam. P H. *Per pri mum amantem Deum cognoſcentem atq; uo lentem: & per primum amatum eundẽ Deũ ut ſummum pulchrum ſignificare intendo.* S O. *Primus igitur amor Dei in ſeipſum exi- ſtit.* P H. *Vtique.* S O. *Plurima abſurda atque pugnantia hanc ſententiam nimirum conſequerentur. Primùm, quòd diuina illa eſſentia, quæ omnium ſimpliciſſima eſſe prædi catur, in duas diuerſas differentesque partes, amatam uidelicet nec amantem, & amantem nec amatam diuideretur. Deinde quòd Deus amans ſeipſo amante inferior profectò exiſte- ret: quemadmodum enim iam optimè decla- raſti, omnis amans, quatenus amat, amato in ferior et ignobilior eſſe uidetur: unde cũ amor vnionis aſſequendæ deſiderium quoddam eſſe definiatur, ut ipſe ſuperius docuiſti, Dei erga ſeipſum amor eum ad propriam deſiderandi unionem utique induceret: & cùm Deus ſi ipſi unus, idemq; ſemper exiſtat, hac ration Deũ ſe ipſo carere proculdubio cõcluderemus & ſic diuinus amor in diuinam illam & per- fectiſsimam eſſentiam defectum introduceret, qui quidem ab ea abſolutiſſima natura alie- nus prorſus exiſtit. Plura inſuper alia abſur da, impiaq; prędictam conſequerentur opini- nem, a quibus in præſentia recenſendis ani- mus*

Primus amòr Dei in ſeipſum exi- ſtit.

mus abhorret: quæq; cò libentius a me nunc silentio inuoluentur, quia & tibi, & cuicunq; amoris superius commemoratę patuerunt conditiones, optimè quidem cognita esse debent.

PH. De interno amantis amatiq; Dei amore eadem ratione, sicut de ceteris communibus mundi ipsius amoribus nos loqui Sophia minimè decet. Nec enim Deus, propterea quòd amantis & amati rationem dicitur obtinere, diuersus aut multiplex redditur: quinimo ipse ex hac interna relatione perfectiorem atque simpliciorem utique sibi comparat unitatem. Quomodo nanque eius diuinam essentiam suprema beatissimaq; uita potiri unquam diceremus; nisi sapientissimus amans, ipsaq; pulchritudo & sapientia adamata, nec non amborum optimus amor in sese reflecterentur? Vnde quemadmodum in Deo cognoscens, res cognita, ipsaq; cognitio unum & idem prorsus existunt; etsi cognoscentem rei sibi cognitæ beneficio perfectiorem euadere, & cognitionem ex ambobus deriuari frequenter dicamus: ita amans, amatum, & amor ipse diuinitus accepta inter sese penitus conuenire uidentur: quæ quidem etsi tanquam tria distincta ac differentia a nobis passim numerentur, & ab amato amantem perfici ac informari, necnon ex ambobus tanquam ex parentibus amorem oriri uulgò dicatur; omnia tamen

Quemadmodum in Deo cognoscēs, res cognita, ipsaq; cognitio unū idēque prorsus existunt: pariter quoque amans, amatum, & amor ipse diuinitus accepta inter sese penitus conuenire uidentur.

tamen diuinitus considerata simplicissimam quandam essentiam ac vnitatem, aut naturã indiuiduam prorsus, nullaq; ratione multiplicabilem significant. SO. Si Deum nihil aliud quàm puram, & simplicissimam vnitatem esse concedis, vnde hæc trina reflexio in eo conspecta procedit? PH. Cùm eius purissima lux in speculo imprimitur intelligente, hanc trinã, de qua loquimur, reflexionem efficere solet. SO. Cognitio igitur de Deo à nobis habita falsa & mendax penitus esset, cùm puram vnitatem in ternarium numerum multiplicare videatur. PH. Falsam minimè eam existimare debemus: nam intellectus noster diuinitatem, à cuius intelligibili, præstantissimaque natura immenso quodam exuperatur interuallo, nequaquam perfectè cõprehendere valet. Nec enim, propterea quòd nec oculus, nec speculum Solis claritatem & magnitudinem, uel ignis amplitudinem comburentemq; naturam capere potest, alterum eorum errare vnquam seu mentiri affirmabo. Sat enim oculum, speculumque pro amborum captu; propriaq; natura ea recipere existimamus: & hoc abundè quidem ad vtriusque receptionem comprobandam sufficere iudicatur, etsi neutrũ eorum integram rei receptæ naturam perfectè assequi valet. Pariter etiam humanus intellectus, quem intellectuale speculum propriè nuncupamus, satis superq;

Intellectus humanus pro naturæ suæ intellectualis captu & condi-

perque munere suo fungitur, si diuinam illam quãuis immensam essentiam pro intellectualis naturę suę captu saltem recipiat ac repręsentet: etsi ab obiecti illius natura quàmmaximè distet, & lõgissimè superetur. S O. Hoc utiq; idcirco contingit, quoniã intellectus noster rem sibi obiectam integrè absoluteq; percipere minimè potest, non autem quia puram vnitatẽ triplicare dicatur. P H. Quinimo cùm Dei simplicissimam comprehendere nequeat unitatem, eam relatione, & reflexione quadam adhibita in tria distribuisse videtur. Res enim simplex, ac lucidissima in re aliqua obscuriore, & ad compositionem accedente haud aliter imprimi potest, nisi vnicam suam & purissimam lucem in plura obscurioraq; lumina prius distribuerit. Solem obsecro intuere, cùm nubibus impressus arcum illum cælestem figurat, uel cùm ab alijs splendidis, lucidisque corporibus repræsentatur; quanta colorum varietate in nubes illas recipientes, uel in aquam, uel in speculum aliquod transfundi uideatur: cùm tamẽ ipse lux quędã nullo prorsus colore distincta, sed potius omnes colores excedens atque complectens existere conspiciatur. Pariter quoque forma illa diuina, quãuis una & simplicissima, nunquam tamen nisi lucis suæ reflexione, & formæ suæ multiplicatione intercedente ab alijs percipi posset. S O. Verùm cur noster intel-

tione, non aũt pro essentiæ diuinæ præstantia atque excellentia Deũ ipsum comprehendit.

Rationẽ elegantissimam reddit, cur intellectus noster purã & absolutissimã Dei ipsius unitatẽ haud aliter, quã trina relatione siue reflexiõe adhibita, percipere nequit.

tellectus vnitatem ad ternarium potius, quàm ad alium numerum quendam reducit? PH. *Propterea quòd unitas principium numerorũ existit: unum enim primam formam, duo primam materiam, tria primum illud, quod ex ambobus cõponitur, significare dicuntur. Vnde cùm noster intellectus propriæ merito naturæ trinus, primusq́; compositorum esse uideatur, unitatem absque trina relatione comprehendere neutiquam potest: nec tamen proptereà unitatem cum trinitate confundit, permiscet'ue; verùm unitatem ipsam sub trinæ formæ ratione tantũmodo comprehendit: & diuini illius obiecti purissimam quidem existere sibi persuadet vnitatem, quæ summa quadã simplicitate amati, amantis, atque amoris, nulla penitus multiplicatione aut diuisione impediente, comprehendit naturam: non secus ac lux Solaris omnium luminum, & colorum singularum eßentias vna dũtaxat, simplici, & excellentißima complectitur claritate. Sic utiq; intellectus humanus sese summam illam vnitatem in triplicem, amati scilicet, amantis, amorisq́; formam propter ipsiusmet recipientis humilem infirmamque duntaxat naturam dispertiri cognoscit. Hac igitur ratione omnes difficultates, quæ circa internum amantis, amatiq́; Dei amorem tibi occurrere possent, statim explanabis.* SO. *Quæ hactenus dixisti, ue*

Ratio, cur intellectus noster in diuina, simplicißimaq; illa unitate percipienda eã ad ternariũ potius, quã ad aliũ numerũ quendã reducit.

dio-

diocriter quidem uideor percepiße. Sed gratiſſimum utique mihi foret, ſi quomodo in Deo amatum, amans, & amor vnum idemq; prorſus exiſtunt, clarius dilucidiuſque explicares. PH. Quemadmodum intelligens, intellectum, ipſaque intelligentia eatenus diuiſa, uel coniuncta eſſe dicuntur; quatenus poteſtate, aut actu exiſtunt: pariter etiam amatum, amans, & amor ipſe tunc tria diuiſaque, cùm poteſtate; tūc autem eadem atq; indiſtincta, cùm actu reperiuntur, nimirùm eße uidentur. Si igitur hæc tria, propterea quòd actu exiſtunt, indiuiduam ſibi vnitatem acquirunt: cùm in ſupremo quoque, omniumque puriſſimo actu illo diuino conſpiciantur, ad ſimpliciſſimam & puriſſimam quandā vnitatem ea redacta fuiße pro fectò contingit. In cęteris autem actibus, qui ſub hoc omnium ſupremo collocantur, tria illa non adeò puram abſolutamq; vnitatem aßecuta fuerunt; ut à trina amandi, atque intelligendi natura libera prorſus, ſolutaque eße videantur. SO. Hęc cōtemplatio me uehementer quidem delectat. Verùm id tantùmmodo mihi moleſtum exiſtit, quòd etſi intellectum noſtrum vnitatem diuinam, quæ tres illas amatorias naturas, amatum ſcilicet, amantem, & amorem ſimpliciſſimè excellit atque complectitur, ſub tripartitæ formę relatione percipere tibi concedā: non tamen eum ſecundam triū

In Deo, propterea quòd ipſe eſt omniū ſimpliciſſimus atq; abſolutiſſimus actus, hæc tria, amās ſciicet, amatū, & amor ipſe: uel intelligens, res intellecta, ipſaq; intelligentia vnū idēq; prorſus eſſe dicuntur.

illarum naturarum ex prima, amantem videlicet ex amato pendere; nec tertiam, amorem ſcilicet, ex duabus prioribus tanquam ex parentibus oriri, quemadmodum dixiſti, arbitror crediturum: omnis nanque ortus atque originis ſpecies a ſimpliciſſima illa Dei unitate aliena prorſus, ipſique inimica eſſe uidetur.

Intellectus noſter diuinā illā et ſimpliciſſimam vnitatē nō tantū ſub trinæ formæ, verūetiā ſub producēdi quadā relatione neceſſariò percipere debet.

PH. Quin illud tibi dico, unitatem diuinam ſub producendi quadam relatione in nobis imprimi non tantùm decere, uerùm etiam oportere. Sicut enim vnitatem, vt a noſtro recipiatur intellectu, in tria primum diduci oportet: pariter quoque trina illa natura ſuccedente quadam ratione ab eo intelligit debet. Aliter nanque diuina natura non vnica duntaxat, ſed triceps eſſe, & tres diuiſas, diſtinctasque naturas repræſentare. potius uideretur; & noſter inſuper intellectus mentiri, decipique meritò exiſtimaretur: nec enim ipſe multiplicatā unitatem cōcipere poteſt, niſi illa multiplicatio unitatem unà cum coniungente, & uniente quadā retinuerit productione. Quapropter ſuperius memini me de diuinitate verba facientem dixiſſe, mentem aut ſapientiā amantem ęternò ab amata pulchritudine proficiſci; necnon amorem ex pulchro adamato tāquam ex patre, & ex ſapientiſſimo amante tanquam ex matre perpetuò originem ſuam traxiſſe. Amantem autem productum, non

Amans ex ama-

ortum fuisse, si emendatè loqui velimus, dicendum est nobis: nec enim ille ambos parentes ad rei cuiuslibet ortum necessariò requisitos, sed unum dūtaxat antecessorem fertur habuisse: quemadmodum etiam Eua mater ex parente Adamo; & Chaos, primaque materia omnium communissima mater ex diuino intellectu rerum procreatarum supremo parente prodisse dicuntur. Verùm amorem natum esse audacter nimirum proferre debemus: ex patre nanque amato, & ex matre adamante proculdubio descendit, non secus ac omnes homines ex Adamo & Eua; necnon mundus vniuersus ex intellectu & materia ortum suum traxisse existimātur. Ex his, quæ hucusque dicta fuerunt, si mentem extollere cupis, unde omnis rerum productio atque multiplicatio proficiscitur, profectò Sophia cognosces. S O. *Hoc obsecrò quoque declara, nec enim id à me satis hucusque intelligitur.* P H. *Ex diuinæ dilectæq; pulchritudinis summo splēdore primus ille et cōmunissimus unà cū omnibus Ideis prodijt intellectus, uniuersitatis rerū benignissimus parens, necnon forma et coniux ab ipso Chaos uehementissimè amatus atq; expetitus. Ex mentis aūt diuinę, atq; amantis pręclara sapientia Chaos, primaq; materia destituit: quā mundū ut matrē filium, primūq; intellectū ut vxorē uirū mirificè diximus adamare.*

to, si rectè et emēdatè loqui uoluerimus, productus potius quàm ortus esse dicendus videtur.

Amor ex amante, et amato quasi ex parētibus vere, proprieq; dicitur natus fuisse.

Ex Deo sibi ipsi dilecto primus intellectus, ex Deo aūt seipsum diligente prima materia, ex Dei denique in seipsum maximo amore mūdus tanquam ex radice quadam emersisse uidetur.

Ex diuini tandem amoris, qui ex Dei sapientia diligente, & ex eiusdem dilecta pulchritudine originem traxit, arctißimo vinculo mundus maximo insignis amore; qui ab intellectu tanquam à patre, & ex Chaos tanquam ex matre est procreatus; emersiße existimatur. Quod autem ad præsens propositum spectat, animum tuum tam admirabili contemplatione usque ad sydera, & Deum optimum maximum, si uellem, possem efferre: uerùm ab incepto iam argumento nimium fortasse recedere uideremur: & quę hactenus dicta fuerunt, satis superque à te debent existimari. SO. *Eorum dilucidiorem insuper, atque vberiorem à te explicationem profectò desiderarem.* PH. *Homo verbi causa intelligit, ignisque natura ab eo intelligitur: si ambo potestate existunt, duo quædam diuisa ac separata eße, homo videlicet ac ignis, conspiciuntur: intelligentia quoque, si potestate tantùmmodo sumitur, tertium quid ab vtroque eorum distinctum esse videtur. At cùm humanus intellectus ignis actualem obtinet intelligentiam, cum ignis essentia adeò coniungitur, vt idem cum intelligibili igne prorsus reddatur. Pariter etiam actualis intelligentia cum intelligente intellectu, & cum intelligibili igne, nulla penitus intercedente diuisione, eadem euadit. Haud aliter amans potestate ab amato potestate diuersum quid pro-*

Amãs, amatũ, & amor ipse non secus ac intelligẽs, res intellecta, ipsaq; intelligentia eatenus diuisa, quatenus potestate; eaq; rõne coniuncta, propterea quòd actu simul existunt, esse perspiciuntur.

proculdubio existit; quin ambo duæ distinctæ, differentesq́; personæ esse dicuntur. Amor insuper pctestate tertium quid tùm ab amante, tùm etiam ab amato quàm maximè seiunctū, ac separatū esse videtur. Verùm cùm amans potestate actualè deinde exercet amorem, tunc amans idem prorsus cum amato, ac amore eua dere existimatur. Si igitur tres diuersę differentesq́; naturę actu adueniente in unam coniungi videntur: quantò magis hoc in supremo actu illo diuino, qui purissima, simplicissimaq́; natura cuiuscūque expers diuisionis meritò existimatur, putas euenturum? SO. Internum Dei amorem optimè nimirū explicuisti: quem quidem etsi ex Deo amante, atque amato ortum esse frequenter dicere consueuimus, eum tamen ęternò è Deo prognatum fuisse, & simplicissima sua vnitate, suaq́; perpetua diuinitate frui pro comperto habere debemus. Haud igitur primam diuini amoris originem oportet inuestigare, cùm ipsummet Deum æternū esse, nec vnquam ortum fuisse luce clarius inter omnes constet. At diuino amore posthabito, quando mūdi amor primùm produxisse dicatur, libenter vtique intelligere vellem. PH. Primus amor, interno illo & cum Deo coniunctissimo amore prætermisso, is esse prædicatur, cuius merito mundus factus, atque in lucem venisse conspicitur, quique cum mundo simul uitales

Internū Dei in seipsum amorem æternū esse tādē colligit atq, concludit.

Interno Dei in seipsum amore posthabito, reliquorū omniū primus amorū Dei in mundū ipsum existit.

attigit auras. Cùm enim ipse proxima causa, cur mundus prodierit, esse existimetur: pro priarum, & coniunctarum causarum; necnon proximorum, causasque contingentium effectuum communissima lege primum istum amorem cum mundo simul, & mundum vnà cum eo pariter necesse est prodiisse. S O. *Qua de causa amorem mundanæ generationis propriam causam extitisse arbitraris?* P H. *Mũdus non secus ac cætera omnia, quæ facta & procreata fuerunt, duobus parentibus, patre scilicet ac matre, satus fuisse censetur: a quibus, nisi mutuo ipsorum amore intercedente, qui ambos pro fœtu formando in vnum compulisset, nunquam profectò gigni potuisset.* S O. *Quibus obsecrò hi duo parentes, uel genitores nominibus appellantur?* P H. *Primi quidem parentes vnius tantùmmodo Dei appellatione, sicut iam diximus, communiter significantur: qui quidem Deus summum pulchrum, summumque bonum à Platone vocatur; & verus pater, primumque amatum extitit: primum quoque amans cum diuinitate aut sapientia vnum idemque prorsus dicitur esse; & maternis quoque partibus fungens, ne vllum penitus primi amantis, primiq; amati diuisioni locum relinquat, internum perpetuumque, nec à sese vlla ratione distinctum producit amorem. Quapropter primam*

Amor est causa propria atq; potissima, cur mũdus in lucẽ editus fuerit.

Deus in mũdi ipsius origine et paternis, & maternis partibus simul functus esse videtur.

mam matrem, primumque parentem in ipsa diuinitate vnum idemque omnino existere est sentiendum. Cùm igitur diuinitas ipsa propriæ pulchritudinis vehementißimo semper teneatur amore: hinc fit ut olim filium sibi quàm simillimum producere expetiße dicatur; ex quo quidem desiderio primus omnium externorum amorum, Dei videlicet in mũdum productum amor prodiße non immeritò existimatur. Huiuscemodi autem primus, at que extrinsecus amor cùm primùm incepit, tùm primos mundi parentes, tùm etiam ipsummet mundum primò peperiße censetur.

SO. Quosnam alios insuper mundi parentes appellas? PH. Eos, quos Deum sub mundi procreationem primos diximus genuiße: hoc est primum intellectum, in quo omnes Ideæ summi illius opificis clarißimè refulgere conspiciuntur, quique in mundo formando ac generando paternas partes geßiße putatur: & Chaos, quod omnium Idæarum vmbris imbutum, & omnes earum essentias comprehendens mundi mater iure optimo nuncupatur. His duobus instrumentis, quæ in rerum procreatione primas præcipuasq; obtinent partes, intercedentibus Deus uehementißimo amore ac desiderio uniuersum mundũ ad pulchritudinis, & sapiẽtiæ eßentiæq; diuinæ similitudinẽ expreßũ procreauit, formauit, atq; depinxit.

Ex extrinseco Dei in mũdũ amore tùm duo mũdi parẽtes, tũ etiam ipsemet mũdus originẽ traxisse dicuntur.

Præter Deũ duo insuper mũdi parẽtes existunt, primus scilicet ĩtellectus, necnõ prima quoque materia: qui quidẽ ambo si cũ Deo cõferantur, primorum potius instrumentorum, quàm primorum parẽtum partes ĩ mundi ipsius procreatiõe ĩ geßisse videntur.

Tres ad mundi ipsius constitutionē amores necessariò confluxerunt.

Ei insuper procreationi alius quidam præter diuinum extrinsecumq; amor insertus fuisse videtur, tùm Chaos scilicet erga intellectum vt vxoris in virum, tùm etiam contrà intellectus in Chaos tanquam viri in vxorem: cuius quidem mutui amoris ope mundus in lucem prodijsse censetur. Tertia denique ad mundi essentiam constituendam amoris species necessariò fuit requisita, omnium scilicet partiū tùm in sese inuicem, tùm in totum ipsum mundificus amor: quemadmodum superius, cùm de amoris vnitate loquebamur, abundè pertractauimus. Omnia hæc tria amorum genera cum mundo, siue cum duobus primis ipsius mundi parentibus simul exorta fuerunt. Si igitur mundum, vt Aristoteles sensit, æternum esse dixerimus: tres istos amores unà cum intimo, nullaque à Deo ratione distincto amore ab æterno exortos fuisse asseremus. Sin mundus, amboq; ipsius parentes sub quoddam temporis initium, quemadmodum pietati diuinoq; cultui dediti homines credunt, procreati quondā fuerunt: tres quoque commemorati amores, mūdo olim exordiente, & quodam ordine adhibito, aliquando inceperunt. Principiò nāque diuinus amor, diuinumq; desiderium, vt mundum ad pulchritudinis sapientiæq; suæ imaginē expressum formaret, antecessit: deinde duobus primis parentibus iam procreatis, mox eorum mu-

Variæ philosophorū, theologorūque de mūdi ipsius origine opiniones, id quoque, vtrū scilicet tres amores ad mūdi cōstitutionē necessariò requisiti æterni, an sub aliquod tēporis initiū in lucē quondā exierint, in controuersiam adduxerunt.

mutuus amor secundum locum obtinens fuit subsecutus. Demùm uniuerso mundo cum singulis ipsius partibus recens exorto, tertia mundani, & coniunctissimi amoris species sese conspiciẽdam exhibuit. Si uerò mundum, ambobus ipsius parentibus æternitate donatis, ut Plato existimauit, temporale principium habuisse senserimus: primus ille Dei amor, cuius merito prima instrumenta ad mundi generationẽ necessariò requisita, seu mundi ipsius primi parentes, intellectus scilicet Chaosque, in lucem prodierunt, ab eterno unà cum illis ortus fuisse dicetur. Cæteri duo, qui supersunt, amores, ab hoc primo proficiscentes temporalem unà cum mundo ipso quondam originem habuiße existimabuntur. Verùm hac postea ratione distinguentur, quòd amborum parentum reciprocus amor, mundo quidem exoriente: partium verò tùm mutua, tùm etiã in totum insignis beneuolentia eo iam perfecto, ac absoluto exorta olim fuisse dicetur. Et quoties mundi confectio fuit repetita, toties etiam commemoratos amores prodijße censere debemus. Quapropter variæ, ac differentes de amoris temporali uel æterna originè opiniones diuersas profectò, dißimilesque mundanæ procreationis sententias consequuntur. Te igitur Sophia, quæ fidem ac pietatem tibi excolẽdam proposuisti, tùm diuinum atque externum,

num, tū etiam mundanum atque internum amorem, qui quidem ambo post Dei intimum illum amorem primas sibi sedes usurparunt, cū diuina potentia mundū olim ex nihilo procreauit, incepisse credere decet. SO. Secundam a me iam propositarum ambiguitatum, quando scilicet exortus olim fuerit amor, optimè quidem terminasti. Nec enim diuersas tantūmodo sapientum opiniones recensuisti: verū etiam synceram ac fidelem sententiam, quam ut omnium verißimam sequi tādem debemus, patefecisti; eamq; a Philosophorum calumniis egregiè nimirum uendicasti. Et hęc de secundo quęsito, satis superq; meo quidem iudicio videntur. Nunc ad tertiam quæstionem absoluendam accedens id mihi in primis declara, vbi nam primū exortus fuerit amor, vtrum in inferiori mundo ex aßidua rerum generatione & corruptione, an in cælesti fortaße ex continua eius motione, an potius in spiritali ex pura atque intelligibili ipsius uisione PH. Cū Dei externum amorem, quo intercedente ipse olim mūdum procreauit, prius cæteris natum eße diximus, patere iam tibi potest amorem apud Deum primò exortum fuisse. SO. Hoc optimè quidem memoria teneo. At ego Dei tam interno, quàm externo amore, cū ad neutrum eorū propter immensam vtriusque altitudinem mens mea pertingere queat, prætermisse

Tertiam quæstionem superius propositam aggreditur.

Primus amor apud Deum sub mundanæ procreationis exordia olim incepisse uidetur.

termisso, de mundano solùm amore te verba facere vellem. PH. De his etiam mundanis amoribus iandudum me dixisse recordor, quòd primus eorum ex insigni illo primi intellectus, & Chaos ipsius matrimonio originem duxit. Quapropter hi duo primi non immeritò, diuino posthabito, suscepisse dicentur amorem. SO. Hoc etiam haud ignoro. Verùm huiuscemodi amor ad mundi potius genitores atque parentes, quàm ad vllam suarum partium attinere videtur. Ego autem de amore, qui in mundo à Deo optimo maximo duorũ primorũ instrumẽtorũ opera procreato reperitur, quàm maximè ambigo: vbinam ipse, vtrũ scilicet in mortali, an in cælesti, vel potius in Angelica parte, & in quanam singularum partium particula primùm ortus fuisse dicatur. PH. Quantò postulationem tuam distinctius, & enucleatius explicabis; tantò solutio clarior, atque facilior euadet. Dico igitur mundum Angelicum amori primum hospitium præbuisse, & eum inde mox cælesti, mortalique demùm impertitum fuisse. SOPHIA. Quænam te obsecrò in hanc sententiam rationes impulerunt? PH. Cùm pulchritudo, vt iam dixi, amorem præcedat: proculdubio ubi maiorem, antiquiorem, & magis coæternam pulchritudinem esse conspiciemus; ibi amorem primò natum olim fuisse

Primus amor, Dei in mundum ipsum amore tanquam omnium summo posthabito, inter primum intellectum primamque materiam exortus fuisse censetur.

Amor in mundi ipsius partibus con spectus in Angelica regione primùm incepisse videtur.

fuiße aßeremus. SOPHIA. Dolosè ac malitiosè mecum agere uideris. PH. Cur? SO. Propterea quòd nunc amorem pulchritudinē subsequi affirmas: iandudū autē amorē pulchritudinis defectum semper concomitari ostēdisti. PH. Nō ego quidē, sed tu teipsam fallere videris. Neque enim ego amorem in pulchritudine consistere, sed ex ea tantùmmodo profluere censeo: & amorem cum pulchritudine simul, a qua tanquam a causa proficiscitur, reperiri; etsi nequaquam in ea, sed in indigente potius atque desiderante, ut in subiecto reponi debeat, contendo. SO. Vbi ergo pulchritudinem magis deficere cōspicimus, ibi præcipuè amorem versari, ibique primum natum esse dicemus. Vnde cùm inferiorem mundum pulchritudine longè magis, quàm cælestem atque angelicum carentem, deficientemq; videamus: ipsum quoque amore plus quàm eorum vtrūque abundare, primumq; amorem suscepisse profectò asseremus. PH. Subtilis potius quàm sapiens Sophia mihi videris. Ego verò te superiorum recordatione mallem ad inueniendam, quàm ad oppugnandam vti veritatem. Ecquid non tantùm pulchritudinis defectum amorem & desiderium ipsius inducere: verùmetiam vt pulchritudo illa ab amante, cui deest, precognoscatur; necnon bona, optima, expetibilis, pulchraque iudicetur, ad eius frui-

Amor ex pulchritudine tāquā ex causa efficiente procedit, minimè autē in ipsa vt in subiecto consistit.

[H]aud tantū pul[ch]ritudinis defe[ct]us, uerūetiam ip[si]us antecedēs co[g]nitio amorem ac [de]siderium eius [in]ducit.

fruitionem vehementer appetendam in primis requiri ignoras? Vnde quantò pulchri cognitio habita ab amante maior atque præclarior existet, tantò intensius desiderium, feruentioremq; amorem excitabit. Dic igitur Sophia, quemnam perfectius atque absolutius pulchritudinē cognoscere censes, angelicum ne an corruptibilem mundum? SO. Angelicum nimirum. PH. Angelicus igitur amor cæteris perfectior esse, eosque antecedere debet. SO. Si amantis amor pulchritudinis præcipuè ab ipso habitam respicit cognitionem, iure quidem intelligibili mundo primę amoris partes assignantur. At ego amorem non minus pulchri priuationem, quàm eiusdem cognitionem supponere; nec minus ab una, quàm ab altera proficisci comperio: quinimo priuationem inter amoris conditiones pręcedere, deinde pulchri deficientis sub boni, & expetibilis specie habitam subsequi cognitionem existimarem. Vbi igitur defectus, & imperfectio maior existit; ibi amorem principiò exortum fuisse, verbi causa in mundo inferiori, iudicarem: etsi nanque ipse cognitione non æquè ac angelicus excellere videatur, maiori tamen quàm ille defectu atq; imperfectione laborat, quam in amoris procreatione priores partes arbitror gessisse. PH. Etsi pulchri defectus, atque cognitio ut duæ causæ amorem produxis-

Amor in angelico mūdo conspectus propter maiorē pulchritudinis cognitionē mūdi ipsius īferioris amori est præferendus.

xiſſe exiſtimãtur: tamen haud tantùm defectum cognitioni, quod ad cauſæ ſpectat rationem, nequaquã anteponere, verũ nec ei æquare profectò debemus. S O. Quid ais? An non ſicut rei eſſentiam eiuſdem notitiam, ita defectum ipſius cognitionem præcedere oportet? Rem nanq; prius nobis deeſſe, antequàm eam nobis deficere cognoſcamus, oportere uidetur. P H. Defectus cognitionem, ſi temporis originem ſpectes ac ſucceſſionem, nimirum præcedit: prius nanque, ut optimè dixiſti, nos aliqua re carere, antequam nos ea carere cognoſcamus, proculdubio oportet. Nõ tamen, quod ad præcipuam pertinet cauſam amoris, defectus cognitioni eſt præferendus: defectus nanque cognitione deſtitutus boni aut pulchri deſiderium, ſiue amorem profectò nunquam inducet. Vnde hebetes atque ignorantes homines ſapientiam adamare, & doctrinã appetere fermè nunquam uidebis. Verũ ſiquido ad defectum pulchri quoque, uel boni deficientis cognitio accedit; cognitio illa ad pulchrum diligendum, atque expetendum præcipuè animos noſtros accendere ſolet. Cùm igitur in mundo angelico maximam cognitionem cum aliquo defectu cõiunctam eſſe uideamus, ibi amorem prius, quàm in ſublunari mundo, qui defectu abundat, & cognitione deficit, natum fuiſſe aſſeremus. S O. Nondum tibi huius diſpu-

Defectus cognitionem ipſius tẽpore quidem præcedit. At cognitio rei deficientis defectu ipſo, quod ad præcipuam ſpectat cãm amoris, prior eſſe uidetur.

disputationis palmam adiudico. Nec enim cognitionem defectui, quod ad rationem spectat amoris, anteponere cogor, cognitio nanque cũ pulchritudine coniuncta frequentissimè reperitur: quinimo in vniuersitatis serie pulchriora cognitione magis pollere videmus, quæ et enim ipsamet cognitione præstantior existit pulchritudo? Quamobrem cognitio cum pulchritudine potius, quàm cum pulchritudinis defectu coniungi videtur. Et maior vtique cognitio minorem pulchritudinis defectum supponit. Cùm igitur Angeli cognitione maximè vigeant, paucis, minimisq; carere; & idcirco parum quid expetere atque diligere possunt: qui nanque paruo indigent, parum etiam appetere solent. At inferiora, quæ pluribus carere videntur, quæque cognitionis ac pulchritudinis exiguam quandam portionem a diuino numine impetrarunt: desiderium atque amorem vberius participare, & ambobus primum hospitium præstitisse nõ immeritò existimabuntur. PH. Animum tuũ o Sophia prius, quàm veritatem omnino perspexerit, a dubitando desistere nolle, mirificè laudo. Verùm tu, ni fallor, nominũ quorundam ambiguitate decepta difficultatem propositam idcircò efficacissimam esse arbitraris, propterea quòd cognitionem cum pulchritudi-

Cognitio pulchritudinis duplex, habitualis, ac priuatiua.

ne simul reperiri, & secum vnã eandemq; penitus esse, nequaquam autem cum pulchritudinis priuatione tibi persuades: de cognitione etenim, quam habitualem Philosophi appellant, quæq; reliquis perfectior existit, verè quidem sentis: at de cognitione, quę rerũ nobis deficientiũ respicit potestatem, tota erras uia. S O. Hanc differentiam dilucidius quęso interpretare, eã enim vix satis percipio. P H. Ea nimirũ eximia pulchritudo existere prædicatur, quæ seipsam cognoscit: & ea profectò excellentissima cognitio esse cẽsetur, quę propriã comprehendit pulchritudinem. Hæc autẽ species cognitionis pulchri quidem sibi obiecti habitum potius, quàm indigentiam supponere videtur. In rerum igitur vniuersitate, quantò pulchritudo præstantior, & excellentior existit, tantò magis se ipsam cognoscit. Nec huiuscemodi cognitio desiderium aliquod aut amorem inducere perspicitur, nisi fortasse propter eius reflexionem quandam in sese redeuntem vtrunq; ipsi tribuatur. Huic deinde alia quædam succedit species cognitionis, cui non propria quidem cognoscentis, nec ab eo habita, sed ipsi deficiens obijcitur pulchritudo. Et huiusce merito cognitionis omnia, summo pulchro tantũmodo excepto, appetere desiderare atq; amare dicuntur. S O. Verũ hæc secunda species cognitionis, cùm defectũ supponat, & ad

Cognitio pulchritudinis priuatiua amorem ac desiderium ipsius inducit, habitualis uerò minimè.

ad deficientẽ pulchritudinẽ referatur; vehementiorem vtiq; in mundũ ſublunarẽ, qui maximo pulchritudinis defectu laborat, quàm in Angelicũ, qui pulchritudine abundat, amorẽ inducet: huiuſcemodi nanque cognitio deficienti pulchritudini, quæ ſibi obijcitur, quadrare profectò debet, ac reſpondere. P H. *Hic quoque erras. Animaduerte Sophia, quemadmodum prima cognitionis ſpecies, quam habitualem appellamus, excellentius præſtantiusque Angelico, quàm ſublunari cõpetit mundo: ita ſecundã, quã priuatiuã nuncupamus, maiorẽ in ſuperioribus, quàm in inferioribus profectò reperiri; ſupremo omniũ Deo tantũmodo excepto, cuius excellentiſſima diuinaq; natura quamcunq; priuatiuã cognitionem recuſat ac odit. Deus nanq; abſolutiſſimã ſummet formã; cui ne minimus quidem pulchritudinis deficit gradus, cognoſcit.* S O. *Attamen celis ac Angelis, quibus ſuperiores partes incolendæ obtigerũt, minorẽ quàm mortalibus corporibus, quibus infimę ſedes habitandæ remanſerunt, pulchritudinis portionem deeſſe nunquã profectò te arbitror negaturum. Vnde deficientis pulchritudinis deſiderium intenſius, vehementiusq; in mortalibus egenis, quàm in locupletibus cælis, & ditiſſimis Angelis fore uidetur.* P H. *Haud rectè concluſionem ex præmiſſis intuliſti. Nec enim qui maiori boni ipſius caret*

Cognitionis ipſius pulchri utraq; ſpecies, tam ſcilicet priuatiua quàm habitualis, maior profectò in Angelis atque ſuperioribus eẽntiis, quàm in inferioribus exiſtit.

Haud pulchri bonique maior defectus. sed huiusce modi defectus maior cognitio uehementiorem amorē, intensiusque desiderium boni pulchrique deficientis inducit.

ret portione, bonum sibi deficiens magis quoq; expetere dicitur: sed qui defectum suum magis cognoscit. Inferiorum exemplū ante oculos obsecrò tibi propone. Non'ne vides elementa, lapides, atque metalla, quę pulchritudinis parum a communi omnium moderatore impetrarunt, parum quoque uel nihil eam appetere vel curare? Hoc autem idcirco ipsis contingit, quia bonū sibi deficiens haud cognoscūt. SO. Attamen hæc quoq; amore quodam, & desiderio naturali prædita esse suprà iam esse dixisti. PH. Vtique: sed gradum quendam minimum, infimumq; sibi ingenitę perfectionis amare, ac desiderare conspiciuntur: quemadmodum grauia vt cum centro, leuia vt cum circunferentia, ferrū vt cum propius admota magnete coniunctionem assequantur. SO. Verumtamen huiuscemodi omnia nullam prorsus cognitionem habere dicuntur. PH. Iam suprà admonuimus, quòd cognitio naturę eorum generationi prępositæ satis superq; esse videtur, vt ipsa ad proprias ac naturales perfectiones absq; vlla eorum cognitione dirigat consequendas. Ex quo fit vt eorū amorem ac appetitum nec intelligibilem, nec sensibilē, sed naturalem tantūmodo; hoc est nequaquam a se ipso, sed a sola natura directum, & naturæ duntaxat lumine illustratum appellemus. Similiter etiam plantæ, quæ imperfectissimam, &

Amor ac appetitus corporum inanimatorum nec intelligibilis, nec sensibilis, sed naturalis tantùmmodo existit.

& obscuram admodum vitæ conditionem sortitæ fuerunt: propterea quòd pulchritudinis maxima carent portione, eamq; dispicere seu cognoscere nequeunt; idcirco nihil ipsius, nisi id solùmodo, quod ad propriã sibiq; debitam perfectionem attinet assequendam, appetere videntur. Pariter quoq; animantia solis sensibus instructa, quibus pulchritudinem atque perfectionem auarius quã humano generi naturã distribuisse videmus, minimum quid boni sibi deficientis, si cum hominibus conferantur, expetere atq; amare conspiciuntur: quod quidem nulla alia de causa contingit, nisi quia pulchri sibi deficientis exiguam nimirum cognitionem obtinuerunt, quę ad sensuum duntaxat commoda percipienda pertingere valet. Vnde animantium amor, cùm in sensibus tantùm, sensuiq; expositis versetur: intelligibiles illas pulchritudines, quæ ipsis deficiunt, & reliquis longè excellentiores atque præstantiores existunt, appetere minimè potest. In humano insuper genere eandem quoq; diuersitatem ac differentiam vsu venire passim videmus: qui nanque ingenio & cognitione minus valent, cùm pulchritudine & perfectione maximè careant, eas tamẽ vix appetere animaduertuntur: qui verò ingenio & sapientia pollent, etsi intelligibilis perfectionis ac pulchritudinis maximã partem sibi compararunt, ue-

 hemen-

hementiſſimè tamen ſeſe eas amare atq; expetere profitentur. Quapropter Pythagoras ſapientes Philoſophos, hoc eſt ſapientiæ ſtudioſos, & percupidos appellare conſueuit. Qui nanq; reliquis ſapientiores videntur, quod ſibi deficit perfectionis, maximè & in primis cognoſcunt: & idcirco tantò magis, vehementiusq; eam expetere ſolent. Nec iniuria quidem: cùm enim ſapientia vaſto cuidam & profundiſſimo pelago ſimillima eſſe dicatur, quantò ſpiritale iſtud Oceanum diutius aliquis nauigauit, tantò vtiq; melius eius amplitudinem atq; profunditatem cognoſcit; & idcirco tantò magis huius longiſſimę nauigationis metam ſibi propoſitam attingere, & portum deniqueintrare exoptat. Vnde non immeritò aquę ſapientiæ maxima earum ſalſedine ſitientibus augere potius, quàm expellere ſitim dicuntur: voluptates enim, quæ ex ea percipiuntur, nullam vnquam ſicut cæteræ ſatietatem inducunt; quinimo ſemper intenſius ſui deſiderium, & magis inexplebilem nobis ipſarum appetitum relinquunt. Quamobrem Salomon in Prouerbijs ſapientiam amoris ceruam, & gratiarum capellam vocauit, & eius ſtudium maximam quãdam, perpetuamque nobis voluptatem allaturum, & animos noſtros ad maiorem, maioremque indies amorem allecturum pollicetur. Si igitur hac ratione

Pythagoras ſapientes Philoſophos, quaſi ſapientiæ ſtudioſos, percupidosque appellare ſolitus.

Sapientia Oceano perſimilis.

ne ad cælestis atq; Angelici mundi arcana penetraueris; proculdubio, qui intelligibilem vberius participant summi pulchri pulchritudinem, eosdem, quantum diuinæ pulchritudinis perfectissimæ quamuis omnium rerum procreatarum deficiat, optimè nimirùm intelligere cõperies. Quapropter nil mirum existit, si formã illam supremã vehementissimo prosequuntur amore, eiusque, quàm arctissima fieri potest, copulatione pro suis viribus perpetuò frui mirificè appetunt: in qua eorum postrema fælicitas sita esse existimatur. Amorem igitur in prima et perfectissima omnium procreatarũ intelligentiarum præcipuè reperiri cõcludamus, cuius merito illa summa creatoris ipsius pulchritudine coniunctissimè frui videtur. Huic deinde primę reliquę insuper intelligentiæ, cælestiaque corpora longissima quadam serie, & maximo ordine adhibito vsque ad inferiorem mundum succedere conspiciuntur: cuius quidem sublunaris orbis solum humanum genus dignum habitum fuit, vt immortalis intellectus, quem creator mortali corpori infundendum esse iudicauit, beneficio cum cęlestibus intelligentijs, primaq; præsertim in diuina pulchritudine amanda atque appetenda quodammodo posset conferri. Quin id tibi firmissimè asseuero, quòd humanus tantũmodo in diuinam pulchitudinem amor mundũ infe-

Diuinæ pulchritudinis cognitio & amor a prima procreatarum omniũ intelligentiarum incipiens, longissima quadam serie adhibita, in humanum postremò desinit intellectum.

Homo tanquã vinculum quoddam commune mũdum

Inferiorem cum ipsa diuinitate copulat atque cõiungit.

inferiorem, quem Deus propter solius hominis commoditatem atq; vtilitatem cõstruxit, cum ipsa diuinitate origine prima, & vltimo termino vniuersi; nec nõ suprema, & ab omnibus cõmuniter amata, expetitaque pulchritudine colligat, atq; coniungit: secus etenim inferior iste, ac sublunaris mũdus a Deo diuisus ac separatus omnino fuiße crederetur. Vt igitur ad propositũ deniq; reuertamur, amorem, mundo iam procreato, in Angelica mox regione incepisse, indeq; ad cęteras descendisse cõcludamus.

Amorem, mundo iam procreato, in Angelica regione mox incepisse condudit.

SO. Huic sententiæ atq; determinationi profectò acquiescerem, et amorem in mũdo Angelico primũ exortũ fuiße, ibiq; sedem ac robur imperij sui fundaße tibi cõcederem: nisi cũ minori pulchritudinis defectu maiorem cognitionem, vehemẽtiusq; desideriũ eius, quod deest, cõsociari, quemadmodũ tu in intelligibili mũdo usu venire dixisti, absurdũ, & a ratione quàm maximè alienũ existere iudicarem. Quemadmodũ enim superius iã dixi, hæc maxima nimirũ inter sese proportione respõdere; et pulchri deficientis cognitio ac desideriũ, eiusdẽ defectui profectò cõsequi atq; æquare deberent. Vnde etsi tu Philo pro acumine ingenij tui hęc in diuersam oppositãq; sentẽtiã ĩterpretaris, tuęq; rõnes inexpugnabiles esse videntur: cõclusionẽ tamen quãdam deducis, quæ et elegantissimã illam inter defectum, et rei deficientis cognitionem

nem ac desiderium proportionem seu æqualitatem euertit, & ipsi veritati manifestè repugnat. PH. Etsi in mundo angelico, vt potè qui mortali longè formosior existit, minorem quàm in inferiori pulchritudinis defectum concessimus reperiri, maiorem nanque perfectionē minor vtique priuatio, minorq; pulchritudinis defectus consequi debet: tamen si terminos defectuū pulchritudinis ad amorem ac desideriū, quorum amborum illi potissimę causæ esse dicūtur, relatos inter sese comparaueris; mundum angelicum pulchri defectu non tantùm inferiorem æquare, verùm etiam eum excedere comperies: & maiorem intelligentiarum, quàm mortalium defectum ad intensius quoque desiderium, & vehementiorē amorem illas, quàm ista accēdere proculdubio fateberis. SO. Hoc certè magis nouum, & incredibile videretur. Verùm rationem prius, cur defectus amborū propositorum mundorū æquales esse dicantur, explicandam aggredere. Posteà rationem quoque, si poteris, cur defectus angelici defectu corruptibilis mundi maior existit, assignabis. PH. Cùm pulchritudo creatoris ipsius super omnes creatas pulchritudines quàmmaximè excellat, & sola perfecta, absolutaque vocari meritò possit: eam omnes cæteras pulchritudines communiter metiri, & singulos reliquarū pulchritudinum defectus ad eam communiter re-

Diuina pulchritudo est omniū reliquarū pulchritudinū cōmunis mensura.

referri necesse est concedas. SO. Hoc profectò negari minimè potest: uerè etenim diuina pulchritudo omnium procreatarum pulchritudinum causa, finis, cõmunisque mensura existere dicitur: sed perge. PH. Diuinam insuper pulchritudinem immensam & infinitam esse, nec vllam prorsus determinatam siue explicabilem ad excellentissimam omnium procreatarum formarũ proportionem habere, te quoq; arbitror concessuram. SO. Hoc etiam vt verissimum, minimeq; dubium admittendum esse iudico, quòd scilicet inter creatorem, resq; ab eo procreatas nulla omnino pulchritudinis proportio aut conuenientia cadere queat. Quapropter Dei, & rerum procreatarũ pulchritudo, sapientia, omnesque cæteræ perfectiones inter sese conferri, comparari ue minimè possunt. Verùm id mihi nonnullam affert suspitionem, quòd hoc nomen infiniti ad diuinam pulchritudinem extollendam, ac celebrandam à te excogitatum vix satis intelligere videor: infinitas enim interminatam, imperfectamq; dimensionem apud philosophos significare cõsueuit; perfectæ nanque quantitates terminorum merito eas perficientium perfectarum sibi nomen uendicarunt. Cùm igitur diuina pulchritudo perfectissima atque absolutissima existat, integra potius ac terminata quàm infinita dicẽda esse videtur. Id autem in primis suspitionem pro-

Diuina pulchritudo ĩmensa infinitaq; existit.

Perfectiones oẽs, quæ Deo, rebusq; procreatis cõmuniter solent accõmodari, inter sese cõparari minimè possunt.

positam auget: quia finitum ac infinitũ extensæ, aut numeratæ quantitatis conditiones esse dicuntur, quæ in solis corporibus reperitur. Cùm ergo diuina pulchritudo incorporea, & ab omni corporũ affectione aliena prorsus existat, nullam profectò, cur infinita appelletur, excogitare possum rationẽ. PH. Ne ab huius vocabuli, infiniti scilicet, conditione, quod interminatam imperfectamq; significat quantitatem a diuina illa pulchritudine quàm maximè remotam, Sophia decipiaris, etiam atque etiam vide. Nos etenim diuina incorporeaq; haud aliter, quàm vocabulis siue nominibus ad corpoream naturam accedentibus exprimere valemus; cùm præsertim ipsamet lingua, & modus proferendi corporeum quid sapere videatur: cuius quidem rei ecce manifestum exemplum. Hoc uocabulum, perfectum, diuinitati minimè congruere perspicitur: perfectum nanque rem aliquam iam factam, atque elaboratam propriè significat: diuinitatem autem effectam, aut elaboratam fuisse nequaquam dicere possumus. At Deum idcirco perfectum appellamus, quia ipse omni prorsus caret defectu, eiusque essentia omnia perfectionũ genera excellentissima quadam complectitur ratione. Pariter etiam diuinitatem ideo infinitam vocamus, quoniam supremi omnium creatoris perfectio, sapientia, & pulchritudo cum nulla prorsus

Perfectiõis ipsius nomẽ Deo tributũ quidnã significare dicatur.

Quo sensu perfectiones oẽs. Deo attributæ infinitæ esse dicantur.

sus creata pulchritudine, sapientia, ac perfectio ne conferri potest; nec ad vllam earum aliquã proportionem obtinere existimatur. Qui nanque ex nihilo omnia quondam fertur procreasse, tantum res creatas perfectione excellere debet, quantũ suprema essentia puro nihilo præstat: quæ quidem præstantia cùm immensa prorsus existat, quodcũque proportionis atque cõparationis genus respuere omnino videtur; & idcirco infinita appellatur, quãuis sui met habita ratione integerrima perfectissimaq; undique esse conspiciatur. Similiter quoque pulchritudo, sapientia, essentia, cæteræque omnes Deo conuenientes virtutes infinitæ vocantur, quia ad nullam propriam essentiam, nec ad vllam prorsus determinatum subiectum contrahuntur: quinimo omnes diuinę perfectiones abstractæ, transcendentes, infiniteq; meritò nuncupantur; propterea quòd à nullo proprio subiecto, propria'ue eßentia finiuntur: sicut omnium rerum procreatarum pulchritudines, cæteræque perfectiones à proprijs ipsarum essentijs terminari videntur. S. O. Qua ratione infinitas diuinis perfectionibus attribui solet, mirificè gaudeo didicisse. Illud insuper tibi restat declarandum, cur pulchritudinis defectus in angelico & corruptibili mundo conspectiores, aut æquales eße dicantur. P. H. Infinita à quocunque finito siue maximo, siue minimo

Diuinæ pulchritudinis defectũ in

fers-

ſemper æquè diſtat: cum neutro enim ipſorum quãtumlibet multiplicato conferri, nec eadem cõmuni menſura terminari vnquam poteſt. S O. Hoc rationi quidem conſonum videtur. Attamen imaginatio, quin magnum aliquod maiorem quàm paruum proportionem ad infinitum obtineat, propiuſq; ad ipſum accedat, aptiuſq; ad illud metiendum exiſtat, uix percipere poteſt. Huiuſce rei dilucidiorem atque vberiorem à te explicationem profectò deſiderarem. P H. In præclaris & excellentibus ingenijs falſam imaginationem rectæ, vereq; rationi nullum unquã impedimentum afferre uidemus. Infinitum nullo prorſus uel maximo, uel minimo menſuræ genere terminari Sophia clariſſimè cernis: ſecus enim ab aliqua menſura ſæpius repetita deniq; finiretur, & tunc infiniti nomen falsò ſibi uendicaſſet. Vnde infinito nec dimidiam, nec tertiam, nec quartam, nec aliam quãuis partem poſſumus unquam accommodare: tunc enim pars illa ſæpius accepta infinitum denique metiretur, ac terminaret. Ipſum igitur impartibile, indiuiſibile, atq; immenſum exiſtere, nulloque termino, ſeu fine claudi neceſſariò dicendum videtur: nec quicquam finitum quãuis maximum ampliſſimũq; comperies, quod cum eo vlla proportionis ſpecie conferri queat. S O. Exemplum aliquod in huius rei confirmationem te adducere uellem, vt

angelico, inferiorīq; mũdo parẽ et æqualẽ eſſe primũ demonſtrat.

Imaginatio falſa rectæ, veræq; rationi nullũ porrus afferre debet impedimentum.

Infinitũ tã à maximo, quã à minimo finitorum quãtũlibet repetito terminari minimè poſſe, quinimo ab eorũ utroq; æquè diſtare uidetur.

Tẽpus è philosophorũ sentẽtia infinitum existit.

ut phantasia quoque rationi consentiret. PH. *Tempus è philosophorum sententia infinitum existit, qui ipsum nec aliquando incepisse, nec aliquando desiturum esse crediderunt: etsi nos pietatem colentes hanc opinionem ut impiam atque prophanam execremur. Verùm philosophi cùm tempus infinitum eße existimarint, ipsum à nulla prorsus temporis finiti uel maxima, uel minima quantitate expleri, consumi ue dixerunt. Quapropter ipsum mille pariter annorum, sicut unius horæ proportionem subterfugit: & eadem ratione neque ab hac quantũuis replicata, neque ab illis quantũlibet repetitis exinaniri id vnquam videbis. Vnde tempus infinitum non minorem seculorum, quàm horarum numerum complectitur, atque excedit; cùm neutrum istorũ eius infinitatem vlla ratione metiri queat. Infinitum igitur tempus non minus annorum mille, quàm unius horæ tantùmmodo spatium excedere ac superare nõ quam profectò Sophia te arbitror negaturam.* SO. *Quin infinitum finitum tam maximũ, quàm minimum pariter excedat, infinitoque vtrunque eorum exuperet interuallo, negari haud poße existimo.* PH. *Admirari igitur te minimè decet, si diuina pulchritudo, quæ infinita existere prædicatur, pulcherrimam omnium intelligentiarum materię prorsus expertium, què ac omnium mortalium corporum turpissi-*

mune

mum excedere à nobis dicatur, cùm ipsa cuncta cõmuniter metiens a nullo prorsus definitam aliquam suscipere possit mensuram. Tantum igitur diuinæ illius pulchritudinis cunctorũ angelorum supremo, quantum vermiculo omnium minimo deficit. Omnes ergo pulchritudinis defectus æquales ac pares existunt, quia omnes rerum procreatarũ pulchritudines à suprema creatoris infinitaq; pulchritudine equè deficiũt, ab eaq; infinito vtiq; distant interuallo: infinitũ autem infinito æquale existere frequentissimè dicitur, etsi æqualitas finiti potius quã infiniti conditio quædam esse uideatur. Vnde cùm diuina pulchritudo ab omni subiecto, propriaque terminatione sit libera prorsus, atque soluta; cum nulla procreatarum, terminatarumque pulchritudinum conferri comparari'ue potest: infinitũ nanque ad finitum nullam proportionem habere est iam celebratum cunctorum ferè philosophantiũ sermone prouerbiũ.

Infinitũ infinito æquale existere prædicatur.

Aequalitas finiti potius quàm infiniti conditio quædam esse uidetur.

Infinitũ ad finitum nullã prorsus habet proportionem.

SO. Defectus omnes ratione quadam pares existere necesse quidem esse uidetur. Verùm duæ ex prædictis mihi dubitationes oriuntur. Primùm, si tam angelicus quàm corruptibilis mundus ab immensa Dei pulchritudine æquè distaret, nunquam unum altero perfectiorem vocare deberemus: maior nãque, minorq; rerum creatarum perfectio in proximiori, uel remotiori earum a creatore distantia consiste-

re

re exiſtimatur. Deinde, quomodo nullam penitus inter res procreatas, et creatorem ipſum proportionem intercedere affirmas, cùm ſacra volumina hominem ad imaginem, & ſimilitudinem Dei formatum fuiſse clariſsimè teſtentur? Quin tu ipſe mundum tanquam imaginē & ſimulachrum quoddam diuinum artificem repręſentare iandudum aſseruiſti. Mundum inſuper angelicum diuinitati reliquis ſimiliorem exiſtere quis vnquam negabit? Imago autem exemplari, quod repræſentat, & ſimulachrum veritati, ad cuius ſimilitudinem eſt conſtructum, proportione quadam ſemper reſpondere conſpiciuntur. Res igitur procreatæ, cùm creatoris imagines eſse dicantur, nonnullam conuenientem ſimilemq́ue proportionem ad eum profectò retinebunt. PH. Difficultates propoſitæ ingenij tui quidem acumen oſtendunt: haud tamen difficile, et arduum quid earum ſolutio exiſtimari debebit. Animaduertendum eſt igitur quòd etſi diuina pulchritudo proprię merito naturæ immenſa et infinita eſse dicatur: pars tamen illa, quam Deus optimus maximus cum rerum procreatarū vniuerſitate cōmunicandam eſſe duxit, finita proculdubio exiſtit; quæ varijs definitisq́ue rationibus, nonnullis quidem largius, nonnullis verò parcius fuit diſtributa: omnes nanque creatæ pulchritudines proprijs eſsētijs, ac terminatis ſo-

Diuina pulchritudo quāuis ſuapte natura infinita, tamen finita quadā ratione rebus procreatis, nō nullis quidē largius, nōnullis uerò parcius fuit diſtributa.

iectis affixæ; & propterea ab ipsis finitæ fue runt. Pulchritudinis autem illius definitæ ac participatę maxima pars angelico, minor cælesti, minimaq; omnium corruptibili mundo traditur obtigisse, quæ quidem tres pulchritudinis portiones nonnullam ad impertitam illam pulchritudinem proportionem retinuerunt. Vnde cùm angeli maximam eius partem à diuino numine impetrauerint, diuinitatem maximè participare, & ad eam reliquis propius accedere iurè dicuntur: non quia ipsi ad Dei infinitatem maiorem quàm cætera proportionem obtinuerint, quam enim inter finitum ac infinitum proportionem possumus reperire? sed quia pulchritudinis à creatore rebus creatis impertitæ plures gradus assecuti fuisse videntur: & quia angelorum species, seu formæ minus quàm reliquorum terminatæ, minus affixæ, minusque definitæ proprijs eorum essentijs esse conspiciuntur. Quapropter cùm rerum procreatarũ vnam ad creatorem propius quàm alteram accedere dicimus, nequaquam hanc ad eum maiorem quàm illam rationem obtinere significamus, quemadmodum prior a te propositarum ambiguitatũ intellexisse videtur: sed quia hæc vberius, quàm illa diuinorum munerum frui liberalitate existimatur, hac loquẽdi ratione vti solemus. Eandem quoque solutionem secundæ difficultati componendæ adhibebimus: Dei nã-

Rerũ procreatarũ vnã ad creatorem propius quàm alterã accedere quo modo sit intelligendum.

Diuinæ formæ quãuis ĩfinitæ imago, atq; similitudo finita quadã rõne in rebus procreatis expressa fuisse conspicitur.

que imago atque similitudo propter finitam illam pulchritudinem, quam immensa bonitas vniuerso impertire constituit, in rebus creatis maximè refulgere censetur: finiti nanque alicuius imaginem finitam quoque existere oportet, secus nanque illa imaginis nomen falsò sibi vendicasset. At id, quod ea imagine repræsentatur, verbi causa creator immensam sui pulchritudinem in rebus creatis finita quadam ratione depingere exprimereque optimè potest; quemadmodum amplam, ac præstantissimam aliquam figuram in impuro exiguoq; admodũ speculo imprimi sæpè videmus: nec tamen propterea imaginem diuinum exemplar metiri dicemus; sed eam simulachrum tantùmmodo, similitudinem, imaginemq; summi illius exemplaris appellabimus. Absurdum igitur existimari minimè debet, si homo, rerumq; procreatarum vniuersitas, præcipueq; angelorum ipsorum cœtus; etsi nihil istorũ trium immensam illam pulchritudinem metiatur; Dei tamẽ imagines, ac simulachra nuncupentur. Vnde prophetam dixisse reperimus, Cuinam Deum similem esse arbitramini? & quodnam cum eo simulachrum conferre potestis? Alibi etiã legimus. Cuinam me similem esse, & cum quo proportionem me obtinere existimatis? Sanctus dicit. Attollite oculos vestros, & videte quis ista creauit, quis eorum exercitum colligat

Deũ cũ nulla rerũ procreatarum tãquã infinitũ cum nulla re finita posse cõferri authoritatibus prophetarum demonstrat.

ac numerauit, omniaq; nominatim appellat. Propter eius summam virtutem, atq; immensam potentiam ne minimus quidem locorũ priuatus esse conspicitur. Quàm preclarè sapientissimus iste propheta immensum excessum, atque inexplicabilem exuperantiam creatoris super omnes res procreatas, quãuis cælos & angelos ipsos capiamus, ostendit? Cùm Deum cũcta, atque innumera produxisse; & singula proprijs essentijs, proprijsque nominibus donasse: necnon propter eius maximam potentiã, infinitamq; virtutem omnia, quæ infimæ ipsorum merito conditionis ad nihilum redigerentur, essentiam diuinum quoddam munus obtinuisse; nec sempiterna priuatione inuoluta, obscurataq; fuisse testetur. Quænam igitur cõparatio siue proportio inter nihil, & vberrimum illum fontem essentiarum, qui nihilo formam vitamq; largitur, & puram priuationẽ ad sublimes vsq; perfectionum gradus euehit atque extollit, potest inueniri? Haud temerè igitur Anna in eius precibus dixiße videtur. Nullus sanctorum tecum maxime Deus potest conferri, nemo enim ipsorum sine te vnquã reperitur. His verbis illud vtique significatur, quòd qui essentiam accipit, cum eo, qui essentiam largitur, comparari minimè potest. SO. Pulchritudinem angelico & corruptibili mundo æquè deesse, satis superq; iam ostendisti,

Nunc qua ratione defectus angelici mundi corruptibilis imperfectione maior esse dicatur, tibi restat aperiendum. Hoc enim non tantùm nouum ac absurdum existere, verùm etiam superioribus profectò repugnare videtur: si nãque huiuscemodi defectus pares atque æquales iam esse asseruisti, cur vnum nunc altero maiorem existere affirmas? P H. Aequalitatis iam percepisti rationem. Verùm ea de causa insuper maiorem in angelico quàm in corruptibili mundo pulchritudinis defectum arbitror reperiri, propter eà quòd angeli pulchritudinẽ sibi deficientem magis quàm mortales cognoscũt: vnus enim idemq; defectus in duabus personis existens in ea, quæ magis defectũ illum cognoscit, maior vtique euadere, ipsiq; vehementiorem rei deficientis appetitum inferre censetur.

Diuinæ pulchritudinis defectũ propter vberiorẽ ipsius cognitionẽ, maiorem in angelico quàm in corruptibili mũdo insuper esse demonstrat.

Verbi causa, cùm sceptrũ, diadema, cæteraq; Regalia ornamenta Satrapæ, rusticoque æquè deesse conspicias: in quem eorum hoc maiorem defectum, intensiusq; desiderium existimas inductum, in Satrapam'ne, qui res sibi deficientes optimè quidem cognoscit; an in rusticum, qui earum uix nomina intelligit? S O. In Satrapam nimirum: qui nanque defectum suum ignorat, nec re sibi deficiente carere, nec eam appetere propriè dici potest. P H. Pariter etiã et si æqualis diuinæ pulchritudinis portio infinita scilicet, & angelico et corruptibili defit

ficit mundo;in angelico tamen, quæ immensæ sibiq; deficientis pulchritudinis ampliorem,per fectioremq; obtinuit cognitionem, defectus uti que maior euadit; ex quo intensius quoq; desi derium,uehementiorq; in eo, quàm in mortali exoritur amor. Vnde licet defectus omnes ad diuinā pulchritudinem relati pares,æquales'ue esse uidentur; attamen defectus ignoratio ipsum utique minuere,& amorem ac appetitum remittere existimatur. Quapropter am borum mundorum defectus propter rei vtriq; ipsorum deficientis æqualem,ac infinitū excessum pares,& æqui existere prædicantur:defe ctuum autem inæqualitas ex rerum ipsarū carentium varijs differentibusq; naturis originē deducit, prout illæ rem sibi deficientem magis minus'ue cognoscunt,eāq; intēsius remissius'ue appetere,necnon uehementius segnius'ue eandem diligere perspiciuntur. S O. Qua ratione mundus angelicus mūdo sublunari in pulchri tudinis defectu non tantū par & æqualis,uerū etiam eodē superior existat,optimè quidem per cepi. Vnde desiderium quoddam intensius ar dentiusque,necnon excellentiorem amoris speciem ibi potius,quàm hic reperiri;& apud an gelos prius quàm apud nos amorem exortum fuisse profectò consequitur. Sed illud animum meum non mediocriter perturbat,quòd hac ra tione angelorum præstantię ac dignitati non-

Qua rõne æquales,quaq; rõne inæquales diuinæ pulchritudinis defectus in angelico et corruptibili mūdo conspecti esse dicuntur.

*nihil detrahere uidemur: cùm enim pulchritu-
dinis defectus imperfectionem significare di-
catur, vbi defectus maior existit, ibi imperfe-
ctionem quoque maiorem reperiri contingit.
Vnde mundum angelicum, cui pulchritudinis
plus, quàm corruptibili deficere arbitraris; ma
iori imperfectione atque defectu, quàm morta
lem proculdubio laborare consequeretur: cuius
quidem rei falsitatem, quis adeò rudi hebetiq;
ingenio præditus reperitur, vt perspicere ne-
queat? PH. Hoc absurdũ tunc profectò con
sequeretur, cùm pulchritudinis defectus, quem
maiorem in angelico, quàm in corruptibili mũ-
do esse iam diximus, priuationem simpliciter
significaret: hæc nanque defectus species quan
tò maior existeret, tantò rem huiusce modi pri
uatione laborantem redderet imperfectiorẽ.
Verùm ego nunquam angelicum mundũ tali
defectu corruptibilem excedere dixi: sed defe-
ctu quodam desiderium tantùmmodo excitan
te, & amorem infundente illum istum antece-
lere intellexi: quæ quidem species defectus cũ
perfectionem potius quàm imperfectionem re-
rum creatarum ostendat, iurè in angelis ma-
gis quàm in mortalibus conspici debet. SO.
Hanc vocabulorũ diuersitatem vix percipio.
Vtranque defectus speciem, & priuationem
simpliciter, & amoris originem significantem
mihi in primis declara: & quod nam inter am*

Pulchritudinis defectus priuationẽ quidẽ simpliciter inducẽs imperfectionẽ, amorẽ verò et desideriũ tantũmodo accẽdẽs perfectionẽ potius significare videtur.

bas

bas intercedat discrimen, posteà explicandum aggredere. PH. Perfectionis defectus uel eius tantùmodo actualem absentiam ostendit, potestate tamen eam cõsequendi sibi retenta, & hæc prima species defectus propriè nuncupatur: uel actum & potestatem simul deesse significat, & hæc secunda species absoluta priuatio appellatur. SO. Hæc nempè diuisio exemplorũ aliquod lumen efflagitare uidetur. PH. Exempla ab arte petamus. Lignum aliquod rude & incultum, etsi Apollineæ figuræ forma & pulchritudine caret, ea tamen potest insigniri. At si aquam sumamus, eam non solùm presenti siue actuali statuæ figura, sed etiam potestate talem figuram consequendi proculdubio carere videmus: ex aqua nanque haud, sicut ex ligno statua effici potest. Prima illa species defectus, quę ab actu exclusa potestatem saltè sibi retinet, defectus propriè nõminatur. Secunda verò, quæ & ab actu, & à potestate simul aliena prorsus existit, absoluta priuatio vocatur. Pariter etiam, vt naturale aliquod afferamus exemplum, prima materia vel cum ignis, vel cum aquę forma cõsociata, etsi presenti tunc aeris forma siue essentia careat; aptitudinem tamen quandam ac potestatem eam adipiscendi secum gerit: ex igne nãque, aut ex aqua aer effici quàm cõmodissimè potest. At primum subiectum sydeream, So-

Perfectionis defectus duplex existit: vel enim actu tãtũmodo defraudatur, potestate sibi retẽta: vel actu simul, & potestate priuatur.

Defectus altera quidẽ species defectus propriè, reliqua aũt absoluta priuatio nuncupatur.

larem, Lunárem, celestem'ue formam nec actu obtinet, nec earum vllam vnquam recipere potest: cùm materia prima nullā prorsus ad Cælum, vel ad astra potestatem, aut aptitudinē retinere dicatur. Eadem quoq; differentia in pulchritudinis defectu inter angelicum & corruptibilem mundum versari conspicitur. Angeli nanque actuali tantūmodo pulchritudine carent; eam tamen optimè cognoscunt, & ad eam maximā nimirum propensionem retinere videtur, quæ cum primæ materiæ potestate eleganter admodum conferri potest. Quemadmodum enim actus absentia inclinationē quandam materiæ primæ ad quālibet formam, quā sua respicit potestate, suscipiendam largitur, eiusque acquirendę non mediocre ipsi desideriū infundit: pariter etiam angelorum cognitio, ingenitaq; ad supremam sibiq; deficientem pulchritudinem ipsorum propensio vehementissimum amorem, ardentissimumq; desideriū eis inferre uidetur. Hic utiq; angelorum defectus absoluta priuatio uccari minimè debet: qui nāque rem sibi deficientem cognoscit expetitque, haud omnino ea orbatus esse censetur: cognitio etenim, amor, & desiderium rem, quę nobis deficit, potestate quadam saltem repræsentare videtur. At mundus inferior & suprema forma, & tam nobili summæ illius pulchritudinis cognitione ac desiderio defraudatus actu ſ...

In mūdo angelico diuinæ pulchritudinis defectus priuationē quidē simpliciter inducens minor; cognitionē verò suppeditans, & amorē ac desideriū accēdens maior: in sublunari verò contrà hic quidē remißior, ille aūt intensior esse conspicitur.

mul

mul caret, ac potestate. Huiuscemodi autem defectus absolutam priuationem, maximamque imperfectionem nimirum ostendit. Nec enim ipse sicut superior cognitionem suppeditare, nec desiderium inducere, nec amorem accendere uidetur: tunc enim rerum creatarum perfectionem potius sicut ille, quàm imperfectionem significaret. In angelis igitur defectus quidem cognitionem ac amorem inducens maior, priuans autem minor, quàm in mortalibus reperitur. In sublunaribus verò res contrà sese habet: defectu nanque ad cognoscendum & amandum impellente deficiunt, priuante autem abundant. Quapropter minimè mirum existit, si ipsa imperfectionis nomine malè audiunt. SO. Discrimē inter pulchritudinis defectum ad cognitionem & amorem nos perducentem, cuius maxima pars intelligibili mundo traditur obtigisse; & inter eusdem priuationem cognitionis ac amoris prorsus expertem, cuius maxima portio corruptibili mundo fuit derelicta, optimè nimirum uideor percepisse: & illum quidem perfectionem, hanc uerò imperfectionem rerū ostendere planè perspicio. Verùm tres insuper difficultates examinandę supersunt. Primum nanque sublunaris orbis defectus nequaquam absolutæ priuationis nomen mereri uidetur: humanum etenim genus, quod nobilissima

lissima eius pars existere prædicatur, summam pulchritudinem maximè cognoscere, eamque uehementer appetere conspicitur. Deinde species illa defectus, quæ supremæ omnium pulchritudinis cognitionem ac desiderium infundit, nequaquam cum potestate rei absentis consequendæ, sicut iam dixisti, simul reperiri posse videtur: potestas nanque ad actum reduci potest; nulla verò finita pulchritudo immensam illam pulchritudinem, etsi eam maximè cognoscit appetitque, sibi vnquam acquirere valet. Postremò Deum in rem aliquam a sese procreatam cognitionem, & desiderium rei absentis, quę ab ea nunquam possit acquiri, conferre, sicut in mundo angelico vsu venire dixisti, absurdum profectò, atque a ratione alienum videtur. Harum trium ambiguitatum Philo solutiones a te audire percupio, vt disputationem superius inceptam, vbinam primùm exortus olim fuerit amor, perfectè, atque absolutissimè intelligam. PH. Te vtpote ingeniosam & perspicacem tam subtiles difficultates proposituram, ita me Deus amet, diuinaui: quæ ad nostram disputationem eò magis conducent, quia ex ipsarum solutionibus amorem in mundo angelico principiò exortum fuisse perfectius vtique intelliges. Ad primam igitur earum soluendam accedens, diuinę pulchritudinis cognitionem, quæ a mortali

bus

bus habetur, nequaquam perspicuam lucidãque existere tibi respondeo: huiuscemodi nanque cognitio haud aliter quàm actualis intellectus a materia prorsus separati beneficio, qui tanquam capacissimum speculum diuinæ pulchritudinis simulachrum satis commodè repræsentat, potest haberi. Actualis autem iste, de quo loquimur, intellectus in hoc mundo inferiori minimè reperitur: elementa nanque, mixta inanima, plantæ, & animantia intellectu prorsus sunt destituta. Homo verò, qui rerum intelligentia fruitur, intellectum potestatis tãtũmmodo est assecutus, qui corporeas essentias a sensibus sibi communicatas primùm percipere conspicitur: & postremò a vera sapientia excultus ad incorporearum essentiarum corporum auxilio intelligentiam tandem pertingit, verbi causa ex cælorum motionibus eorum motores incorporeas atque intelligentes virtutes esse cognoscit, & serie quadam seruata ad primæ causæ denique cognitionem sub ratione primi motoris sese extollit, ibique consistit. Verùm huiuscemodi cognitio talis profectò existit, ac si Solis nitidissimum lumen uel in aquam, uel in speculum, uel in quodcunque aliud perspicuum corpus intueremur: visus nanque propter suam imbecillitatem Solem rectà intueri minimè ualet.

Diuinæ pulchritudinis cognitio a mortalibus habita nec perspicua, nec lucida, sicut ea, quæ ab angelis habetur, existit.

Actualis intellectus haud quidem in inferiori, sed in angelico mundo dũtaxat reperitur.

Rerũ diuinarum, Deique ipsius cognitio ab humano, atque angelico intellectu habita quàm maximè differt.

Pariter

*Pariter etiam humanus intellectus incorpo-
rea in corporibus ipsis contemplatur: qui etsi
primam causam immensam infinitamque exi-
stere cognoscit, hoc tamen propter eius effe-
ctum, ipsam scilicet corporum vniuersitatem,
intelligit. Vnde ex operibus diuinum artifi-
cem perpendit, nequaquam autem in men-
tem illam artemque diuinam aciem ingenij
dirigendo Deum ipsum rectà contemplatur:
quemadmodum angelis contingere fertur, qui
cùm intellectus a materia prorsus separati es-
se dicantur, diuinæ pulchritudinis claritatem
intueri, eamque sibi mox atque coniunctè im-
preßam excipere optimè poßunt; non secus a
Aquilę usu venire traditur, quæ lucem So-
larem directò, haud ab vllo perspicuo corpo-
re reflexam intuetur. SO. Non'ne huma-
num quandoque intellectum ad tantæ perfe-
ctionis fastigium attolli in prima disputatione
iam ostendisti, vt cum intellectu diuino siue
angelico a materia prorsus separato copule-
tur, eiusque absque vllo ratiocinij, siue cor-
poris intercedentis auxilio actualem fruitio-
nem consequatur? PH. Verum quidem di-
cis. Philosophi nanque intellectum nostrum
cum agente, materiæque prorsus experte
intellectu, qui ad angelicas regiones spectare
censetur, coniungi denique poße arbitrantur:
ad quam quidem beatitudinem siquando ipse
perue-*

perueneris, intellectus humani, vel potestatis, vel imperfecti statim nomen amittit, neque tunc cum mortali isto, & corruptibili mundo quicquam negotij habet: sed vel in angelorū ordinem iam est cooptatus, uel potius inter humanum, & angelicum intellectum medius collocatur. SO. Cur ipsum non omnino angelicum, sed inter illum & nostrum medium tunc intercedere arbitraris? PH. Quoniam si cum angelico copulatur, ei proculdubio subesse oportet. Qui nanque copulatur, eo, cum quo copulatur, inferior semper existit: quemadmodum angeli quoque, propterea quòd ex diuinę pulchritudinis copulatione postremam sibi felicitatem acquirunt, sub ea meritò collocantur. Vnde intellectus noster copulatus eandem ferè ad angelicum, quam angelicus ad diuinum obtinet proportionem: & medius inter humanum atque angelicum, sicut etiam angelicus inter copulatum, diuinumque intellectum residere non immeritò existimatur: etsi diuinus intellectus, propterea quòd infinitus existit, longè plus quàm media parte angelicum excedat; & in adeò sublimi pulchritudinis fastigio reponatur, ut cum nulla penitus pulchritudine conferri queat. Quatuor igitur intellectuū ordines sibi inuicem succedunt, humanus, copulatus, angelicus, atque diuinus.

Intellectus noster si quando ad summam beatitudinē euectus cum agente intellectu copulatur, non amplius humanus, sed uel angelicus prorsus, uel potius inter angelicum, & humanum intellectū medius nuncupari meretur.

Quatuor intellectuum ordines sibi inuicem succedere conspiciuntur, humanus, copulatus, angelicus, atque diuinus.

Humanus iterum duplex exiſtit; uel poteſta-
te infamis, ut intellectus imperitorū; uel habi
tibus clarus, vt intellectus ſapientū. Et ſic di
uiſio quinario numero expletur. Ex his vtiq;
cognoſcere licet, quòd nec humanus, nec copu
latus intellectus è Philoſophorū ſententia diui
nā pulchritudinē directò percipere, nec cogno
ſcere, nec intueri vnquā poteſt. Et ideo deſide
riū & amor duorū intellectuū propoſitorum
ad pulchritudinem illā ſibi ignotā rectà con-
tendere neutiquā poteſt, niſi fortaſſe cæco quo
dā & flexuoſo itinere propter primæ cauſæ,
primiq; motoris confuſam admodū cognitio-
nē corporū auxilio acquiſitā: quæ nec rectæ,
nec perfectę cognitionis meretur appellationē:
nec purū vtiq; amorem, nec vehementiſſimū
profectò deſideriū, quemadmodū ſummæ illius
pulchritudinis excellentia efflagitaret, vnquā
inducet. Poſſemus tamen copulationis benefi
cio intellectus agentis, ad cuius finitā pulchri-
tudinem amor ac appetitus noſter rectà profi
ciſceretur, eſſentiā cognoſcere: qua quidē in-
tercedente, vel potius in qua nō ſecus ac in ſpe
culo quodā cryſtallino diuinā pulchritudinē
videremus, moxq; eā appeteremus. Eius ve-
rò eſſentiam directè, nulloq; prorſus medio in-
teriecto cōtemplari atq; diligere nobis profe-
ctò minimè licet, ſed angelico tantūmodo in-
tellectui. S O. Attamen animas prophetarū,
beati-

Intellectus humanus, & copulatus Deum ipſum rectà cognoſcere, appetere atq; amare, ſicut intellectus angelicus, minimè poſſunt.

Intellectus humanus copulationis beneficio agentem intellectum rectà, et in eo non ſecus ac in ſpeculo quodam cryſtallino diuinā formā intueri tantūmodo ualet.

beatissimorũq; patrũ nostrorũ cum ipsamet diuinitate quondam copulatas fuisse te superius dixisse recordor. PH. Verũ est hoc quidẽ: sed nunc maximã summãq; perfectionem, ad quã capessendã humanæ uires naturæ tantũmodo auxilio pertingere queunt, è Philosophorũ sententia perscrutamur. Sacra verò volumina intellectũ humanũ, cũ ipse diuino numine afflatus futura vaticinatur, Deoq; plenus existit, lõgè altius cõscendere posse nobis ostendũt; tũc enim ille quoq;, sicut quilibet angelorũ, cũ ipsamet diuina pulchritudine copulari vtiq; potest. SO. An omnes prophetas ad tã sublime diuinæ visionis fastigiũ peruenisse arbitraris? PH. Minimè, solũ Moysem prophetarũ Principem excipio. Cæteri nãq; angelo intercedẽte futura vaticinati fuerunt, & eorum phãtasia cũ intellectu permixta angelicã illam copulationẽ participabat. Quapropter futura somni, & quietis tempore figuris quibusdã, & imaginibus inuoluta plerunq; cernebãt. At Moyses dum uigilaret, intellectu purissimo, nec vllis phantasiæ sordibus inquinato, & cum ipsamet diuinitate coniuncto; nec angelis, nec figuris, nec somnijs intercedẽtibus, nisi semel tãtũ, cũ adhuc rudis esset, egregiè quidẽ uaticinationem exercebat. Quamobrem Aaroni fratri, et Mariæ sorori in Moysem stomachãtibus, et se quoq; sicut fratrẽ prophetas esse iactãtibus

De humana beatitudine longè quidẽ præclarius, splendidiusque Theologi, quam Philosophi locuti fuisse uidentur.

Solus Moyses ex omnium prophetarũ cœtu, intellectu cum ipsamet diuinitate proximè cõiuncto, uaticinationem præclarissimè exercebat. Cæteri uerò prophetæ uel angelis, uel somnijs tanquam medijs quibusdã intercedentibus obscuriori quadã ratione futura uaticinati fuerunt.

Deus eos cum Moyſe nequaquam eſſe conferendos his uerbis ſignificauit. Si Deus vaticinia uobis demonſtrat, ea per ſpeculum, et per ſomnia uobis oſtendit: hoc eſt per angelicum ſpeculum, & per phantaſmata ſomni tempore huc atq; illhuc errantia ea vobiſcum cōmunicat. Poſteà ſubiunxit. At non ea conditione omnium ſeruorum meorum fideliſſimus Moyſes eſſe videtur. Cum Deo nanq; corā eum clariſſimè intuendo, haud ęnigmatica ratione fuit collocutus; & Dei figuram optimè uidit, atq; perſpexit. His verbis id vtiq; Deus ſignificaſſe videtur, quòd Moyſes omnes Idæas in diuina mente reconditas fideliter cognoſcebat: & coràm Deo, nequaquam angelis intercedentibus; ſed pura duntaxat & intellectuali viſione, nulla penitus ſomniorum uel ænigmatum opera requiſita, futura prædicebat: & non ſecus ac ſi angelus quidam prętantiſſimus extitiſſet, ſpecioſiſſimam Dei figurā frequenter videbat. Quapropter ſolū prophetarum omniū Moyſem, ut angelicum quendā intellectū, nec præter eum quenquam Deum uidiſſe cōperimus. Vnde ſacra uolumina Moyſem facie ad faciem conuerſa cum Deo tanquā eius ſocium familiariter collocutum fuiſſe teſtantur: ſolus nanq; Moyſes uaticinando Deum ipſum reſi intuebatur, clariſſimeq́; cernebat. SO. Quonius tantam fælicitatem fuit aſſecutus, quid deinde

Solus prophetarū omnium Moyſes Dei faciem frequenter uidiſſe, et cum Deo familiariter collocutus fuiſſe narratur.

deinde huic mortuo, cũ anima corporeis vinculis soluta in maximam libertatem euasit, cõtigisse credemus? PH. Intellectũ hoc homine vita defuncto diuina copulatione longè facilius, magisq; intimè, coniunctè, assiduèque, nullo temporis vnquam intermisso momento, quod eo uiuente vsu venire minimè poterat, potitum fuisse, pro cõperto Sophia vt habeas volo. Nec enim solum Moysem; sed plures insuper prophætas, & sanctissimos viros, vitæ tẽporibus iam exactis, cum ipsa diuinitate mox copulatos fuisse firmissimè asseueramus: etsi nulli cæterorum preter vnicũ Moysem tantã fœlicitatem in vita cõtigisse reperimus. SO. Primam iam propositarũ difficultatũ egregiè quidem explicuisti. Ad secũdam modò soluendã accede: et qui fieri potest, vt angeli ad immensam Dei pulchritudinem, quã assequi minimè valent, cognitionis ac desiderij auxilio potestatem retinere dicantur, in primis declara. PH. Vt finitum infinitũ vnquam euadat, quemadmodum etiã vt res vlla procreata in creatoris naturã conuertatur, fieri profectò minimè potest. Vnde vt tantam fœlicitatẽ sibi acquirant, nullam prorsus beatorum animi obtinent potestatem. Attamen ipsi etsi finiti existunt, cum infinita Dei pulchritudine coniungi saltem, copularique possunt. Et hoc nimirum immensæ Dei pulchritudinis cognitio

Intellectus humanus homine uita defuncto longè facilius, magisque intimè, coniunctè, assiduèq; quàm eo uiuente diuina fruitur copulatione.

Angeli, beatorumque animi etsi immensam Dei formam sibi acquirere nequeunt: cum ea tamen cõiũgi, copularique quàm optimè possunt.

ab angelis habita eis præstare, & ad hoc tantùm ipsorũ amor, ac desideriũ properare videtur. SO. Quomodo a finito infinitũ cognosci, & quomodo immensam pulchritudinem menti cuidam terminatę imprimi posse arbitraris? PH. Hoc nequaquam absurdum aut incredibile existere opinor: res etenim cognita pro cognoscentis duntaxat, haud pro rei cognitæ ingenio, uiribusq; in ipso imprimi cognoscente, ab eoq; recipi solet. Non'ne totũ hemispheriũ ab oculo cõprehendi, & pupillæ omnium corporis nostri partiũ minime, indiuiduęque propemodũ haud quidem pro magnitudine, naturaq; cælesti; sed pro captu seu uirtute pupillæ tantũmodo imprimi sentis? Pariter etia pulchritudo illa infinita non pro suæ infinitatis ratione, sed pro intellectus eã cognoscentis captu, finitaque natura in angelicã aut beatissimam mentem imprimitur: quemadmodũ quoq; Solis vberrimũ atq; amplissimũ lumen non pro huius planetæ præstãtissima, admirandaq; natura; sed pro Aquilæ conditione, captuq; ab ea statim recipi solet. Reperitur insuper præter angelicam alia quædam diuinæ, infinitæque pulchritudinis cognitio, ipsi nempè rei cognitæ simillima atq; æqualis: cuius merito supremus omniũ creator suãmet pulchritudinem cognoscit; quæque talis profectò existit, ac si Sol eadem luce, quæ eũ visibilem reddit, seipsum quoque

Res cognita pro cognoscentis duntaxat uiribus, haud pro rei cognitæ dignitate in ipso imprimitur cognoscẽte, ab eoq; recipi solet.

Immẽsa Dei pulchritudo non pro suæ infinitatis ratione; sed pro intellectus eam cognoscentis captu, finitaque natura in angelicam, aut beatissimam imprimitur mentem.

quoq; videret. Hæc vtiq; perfectæ absolutaq; visionis iurè sibi vendicat nomen, propterea quòd cognitio, et res cognita pares atq; æquales prorsus existunt. Tres igitur Dei, quemadmodum etiã Solis visiones habentur. Prima, et omnium infima humano ascribitur intellectui, qui diuinã pulchritudinem corporũ vniuersitatis eã repræsentantis obscuritate atque ęnigmate inuolutã intuetur: non secus ac oculo contingit humano, qui cũ Solis purissimum lumẽ rectã aspicere nequeat, illud uel ab aqua reflexũ, vel alio cuicunq; diaphano corpori impressũ intuetur. Huic primę secunda deinceps visionis species succedit, quę angelorũ propria dicitur esse. Angelicus nãq; intellectus diuinã pulchritudinem directò quidem aspicere videtur; huiuscemodi tamen visio nequaquã diuinũ æquat obiectũ, sed illud pro suo duntaxat definito, terminatoq; ingenio cõprehendit: quẽadmodum etiã Aquila oculorum suorum acie clarissimum lumen Solis traditur intueri. Tertia atq; postrema visionis species diuino tantùmmodo conuenit intellectui suãmet infinitã pulchritudinem contemplanti, quæ quidem diuina cognitio rei cognitæ par & æqua procul dubio existit, non secus ac si Sol seipsum cernendi facultatem insitã habuißet. SO. Secundã quoq; ambiguitatem optimè determinaße videris. Verùm id solum mihi dubiũ restat atq;

Dei cognitio seu visio triplex existit: prima quidẽ infimaq; omnium ab humano, secunda autem & media ab angelico, tertia denique atque suprema ab ipsomet diuino beata intellectu.

obscurum, qua ratione cùm angeli nunquam mutari, & in eodem fęlicitatis gradu consiste re semper dicantur, potestatem alicuius perfectionis consequendę, ad actumq́; reducendæ gerere possunt, quemadmodum tu de eorum diuina loquens copulatione modò dixisti. Quinimo si ipsi cum diuinitate semper copulati reperiuntur, amore ac desiderio eius, quo perpetuò fruūtur, ne minimùm quidem tangi deberent: sicut enim aliâs dixisti, desiderium ad rei absentiam, non ad eius præsentem ac sempiternam possessionem referri consueuit. PH. Cùm diuinitas cognita angelo eam cognoscente adeò præstantior atq; excellentior existat, nouum aut incredibile existimari minimè debet, si cognitio, quam mens finita infinitę pulchritudinis habet, & simul huius cum illa copulatio propter appetitum & amorem, qui ambo mētis finitę ex summę pulchritudinis sibi cognitę absentia oriuntur, continuum forsitan incremētum recipere dicerētur; vt huiusce merito augmenti cælestes illi intellectus copulatione, et cōtemplatione diuina magis magisq́; assiduè fruerentur. Quanuis etenim angeli temporis imperio minimè subijciuntur: eorum tamen æternitas non infinita, nec tota simul absque vlla successione collecta, quemadmodum æternitas illa diuina, eße censetur. Vnde etsi ipsi in corporei, & omnium corporalium motionum

Quodnā amoris, desiderii, ac potestatis genus angelicæ naturæ accommodari posse uidetur.

Successio, & motio quædā in angelis perspecta.

prorsus

prorsus expertes existant: intellectualem tamen ad primam causam, ac ultimum finem motionem; nec non in contemplatione, atq; copulatione successionem quãdam retinere videtur. Huiuscemodi autem successionem Philosophi æuum angelicum appellarunt: & ipsum inter tempus corporei mundi extremitatibus circunscriptum, Deiq; æternitatem mediũ intercedere voluerunt. Nihil autem est impedimento, quin cum huiuscemodi successione potestas, amor, ac appetitus spiritalibus intellectibus conuenientes; nec non succedens quædã adhæsio, vniendiq; prædita facultate, sicut iam diximus, coniungantur. Præterea etsi angelos in eadem semper diuinæ copulationis conditione persistere tibi concederem, eius tamen copulationis iugem perpetuamq; ipsi tũ amare tùm expetere possent continuationem: sicut enim aliàs admonuimus, bona, quæ iam possidentur, vehementer nimirum diliguntur, desiderio quodam semper adiuncto perpetuæ, iucundissimeq; eorum fruitionis. Quapropter angelicum amorem ad diuinã pulchritudinem tùm intensionis, tũ extensionis merito semper referri tandem est cõcludendũ. S O. *Secundæ difficultati optimè quidem satisfecisti, Vt ad tertiam modò te conferas, tempus iam suadere videtur.* P H. *Ex prædictis tertiæ quoque difficultatis solutio deduci facillimè potest.*

Aeuũ Angelicũ in tẽporis atque æternitatis cõfinio collocatum.

Amor, appetitus, propensio, atque conatus rebus pro creatis ingenitus nunquam ad ea, quæ nequeunt prorsus acquiri: uerùm ad illa tantùm, quæ cōparari quandoque possunt, contendit.

Neque Deum, neque naturā alicui rerum pro creatarum perfectum amorem, aut appetitū, siue propensionem, siue conatum ad ea, quę nequeunt prorsus acquiri; uerùm ad illa duntaxat, quæ cōparari quandoq; possunt, cōferre, uerissimè nimirum dixisti. Vnde nullum vnquā sanę mentis hominem nec pedibus in celū ingredi, nec pennis sublimia petere, nec in Stellam mutari, nec sydus aliquod manibus gestare, nec alia consimilia exoptare videbis. Huiuscemodi nanq; omnia etsi maximè præstent, nobisq́; deficiant; & eorum insuper præstātia atq; defectus cognoscatur; a nemine tamen desiderantur, propterea quòd ea nunquā fore euentura cōpertum habemus. Quapropter, huiuscemodi portentorum acquisitiōe desperata, eorum desiderio iurè caremus: spes enim rem aliquā iucundā, nobisq́; cognitā atq; deficientem consequendi, amorem & desiderium eius cōparandæ excitare videtur.

Spes amorem, ac desiderium excitare uidetur.

Vnde si spes lenta, frigidaq́; extiterit; profectò cōcitatū amorem, aut vehemens desideriū nunquā inducet. Sin ipsa spes, rei acquisitione omnino desperata, nulla fuerit; nec ad amandū, nec ad desiderādū cognoscētē impellet. At angelicus amor, angelicūq́; desideriū immensæ illius ac diuinę pulchritudinis fruendæ nequaquā rem desperandæ acquisitionis sibi proponit: angeli nanq;, sicut iam diximus, illam ut propriam ac pe-

Amor ac desiderium infinitæ, diuinæque illius pulchritudinis fruendæ angelicis men

stremam

ſtremam eorum fælicitatem conſequi, eaque frui & poßunt, & ſperant. Vnde hac de cauſa ad eam ſemper intenti atq; cõuerſi tanquã ad proprium finem perſiſtere conſpicuntur: et ſi diuinã illam pulchritudinem infinitam, ſeſeque finitos exiſtere intelligant. S O. Tertiæ difficultatis ſolutionem optimè quidem percepi. Verùm tribus iam ſuperius cõmemoratis amoris conditionibus te quartã nunc ſentio addidiſſe. Non ſolũ enim amorem rei pulchræ, amãtiq; cognitæ, quæ ipſi uel deficiat, uel aliqua ſaltẽ ratione deficere queat, exiſtere arbitraris: uerũetiã rei, quã amans et cõſequi poſſit, et aſſequi ſperet, eũdẽ eſſe ſuperaddis, quod rationi cõſentaneũ quidẽ uidetur. At uſus rerũ omniũ magiſter oppoſitum docet: homines enim natura tãtũmmodo duce immortalitatẽ appetere ſolẽt, etſi eã humanę cõditioni quàm maximè repugnare, et deſperãdam eſſe clariſſimè intelligant. P H. Qui immortalitatem appetunt, hoc nulla ratione fieri poſſe nequaquam ſibi perſuadent: quinimo Enochum, Eliam, & Ioannem inſuper Euangeliſtam tùm corporis, tùm etiam animi immortalitate, a Deo optimo maximo donatos fuiſſe ex ſacris hiſtoriis acceperunt: quod quidem etſi diuinitus tribus illis ſanctiſſimis uiris contigiſſe haud ignorant, Deum tamen in eos quoque hoc miraculum fortaſſe exiſti-

tibus inſitum nequaquã ad rem, quæ acquiri minimè poſſit, cõtẽdit.

Quatuor cõditiones ad amorẽ excitandum neceſſariò requiſitæ.

Enochus, Elia, & Ioannes Euangeliſta a Deo & animi, & corporis ſimul immortalitate donati.

Immortalitatẽ appetentes eã uelut rem, quæ, etsi difficillimè, aliqua tamen ratione ipsis contingere possit, exoptare uidẽtur.

mãt editurum. Vnde propter hanc diuinam potentiam, ac potestatem spes quędã remota in eorum animos clam subrepere uidetur, quæ lentum quoque ac remissum quoddam consequitur desiderium: eoque magis, quia omnes interitum quàm maximè horrent, & corruptio singulis rebus perquàm molesta ac odiosa existit. Huiuscemodi autem desiderium haud rem aliquam nouam sibi comparandam proponit, sed uitę præsentis tantùmmodo conseruationem exoptat: quæ cùm iam possideatur, minimè mirum existit, si hominem ad perpetuam sumet incolumitatem cupiendam fallaci quadam persuadet ratione, etsi hoc naturę uiribus prorsus effici nequeat. Vnde tantæ rei tam lentum desiderium atque remissum eam acquiri minimè posse, sed in sola cogitatione uersari profectò indicare uidetur. Quin id insuper addam, quòd corporeę immortalitatis desiderium certo cuidam stabilique innititur fundamento, etsi ab eo nonnihil deceptum errare posteà & labi conspiciatur: hominum enim immortalitatis consequendę desiderium haud rem, quę haberi nequeat, sibi proponit. Hominis nanque essentia, ut rectè Plato existimauit, in eius anima intelligente tantùmmodo reponitur, et collocatur: quę uirtutibus, sapientia, & contemplatione, necnon amore supremi omnium creatoris beatitudinẽ

Immortalitatis corporũ desideriũ homini insitũ etsi uanum esse uidetur, certo tamen cuidam stabilique innititur fundamento.

Hominis essentia in eius anima intelligente tantùm modo ex mente Platonis consistit.

atque

atque immortalitatem consequitur. Qui nanque perpetuis pœnis, & cruciatibus affligun- tur, propriè aut verè immortales appellari minimè possunt: propterea quòd animorũ nostrorum pœnę in diuinæ visionis priuatione potissimùm consistere dicuntur, quę animum mortalem quodãmodo reddit, etsi ille haud funditus sublatus fuisse videtur. Nos verò hominis propriam essentiam in hac corporea cõpagine consistere falsò putantes, naturale immortalitatis desiderium ad corpora detorquemus: quod quidem ad spiritales dũtaxat essentias, sicut iam diximus, proculdubio est referendum. Ex hoc certissimum profectò indicium, quòd animi nostri immortales existant, Sophia colligi potest: nisi enim homo animæ intelligentis, quæ verè proprieq; hominis sibi vendicat appellationẽ, ratione immortalis existeret, nequaquam omnes homines immortalitatem appeterent. Bruta nanque sicut mortalem prorsus naturã sortita fuerunt, pariter quoque immortalitatem nec cogitare, nec cognoscere, nec appetere, nec sperare videntur: quin etsi cruciatus, ac interitum maximè horrere conspiciuntur, ac summopere euitare contendunt; nec ipsam fortasse mortalitatem distinctè, aut perfectè cognoscunt. Contrariorum nanque cognitio vna eademq; existere dicitur: quẽadmodum homines, propterea quòd mortem cognoscunt; idcircò pro-

Animorũ nostrorũ ĩmortalitatẽ certissimo quodam indicio confirmat.

Contrariorũ cognitio una eadẽq; profectò existit.

propriam, hoc est animę, vt iam diximus, percipiunt, & consequi student immortalitatem: quam profectò minimè appeterent, nisi eã aliqua saltem ratione, vt iam admonuimus, acquiri posse sperarent. Ab hoc recto, ac uero perpetuitatis desiderio alterum illud falsi, ac præposteri desiderij proficiscitur genus, quod immortalitatem propriam animorum ad mortalia hæc corpora deflectit; pluribus insuper alijs causis, quas suprà recensuimus, ad hoc desiderium confluentibus. S O. Solutionibus iam propositarum difficultatum, quas attulisti, libenter nimirum acquiesco, & amorem rerum procreatarũ vniuersitati conuenientem in mũdo angelico principiò exortum fuisse clarissimè perspicio. Verùm Platonis dũtaxat authoritas prædictis obstare videtur, qui amorem non Deum, sed magnum quendam dæmonem esse putauit. Grauissimum autem istum philosophũ dæmonum classes sub deorum, siue angelorum ordinibus statuisse te aliâs dixisse recordor. Vnde è Platonis sententia amorem non in angelico, sed in dęmonico mundo primùm incepisse sentiendum esse profectò existimarem: cuius quidem rationis vim atque efficaciam angelos amoris prorsus expertes esse deinde consequeretur. Dæmonem enim in angelos superiores non secus, ac in homines inferiores amorem influere absurdum proculdubio, & à ueritate

Plato amorẽ non Deũ, sed magnũ quendã dæmonẽ esse putauit.

quàm

quàm maximè alienū existere videtur. PH. Nos de amore longè amplius atque cōmuniùs, quàm Plato in conuiuio nunc disseruimus. Nos enim amoris rerum omnium procreatarum exordium siue originem ab alto repetiuimus, ille verò amoris humani dūtaxat principium inuestigauit: quod quidem cùm nonnulli in Deorum vel Dearum numero collocassent, ipsumq; ex æthereis regionibus in hominū animos amorē assiduè infundere ac demittere falsò sibi persuasissent; Plato in eorum opinionē inuectus amorem Deum nequaquam existere hoc potissimùm argumento demonstrat: quòd Dij perfectionis & pulchritudinis habitum eorum naturæ, qui perfecti, formosiq; actu esse dicuntur, consentaneum infundere solent. At amor in humano genere conspectus haud pulchritudinis habitus siue perfectio, sed pulchri deficientis desiderium potius existere definitur. Quapropter huiuscemodi amor non actu, nec habitu, quemadmodum angelicus; sed potestate dūtaxat pulcher esse uidetur: nec immeritò quidem, cùm ipse primum locum inter animi nostri affectiones obtinuisse conspiciatur, cuius essentia in eo profectò consistit, vt amans amatæ pulchritudini tandem possit adhærere. Quamobrem Plato amoris principium infra Deos situm, & idcirco demonem quendam esse pronuntiauit, cuius pulchritudo ad angelicam ean-

Amor à Platone magni cuiusdam dæmonis forma, & habitu figuratus amoris tantū humani, nequaquā aūt angelici principium esse videtur.

eandem, quam potestas ad actum, obtinet proportionem. Et quemadmodum Plato hominum perfectionibus, scientijs, sapientiæq; præsertim, ceterisq; huiuscemodi rebus actu existentibus Idæas præesse existimauit: ita potestatibus, virtutibus, & affectionibus animi nostri elementa quædam Dijs inferiora præfecit. Vnde cùm amor, sicut iam diximus, omnium animi nostri affectionum principem locum sibi vendicasse videatur, idcirco Plato magnum quendam, & potentissimum dæmonem ei præficiendum esse iudicauit. At angelicus amor, de quo sermonem hucusq; habuimus, inter corporeas affectiones reponi minimè debet, sed intellectualem quandam potius in suprema illa pulchritudine significat adhæsionem: quæ dæmonicam atque humanam simul proculdubio exuperat conditionem, & amoris rerum omnium procreatarum quàmmaxime consentaneum principium debet existimari. Hoc autem ne Platonem quoque negaße videmus: quinimo ipsum amorem quendam in supremũ Deũ ab eo cæteris Dijs impertitum, non secus ac dæmonicum illum amorem hominibus tantũmodo cõmunicatum, introduxiße reperimus. Verùm quoniam ille isto longè præstantior existit; hac de causa philosophus de ambabus amoris tam differentibus speciebus simul verba facere noluiße videtur. SO. Huic etiam su-

pre-

premę difficultati optimè quidem satisfecisti. Verùm, antequã tam præclaræ materiæ vltimam manum imponeremus, id insuper intelligere vellem, qua ratione amor in angelico mũdo primùm exortus inde in omnia, quæ procreata quondam fuerunt, decurrat atque distribuatur: necnon vtrum omnes angeli diuinam pulchritudinem amoris beneficio mox absque alterius intermedij auxilio participent, an inferior superiore intercedente hoc assequatur.

PH. Angeli eadem ratiõe diuini amoris participes fiunt, sicut Diuina copulatione siue vnione fruuntur. In hac autem tam ardua disceptatione philosophi, theologi, & Arabes præsertim minimè concordes esse uidentur. Auicenna, Algazel, & noster Raby Moyses, alijque complures primam causam supra omnes intelligentias cælestibus corporibus mouendis accõmodatas collocarunt: eamque communissimam ac præstantissimam causam, necnon finem ab omnibus uehementissimè expetitũ existere voluerunt. Hæc cùm simplicissima quædam unitas esse dicatur, sola propter amorem, quo ipsa suimet immẽsam pulchritudinem prosequitur, mox primam intelligentiam primo cælo circũuertendo applicatam producit, quæ sola omnium intelligentiarum diuina uisione atque unione absque ullo medio coniunctissimè fruitur: nec immeritò quidem, cùm eius amor in diuini ta-

De amoris distributione siue progressu philosophorũ atq; theologorũ ardua quædam disceptatio. Auicēnæ, Algazelis, Raby Moysis, aliorũq; cõpluriũ sententia: qui quidẽ oẽs amorẽ, summãq; illã pulchritudinẽ à Deo per oẽs interiectas intelligentias, & per cunctos orbes cælestes gradatim, & successiõe quadam adhibita vsq; ad primã materiã decurrere defluereq;: & inde circuli cuiusdam more per oẽs for

mas interiacentes gradatim, et eadē retēta successione rursus ascendere, quousq; in Deū ipsum tādē reuertatur, vnanimes voluerunt.

tatem tanquam sui propriam causam, sibique dilectissimum finem statim [illegible]ratur. Hæc prima intelligentia duplici fungitur contemplatione: primum enim causę omnium supremæ pulchritudinem contemplatur, cuius quidem uirtute atque amore intercedente ipsa quoque secundam intelligentiam producit. Secundò propriam, sibique insitam pulchritudinem speculatur: propter cuius quidem uirtutem, atque amorem ipsa primum orbem ex corpore incorruptibili & circulari, necnon ex anima intelligente, suamque intelligentiam uehementer diligente compositum producere fertur; quem quidem orbem ipsa sub proprij amatique fruitiatione perpetuò mouere existimatur. Huic primę secunda deinde intelligentia succedit, quæ diuinam pulchritudinem haud proximè quidē, sicut superior, sed prima intercedente contemplatur: quemadmodum si quispiam Solarem lucem purissimo interiecto crystallo intueretur. Hæc quoq;, sicut superior, duabus fruitur contemplationibus: tùm pulchritudinis causæ superioris, propter cuius uirtutem atque amorem ipsa tertiam deinceps intelligentiam producit: tùm etiam pulchritudinis propriæ, cuius merito secundū orbem sibi, vt eum assiduè moueat, delegatum producit. Hac ratione præstantissimi isti philosophi omnium intelligentiarum contemplationem, necnon earum, & cælestium orbi-

bium simul originem, successione & connexione amborum diligenter perspecta, interpretati fuerunt: & numerum intelligentiarum sub ratione finium, atque animarum sub ratione efficientium cælis mouendis delegatarum pro cælestium orbium numero multiplicarũt: vel octo, vt Græci; vel nouem, ut Arabes; uel decem, ut antiquissimi Hebræi, & nonnulli insuper recentiores Astrologi tradiderunt, ipsi existere dicantur. Cęlestes autem orbes circulari, continuaque in seipsos reuertentes motione feruntur propter cognitionem atq; amorem, quo eorum animæ suas intelligentias, diuinamque pulchritudinem in ipsis refulgẽtem prosequuntur: quam omnes tãquam summum quendã ac prestantissimum Imperatorem sibi consequendam proposuerunt, ut cum ea quasi cum postremo & felicissimo fine tandem copulentur; & per huiuscemodi copulationem maximam fælicitatem atque beatitudinem singulorum captui accommodatam nanciscantur. Infimus autem omnium cælestium motorum, & orbi Lunari præfectus propter propriæ pulchritudinis contemplationem, ac vehementem amorem orbem Lunæ suæ fidei commendatum producit. Propter cõtemplationem verò pulchritudinis causæ superioris intellectũ agentem producere existimatur, qui mundi inferioris intelligentia, et quasi ipsius anima ab istis excellentissimis uiris esse

esse putatur. Ipsi nanque, nec Platone dissentiente, hanc omnium intelligentiarum postremam propter propriæ pulchritudinis contemplationem ac amorem omnes formas diuersarum conditionum, ac differentium perfectionum, quibus mundum istum inferiorem distinctum atque insignitum uidemus, materiæ primæ conferre existimarunt, quæ propter continuam rerum generationem & corruptionem è forma in formam aßiduè transfertur. Propter contemplationem autem ac amorem pulchritudinis causæ superioris hanc eandem intelligentiam intellectum humanum inter intellectus postremum, & inter potestates primũ locum obtinentem producere uoluerunt: quem quidem ipsa spiritalis cuiusdam luminis beneficio ex infami illa potestate ad actum habitumq; sapientię reducit: adeò ut humanus intellectus amore ac desiderio tãquam duabus alis sublatus cum ipsomet agente intellectu tandem copuletur, & in eo tãquam in postremo omniũ cælestium mediorum, siue in speculo quodam cryftallino diuinã pulchritudinem intueatur: ex cuius quidem omnium rerum procreatarũ ultimi atque excellentissimi finis contemplatione ipse summam fælicitatem cum perpetua uoluptate coniunctam sibi acquirere existimatur. Vnde cum procreatæ eßentię non tam ad orbem Lunarem omnium cælorum postremum,

mum, uerùmetiam vsque ad primam materiã omnium rerũ infimam hac ratione gradatim primùm descenderint: ipsa deinceps prima materia, propensione, amore, ac appetitu quodam sibiinsito intercedente, sese mox attollere, & ad diuinam perfectionem, a quâ remotissima prorsus existit, clanculum accedere videtur; formarũ, & perfectionũ, quibus induitur, ope gradatim ascendendo. Primò enim formis elementorũ distinguitur: Secũdò formis mixtorũ inanimorũ vestitur: Tertiò formis plantarũ insignitur: Quartò formis diuersarũ ac differentium specierum animantiũ exornatur: Quintò, forma illa rationali humano generi propria, quã intellectũ potestatis nuncupamus, perficitur: Sextò intellectu, quem actu vel habitu existentem appellamus, magis clara atq; conspicua redditur: Septimò intellectu copulato quàmmaximè elaboratur, & agentis intellectus beneficio cum diuina pulchritudine tandẽ conungitur. Hac ratione Arabes vniuersum lineæ cuidam circulari persimile esse crediderunt, quę à diuinitate incipiens, successione & cõnexione plurium ac diuersarũ essentiarum obseruata, vsque ad materiam primam extenditur, quæ à diuinitate toto diametro, vt aiunt, distare videtur: & inde à primo subiecto omnium infimo paulatim proficiscitur, ascenditq;, donec ad idem signum, à quo iam est exorsa,

reuertatur; & in diuinam pulchritudinem, humano intellectu cum ea copulato, tandem redire conspiciatur. SO. Qua ratione Arabes isti amorem ab angelorũ principe vsque ad postremam omnium rerum inferiorũ paulatim descẽdere, & inde ad primũ principiũ rursus gradatim ascendere voluerunt; & mirificũ ordinem, ac longissimam seriem essentiarũ cum circulari figura contulerunt, optimè quidẽ percepi. Nũc autẽ verá'ne, an falsa huiuscemodi existat opinio, disquirere nolo: eam tamen ingeniosam, verisimilem, splendideq; admodũ pertractatã esse iudico. Verùm aliorũ Arabũ diuersam in hac disceptatione sententiã interpretandã aggredere: PH. Nisi me animus fallit, aliás quoque diximus Auerroem tãquã Aristotelis fidissimũ interpretem, quæ ab hoc præstantissimo philosopho prolata minimè reperit: vel quia non omnia Aristotelis scripta, eaq; præsertim, quæ ad metaphysicã, ac theologiam spectabãt, in ipsius manus inciderit: vel quia huiuscemodi sententiæ, atque opiniones nequaquã sibi probarentur; oppugnare & cõfundere quàmmaximè studuisse. Vnde cùm hanc uniuersi connexionẽ à superioribus tantis laudibus celebratã apud philosophũ nunquã legißet; hac dẽ causa prædictam Arabum opinionem tãquã Aristotelicæ doctrinæ minimè consentaneã explodendã esse iudicauit. Haud enim ipse veritati repugnare exi-

Auerroes Aristotelicorũ dogmatum, atq; dictorũ obseruãtißimus.

Auerrois sententia, qui ĩmensam

existimant, quòd ab vnico & simplicissimo Deo omniū essentiarū ordinata mox, nulloque prorsus medio requisito proficiscatur multitudo: eoq; præsertim, quia omnes essentiæ ad vniuersi, siue totius cōpositionem concurrentes tā quā indiuidui alicuius hominis membra cohærere, atque in vnum coniungi videntur. Vnde propter totius vnitatem omnes eius partes simul à simplicissima illa, diuinaque vnitate defluere vtique possunt: in cuius mente totū siue vniuersum eadem ratione, sicut forma quædā artificiosè elaborata in artificis mente, figuratum atq; expressum esse putatur. Huiuscemodi autem forma in Deo collocata nequaquam plurium ac differentiū essentiarum multitudinem in simplicissimā illam mētem introducit: quinimò ipsa diuinitus considerata vna tantūmodo existit; at rebus deinde exterioribus impressa, propterea quòd ipsæ à summi artificis perfectione quàmmaximè degenerant, varia ac multiplex redditur. Quāobrem diuinę illæ Ideæ, si cum essentijs ad earū similitudinē procreatis conferantur, plurimę quidem esse dicuntur: at propterea quòd in mente diuina puræ atque illibatę conseruantur, idcircò ad summā ac indiuisibilem prorsus vnitatem rediguntur. Auerroes igitur diuinam pulchritudinē in omnibus intelligentijs cælestia corpora mouentibus mox imprimi: & non solùm eas omnes

Dei pulchritudinē nullius medij prorsus opera requisita tā in corporei, quā in angelici mūdi quibuslibet partibus mox īprimi, & huiuscemodi impreßionē illustriorē uel obscuriorē, prout res procreatæ vel ad creatorē ipsum propius accessèrint, vel ab eodē lōgius recesserint, existere: et à clariori vel teneriori diuinæ formæ in rebus procreatis īpreßione vehementiorē vel segniorē amorē, necnō intensius aut remißius diuinæ pulchritudinis desideriū in eis conspectū proficisci existimauit.

vnà cum suis orbibus; verũetiam materiam primã, & singulas species, humanũque intellectum, quæ quidem tria sola inter omnia inferiora ęternitatem sibi vendicarunt, ex Deo proximè deriuari existimauit. Attamen illud demde subiunxit, quòd etsi diuina pulchritudo in omnibus proximè, & absque vllius medij interiectione imprimitur: huiuscemodi tamen impreßio quasi gradatim proficiscens, tùm maior aut minor, tùm intensior aut remißior eße conspicitur. Diuina etenim pulchritudo dignius profectò ac spiritalius, necnon perfectius expreßiusq; in prima quàm in secunda, & in secunda quàm in tertia imprimitur intelligentia: & eodem ordine usque ad intellectũ humanũ progrediendo, cui postremus in intelligentiarũ serie gradus obtigiße videtur. Diuina insuper forma in corporibus deinde ignobiliori quadã ĩprimitur rõne: tũc enim dimensa proculdubio redditur, atq; diuidua. Attamẽ diuersis quoq; rõnibus in corpora distribuitur: perfectius nãq; in primo quàm in secũdo, & in secũdo quàm in tertio ĩprimitur orbe: et sic ꝑ orbẽ Lunarẽ vsq; ad materiã primã descendit, in qua nõ secus ac in singulis intelligentijs, quæ cælestibus corporibus motũ vitãque largiuntur, atq; in intellectu agente, humano, & sapientia exculto omnes quoque diuinæ pulchritudinis imprimuntur Idææ: verũ non tam lucidæ atq; perspicuæ

in hac, sicut in illis esse conspiciuntur, quinimo obscuriores profectò atq; impuriores corporea quadam sibi assumpta potestate redduntur. Talem autem hæ duę impressiones, quæ tùm in prima materia, tùm in cælestibus corporibus apparent, inter sese proportionem fermè obtinuerunt: qualis inter eiusdē pulchritudinis impressiones, quæ tùm in intellectu nostro potestatis, tùm in cæteris intellectibus actu existentibus derelictæ fuerunt, uersari videtur. Neq; aliud discrimen inter hæc duo impressionum genera adduci solet, nisi quòd in prima materia omnes Ideæ ac formæ corporea quadam potestate impressæ fuerunt, propterea quòd ipsa omnium corporum infima esse prædicatur. In intellectu verò potestatis eædem formę atque Ideæ potestate non quidem corporea, sed spirituali siue intellectuali impressę fuisse conspiciuntur. Quapropter quemadmodum diuinæ pulchritudinis impressio per quosdam veluti gradus descendit: pariter etiam in mundo primùm intelligibili amor ac desiderium à prima intelligentia gradatim usque ad humanum intellectum, quem potestatis appellant, quique omnium intellectuum infimus existit, succedere uidetur; necnon similiter quoque in corporeo siue sensibili mundo amor ab intellectu originem sumens à primo supremoque cælo usque ad materiam primam decurrit: quæ cum vna-

Discrimen inter hæc duo ĩpressionũ genera, Idearũ videlicet ac formarũ tũ in prima materia, tũ in intellectu potestatis.

Primæ materiæ, cælestiūq; sphæra rū perelegans similitudo.

quaque cælestium Sphærarum maximam ui- que conuenientiam atque similitudinem gent. Sicut enim illæ amore quodam inexplebili, quo diuinam pulchritudinem prosequuntur, accen sæ, ut eius magis participes efficiantur, eaque magis fruantur, circulari continuaque, ne mini ma quidem interposita quiete, motione ferun- tur: ita quoq; prima materia insaturabili quo dam diuinæ pulchritudinis, formarum, quas re cipit, beneficio, participandæ desiderio impul sa è forma in formam orbicularem quandam perpetuamque ortus ac interitus præseferens motionem assiduè transfertur. Plura insuper, quæ ad vnamquāque duarum propositarū spe ctant opinionū, tibi dicerem; & modum, quo eßentiæ atque amores uniuersi, longissima se- rie adhibita, per suas differentias distribuuntur; necnon rationes, quas vtraque secta & ad pro priam stabiliendam, aduersariorumque labefa ctandam opinionem in medium adducit, recen serem: sed ne in re ad propositum nostrum haud multum conducente prolixior tibi uidear, hæc omnia prætermitam. Sat est, quòd ex vtraq; iam cōmemoratarum opinionū responsionem petitioni tuæ accōmodatam facillimè deducere potes: & quomodo amor ab angelico primū exordiens mundo in cælestem quoque atque e lementarem insinuetur, & per omnes rerū iam procreatarum vniuersitatis partes diffu-

Amorē à mundo angelico primùm incepisse, & mox in cælestē, deinde in elemētarē mū

buatur, optimè cognoscere. S O. Quo pacto diuina pulchritudo, & amor ipsius in intelligentiarum siue intellectuum serie differenter pro duarum supradictarum opinionum diuersitate imprimantur, rectè utique teneo. Et id insuper animo concipere possemus, quòd prima impressionis species à priscis Arabibus excogitata talis profectò existat, ac si Sol in aliquo purissimo crystallo primùm imprimeretur, deinde eo intercedente in altero obscuriori, & sic continenter usque ad humanum intellectum, qui omnium postremus atque obscurissimus existit, descendendo. Secunda verò species impressionis ab Auerroe inuenta eiusmodi nimirùm dicitur esse, ac si Sol in pluribus speculis, quorum alterū alteri gradatim claritudine cedit, à prima scilicet intelligentia usq; ad humanum intellectum descendendo, mox proximeque imprimeretur. Quamcũque autem duarum propositarum sequamur opinionum, id nempe certissimum existit, quòd amor ex mundo angelico exorsus in uniuersum deinde procreatum diffunditur. Quapropter tertię à me superius propositæ quæstioni, vbinam primùm exortus fuerit amor, abundè quidem satisfecisti: & eius primam originem, primumq; principium, (de rerum procreatarum amore cõmuniter loquendo) à prima intelligētia angelorum omnium principe ac duce, quemadmodum dixisti

dũ distributũ fuisse tādē cõcludit.

Elegātissima similitudo duarū diuersarũ ac differētiũ rõnũ, quibus diuina pulchritudo ex Arabũ philosophantiũ sentētia rerũ procreatarum uniuersitati imprimitur, à Sophia excogitata.

Ad quartā futerus iā propositā quæstionē determinandā sese cōfert.

Poetarum de ipso amore varias opiniones recenset.

Per Cupidinem quidnā poetæ ītellexisse videtur.

Allegoria parentum, quos poetæ voluptario libidinosoq; amori, quē ipsi Cupidinē appellāt, tribuerūt.

emersisse clarissimè vtique cerno. Nunc, ut iam ad quartam superiorum ambiguitatum explicandam te conferres, tempus efflagitare profectò uidetur, & ex quibus nam, quot, qualibusque parentibus olim exortus fuerit amor, in primis declarares. PH. Græcos, Latinosque poetas, qui amorem ut diuinum quoddam numen coluerunt, in eius parentibus recensendis diuersos extitisse; & nonnullos quidem Cupidinem, alios uerò Amorē Deum hunc appellasse; & nonnullos eorum plures insuper Cupidines posuisse reperimus. At omnes ferè per Cupidinem cæcum illum, nudum, alatum, arcu & sagittis instructum infantem intellexisse uidētur: & plurimi quidem eum ex Marte, Venereque prognatum esse testantur; etsi nonnulli Venerem solam absque virili opera eum edidisse dixerunt. SO. Quid poetæ huiuscemodi inuolucris significare voluerunt? PH. Cupido iste amori præfectus, & ab hominum vulgo in Deorum numero collocatus uoluptarium profectò, iucundum, libidinosumque præsertim amorem significare existimatur: unde non immeritò uoluptatem amore satam fuisse poetæ finxerunt. Hac animi immoderata, ardentique affectione homines illi potissimum abundare & flagrare conspiciuntur, quorum natalibus Mars, & Venus præcipuè dominantur; & uel conun-

cti

cti esse, uel fausto benignoque aspectu sese inuicem mirari uidentur. Nec temerè quidem: Venus etenim naturalis humoris optimè digesti, & ad libidinem exercendam quàm maximè accommodati copiam prestare: Mars verò calorem, & ardentissimum desiderium inferre, nec non acres quosdam stimulos adhibere censetur: ita ut illa vires suggerere, iste autē maximam inclinationem atque propensionem ad coitum inducere videatur. Iurè autem Poetæ Martem, qui actiuam qualitatem, calorem scilicet, conferre existimatur, patrem: Venerem autem, vtpote quæ humorem, passiuam uidelicet qualitatem, & materiæ partibus fungentem subministrat, matrem appellarunt. Qui uerò amorē patre destitutum esse dixerūt, id utique significare intendunt, quòd ardentissima libido intellectuali prorsus caret ratione, quæ haud aliter quàm optimus parens uoluntarias animi nostri affectiones temperat ac moderatur: & idcircò eum Venere matre tantū modo satum fuisse retulerunt; quia hæc Dea, uel vt naturalius loquar, huiuscemodi planeta obscænis atq; libidinosis voluptatibus præesse censetur. Alterum preterea quendam Cupidinem ex Mercurio & Diana ortum suum traxisse, & alas quoque non secus atque superiorem gestare Poetæ finxerunt. Per hunc nēpè diuitiarum, & possessionū immodicam cupiditatem

Allegoria parentum, quos poetæ diuitiarū bonorūq; utilium amori, qui ab ipsis Cupido quoq; uocatur, assignarūt.

piditatem

pidit atem ipsi perbellè significarunt: & bonorum vtilium, ad quę sibi comparanda homines accurrere, & propemodum advolare consueverunt, studium intellexerunt: quo quidem illi potissimum afficiuntur, in quorum natalibus Mercurius ac Luna primas partes agere uidentur, duobus istis planetis vel coniunctis, vel sese faustè fęliciterque aspicientibus, & fortiter collocatis. Mercurius nanque homines in agendo solicitos reddit atque solertes. Diana vero, hoc est Luna diuitiarum & poßeßionum copiam ipsis largitur. Vnde non immeritò poetæ Mercurium, propterea quòd agentis obtinet rationem, bonorum vtilium patrem: Dianam autem, quasi patientem, & materiæ quàm simillimam, eorundem matrem appellarunt. SO. Ex tribus amoris speciebus, iucũda scilicet, utili, atque honesta duabus prioribus tantùm, iucundæ uidelicet, vtilique poetas Deos præfecisse, & ambos Cupidines appellaße intelligo. Finxerunt'ne insuper ipsi tertium quendam Cupidinem honestorum amorum curã habentem? PH. Minimè. Cupido nanque furentem, inordinatum, immodicumque amorem atque appetitum significare uidetur: huiuscemodi autem praua exuperantia in iucundorum vtiliumque tantùmmodo, nequaquam autem in honestorum studio reperitur: honestum etenim moderationem, tẽperamentũ, ac ordinẽ ipso nomine præ se ferre

Ratio cur poetæ duorum bonorum generibus, utili uidelicet atque iucundo, duos Cupidines præfecerunt: tertio verò generi, quod honestum appellatur, nullum Cupidinẽ prorsus præesse uoluerunt.

ferre cõspicitur, quinimo honestas etsi maxima fuerit, nunquã tamen excedens aut immodica appellabitur. Verùm Poetę cùm de amoris origine deinde sermonem haberent, modò honestam duntaxat, modò omnes tres simul species amoris expresserunt. S O. *Amoris igitur non secus; ac de Cupidine agendo fecisti, parentes è Poetarum sententia interpretare.* P H. *Iam ad hoc accingebar. Amorem Erebo Noctisq; fatum fuisse nonnulli existimarunt, quinimo pluribus eorum liberis, vt me de amoris cõmunitate agentem superius iam dixisse recordor, eum natu maiorem esse uoluerũt.* S O. *De quonam amore isti loquũtur, & quid cõmemoratorũ parentũ nominibus significare intẽdũt?* P H. *De amore cõmuniter accepto proculdubio ipsi locuti fuerunt, qui inter omnes animi nostri affectiones principem locum sibi vendicant. Erebum autem, vt iam diximus, tanquam diuinum quoddam numen omnibus animi affectionibus, atq; materię potestatibus pręesse finxerunt. Erebi autem nomine animi materiaã; tùm ad bona, tùm ad mala adhęsionem, ac propensionem designarunt. Vnde cùm amor omnium animi nostri affectionum princeps existat, iurè cęteris omnibus Erebi filijs, qui vt satis superque iam declarauimus, cunctas perturbationes amorem consequentes figurant, eum natu maiorem esse tradiderunt.*

Noctem

Poetę cùm amorē Erebi Noctisq; filium natu maiorem esse pronunciant, de amore cõmuniter sumpto proculdubio loquuntur.

*Noctem insuper matrem amoris existere
cinerunt, ut amorem ex priuatione atque
fectu pulchritudinis, eius adhæsione siue a
ctione summopere expetita, gigni significa
nox enim nihil aliud profectò, quàm diurn
pulcherrimæ lucis priuatio esse definitur.
quidem cuicũque cõmuniter amoris specie
sunt accommodari. Verùm præter hunc
quẽdam deinceps Poetę amoris Deum ex
ue, magnaq́; Venere procreatum introdux
runt, cumq́ue geminum existere retulerun
S O. Cuinam amoris speciei Deum istum p
esse, & quidnam eius parentes sibi uelle
bitrantur? P H I L O. Per hunc bon
quemcunque ac temperatum amorem inte
xisse videntur: vel in utilibus atque
corporeum quid sapientibus ipse uersand
tur, quorum mediocritas ac temperament
etsi corporeum, honestum tamen atque la
bilem parit amorem: uel in virtutibus
poreum quid ac intellectuale redolẽtibus
esse conspiciatur, quarum honestas ea na
prædita esse videtur, vt quantò uehemẽti
ardentior, tantò pręclarior earum amor
stat; quemadmodum contrà ipsarum lenti
que remissum studium honestatem minue
ad prauitatem declinare existimatur. Io
autem, qui a Poetis tanquam supremus o
Deorum maximè celebratur, huiusce a*

Poetæ, cùm Amorem ex Ioue, magnaq́; Venere ortum fuisse dixerunt, amorem honestum eleganter admodum descripsisse, significasseque uidentur.

parentem appellarunt: quia honesti amantes diuinitatem participare videntur, & summi Iouis, hoc est Dei Optimi maximi pulchritudinem cõtemplari vehementissimè appetũt; atque, vt tantam fœlicitatem assequantur, totis viribus contendunt. Superius autem admonuimus in amoris procreatione amatũ patris, & amantem matris rationem obtinuisse. Magnam insuper Venerem eum peperisse addiderunt, quæ nequaquam Venereum sydus, a quo turpes atque obscœni proficiscuntur appetitus, designat: uerùm eius potius intelligentiam, quæ honestissima desideria tũ ad virtutes exercendas, tùm etiam ad sapientiam percipiendã nobis infundit, eleganter admodum significare videtur. Hæc nimirum ut egregia mater cum Ioue optimo quidem parente ad honesti amoris procreationem concurrens, Iouis viri sui pulchritudine frui vehementer appetere cẽsetur. Astrologi quoque in eandem quasi sententiam concurrentes, cùm aliquo exoriente Iupiter ac Venus uel in vnum coeuntes, uel mansuetis ac faustis luminibus sese intuentes præpotentes esse, maximeq; pollere conspiciuntur: propterea quòd ambo iam commemorati planetæ ob eorum maximam atq; insignem benignitatem fortunarum nomina sibi uendicarunt; infantem illum benignum, fortunatum, omnium bonorum atque virtutum in primis studiosum

Iouis Venerisque coniunctio, uel eorundem benignus aspectus optima quidem portendere ab Astrologis existimatur.

Studiosum futurum, eumque honestis ac spiritalibus amoribus clarissimum euasurum vaticinantur. Nec temerè quidem: Rerum enim, quę ad corpora spectant, Venus desiderium quidem conferre, Iupiter verò illud honestate exornare censetur. Spiritalium autem siue intelligibilium Iupiter rem exoptatam afferre; Venusque eius desiderium inducere videtur. Haud imeritò igitur in honesti amoris procreatione ille patris, hęc autem matris partes egisse dicuntur. Sicut enim Venus cum Marte coniuncta, & eius planetæ uiribus corroborata ad immoderatas atque furentes nos accendit appetitiones: sic contrà ipsa coniunctionem & matrimonium Iouis aßecuta eas intra honestatis, atque virtutis terminos coercet. SO. *Cur honestum amorem ex Ioue, Venereq; natum fuiße poetæ uoluerunt, optimè quidem percepi. Rationem modò, cur geminum eum esse dixerunt, intelligere uellem.* PH. *Platonē in conuiuio dictum quoddam Pausaniæ legimus referentem, qui amorem idcircò geminū eße putauit; quoniam sicut duæ Veneres, ita duo amores profectò reperiuntur: vnaqueq; enim Venus amorem peperiße narratur. Vnde cùm duę Veneres paßim circunferantur, duos quoque amores proculdubio oportet reperiri. Quoniā autem altera Venus magna, ...*

Duo dißimillimi amores ex duabus uariis, diuersisque Veneribus orti.

stis, diuinaque legitur extitisse, idcirco ex ea tanquã ex matre honestus amor prodijsse censetur. Turpis verò amor atq; inhonestus non ex hac, sed ex altera Venere, quæ scilicet inferioribus sedibus ac libidinibus est præfecta, genitus esse fertur. Vnde non immeritò amorem geminum, honestum videlicet ac turpem, existere Poetæ tradiderunt. S O. *Haud igitur geminus amor honestus, sicut dixisti, tantùmmodo esse videtur.* P H. *Geminus iste, de quo huc usque locuti fuimus, amor ex Cupidine Veneris inferioris & Martis filio, necnon ex Amore Ioue & magna Venere sato constare censetur. At nunc, huiuscemodi amore dimisso, ad eorũ opinionem exponendam accedamus, qui amorem geminum a Cupidine prorsus diuersum, et solam honestatem appetentem ex Ioue, magnaque Venere tantùmmodo ortum esse existimarunt.* S O. *Quomodo obsecrò honestus amor duplex esse reperitur?* P H. *Celeberrimi nõnulli Poetæ amorem idcirco geminum existere tradiderũt: quoniam, vt alias intellexisti, honestus amor tùm ad corporalia, tùm etiam ad spiritalia referri consueuit, in illorum quidem moderatione ad paucitatem accedente, in istorum verò summo incremento potissimùm consistens. Qui autem in vno, in ambobus quoque honestè sese gerere conspiciuntur ...*

Ratio, cur poetæ honestum amorem geminum esse finxerunt.

quem-

quemadmodum enim Aristoteles affirmat, omnes sapientes boni, omnesq; contrà boni sapientes existunt.. Quapropter haud immeritò amorem honestum, cùm corporalia simul ac spiritalia complectatur, antiqui geminum esse dixerunt. Verùm huiuscemodi insuper geminatio duorum quoque amicorum amori, honestaeque amicitię perbellè potest accommodari: veri nanque amici mutuò sese diligere videntur. Quemadmodum enim Cicero testatur, uera amicitia inter bonos tantùmmodo, & propter uirtutem duntaxat contrahi solet: vndè haud temerè amici uirtute intercedente mutuò sese amore prosequi dicuntur. Geminus insuper amor tùm in amicis, tùm in amantibus frequentissimè reperitur: vterq; enim eorum tùm propriam, tùm amici, siue amati simul gerit personam; & meritò quidem, cùm anima animę amantis ipsummet amatum esse dicatur.

Amatū anima ani mæ ipsius amantis existit.

SO. Quosnam parentes amorem genuisse Poetæ asseruerunt, optimè quidem percepi: Nunc verò, quid in hac re Philosophi senserint, libé ter vtique intelligere vellem. PH. Plato fabulosè, ut solet, hanc materiam pertractans, ex aliis quibusdam principiis amorem originé suam traxisse eleganter admodùm significauit: ipsum nanque in conuiuio sub Aristophanis persona amori huiuscemodi originem assignasse videmus. Humano quondam genere

exordiente tertium quoddam genus hominum aiunt extitisse, quod nec uiri tantùmmodo, nec mulieris duntaxat appellationem merebatur: sed vtrunq; sexum, masculum scilicet ac fœmineum simul complectens Androgynus vocabatur. Vnde quemadmodum vir a Sole, mulierque a Terra originem suam deduxisse creduntur: ita iste, de quo loquimur, Androgynus Lunam, quæ & Solis et Terræ particeps existit, tanquam suæ originis authorem recognoscebat, atque in primus venerabatur. Forma autem huiusce monstri talis profectò fuisse narratur. Duo corpora humana in pectoris sedem cõcurrentia, duoq; capita collo cõnexa, ac vultibus contrauersis primùm habebat. Quatuor oculos, quatuorq; aures, duas linguas, duoque genitalia, quatuor brachia cum totidem manibus, & quatuor crura cum totidem pedibus deinde gestabat, adeò vt sphericam quandam representaret figuram. Nec tantùm rectè, vt nunc, in vtram vellet partem, atq; expeditissimè incedebat: verumetiam incredibili quodã impetu, maximaq; celeritate quatuor pedibus quatuorq; manibus innixus in orbem frequentissimè ferebatur. Cũ igitur Androgynus valdè robustus, aspectuq; terribilis admodũ esset: corporis robore, animiq; magnitudine elatus cum Dijs pugnare tentauit, & ipsis infensus atque molestus esse cepit. Qua quidem indi-

Androgyni ipsius fabula, sub qua Plato humani amoris originem, eiusq; parentes artificiosissimè descripsisse uidetur.

Androgini forma.

Androgyni temeritas atq; arrogãtia.

gnitate Iupiter commotus, omnium Deorum concilio conuocato, poſt longam diſputationem cunctos homines nequaquam interimendos eſſe decreuit: humano etenim genere extincto Deorum cultus funditus tolleretur: nec in eadem arrogantia eos perſeuerare æquum eſſe duxit, ne propter tanti ſceleris impunitatem Deorum cœtus aliquam turpitudinis notam, infamiamq́; ſubiret. Vnde vt homines ſecarentur, tandem determinauit: atque Apollini, ut eos in duas partes æquales, longitudine eadem prorſus ſeruata, partiretur, atque mortalium numerum hac ratione duplicaret, mandauit; vt ad vnam partem tantùmmodo duobus cruribus innixi rectà incedere poßent, & Deorum cultores longè plures exiſterent. Interminatus eſt autem ipſis, ſi in Deos rurſus peccarent, ſeſe eos medios iterũ diuiſurum, adeò vt vnum oculum, vnamq́; tantũmodo aurem, medium caput, mediamq́ue faciem, vnam manum, vnumq́ue pedem ſolùm habentes vtpote claudi ſaltare cogerētur; & medias illas hominum imagines, quæ in tabulis pictæ ſæpenumero conſpiciuntur, repræſentarent. Apollo igitur munus a Ioue ſibi iniunctum hac ratione dicitur expleuiſſe. Monſtris illis per pectus ac ventrem diſſectis vultus ad locum inciſionis conuertit, vt ea viſa atq; perſpecta ſceleris iam perpetrati aßiduè recordarētur. Vtq́; partem læſam ... diſſectam

Androgyni pœna

Androgyni in duas partes æquales ſectio atq; diuiſio.

dissectam melius cognoscere possent, super os pe ctoris corium extendit: & ventris omnibus partibus, quæ iam incisæ fuerant, collectis atq; contractis eas in mediũ ventris locũ adduxit, ibiq; omnes firmissimè cõstrinxit et colligauit; quod quidẽ vinculũ siue ligamen nos vmbilicũ appellare solemus. Huiuscemodi autem nouissimam partem rugis nonnullis conspicuam, quæ ab incisionis olim factæ cicatricibus proficiscuntur, atq; veluti in propatulo positam Deus id circo reliquisse existimatur: vt homines rugas illas sæpè intuentes & sceleris quondam commissi, & pœnarum, quas dederunt, frequenter reminiscerentur. Diuisione autem iam perfecta, cùm vnaquæq; duarum partium diuisarum reliquam sibi deesse perspiceret, vtraque earum pristinæ perfectionis assequendæ maximè intenta cùm altera implicabatur, ita vt ambæ mutuis complexibus arctissimè deuincirentur atq; coniungerentur. Vnde & edendi & bibendi cura prorsus amissa, dum corporibus tantùmmodo redintegrandis die noctuq; incumberent, vitam breuissimo temporis inter uallo cum morte commutabant. Eorum quidẽ genitalia ad partes, quæ cùm prius anteriores extitissent, posteriores deinde euaserunt, propendebant: vnde semina in terram decidentia cicadarum more concipiebant, ac generabant. Quamobrem Iupiter humani gene-

ris internecionem sortemque miseratus Apol. lini, ut eorum genitalia partibus anterioribus, quæ uentri proximæ existunt, restitueret, fertur precepisse: ut homines coniunctionis coitus que beneficio posteritatem sibi similem gignere possent, eoque contenti rebus ad uitam tuendam & conseruandam neceßarijs sibi acquirendis diligentius incumberent. Tunc primum amorem inter homines incepisse eorum perfectam pristinamque naturā resarcire siue redintegrare quàm maximè studentem Plato existimasse censetur: ipse nanq; duo in unum quomodocunque coniungens remedium aliquod ueteri illi peccato, cuius merito ex uno in duo humanum genus olim fuit distributum, excogitaße & attulisse profectò uidetur. Amor igitur in singulis hoībus duplex seu geminus reperitur, s. tùm maris in feminā, tū feminæ in marē: singuli nāq; homines non perfecti, sed dimidiati nunc homines existunt: unumquodque autem dimidiū cū altero dimidio coniungi, & copulari quàm maximè studet, ut perfectioné pristinam consequatur. Humanum igitur amorē ex diuisione hominis prodijsse, & a duabus partibus separatis, mari scilicet ac fæmina, tanquam parentibus procreatum fuisse, ambarumque coniūctionem atque redintegrationem tanquam sibi propositum scopum uehementer appetere Platonica illa fabula significasse

Humani amoris origo ex Platonis sentetia.

significasse videtur. SO. Pulchrum mehercule atque ingeniosum commentum; nec quin philosophicum aliquod mysterium in eo lateat & includatur, vix credere possum: præsertim cùm a Platone omnium philosophorum sine vlla controuersia principe in eius conuiuio Aristophanis personam gerente inuentum fuerit atque excogitatum. Eius obsecro sensum Philo detege atque reclude.

PH. Fabula a Platone iam recitata ex magis antiquo veterique, quã vllus Græcorum extiterit, authore originem sumpsisse videtur: ex primorum etenim parentum nostrorum, Adami videlicet ac Euæ, procreatione a Moyse in principio Geneseos pertractata deducta fuisse comperitur. SO. Nunquam Moysem hanc fabulam pertractasse intellexi. PH. Moyses quidem haud ita dilucidè aut distinctè, sicut Plato, eam tradidisse videtur, sed fabulæ breuiter saltem, atque compendiosè tetigit argumentum: a quo Plato deinde eam accepit, ipsamque Grecorum more ornatè copioseque pertractauit, hac ratione nimirum Hebraicam veritatem cum Poetarum commentis confundendo ac permiscendo. SO. Quomodo? PH. Sexta die procreationis vniuersi Deus hominem omnium diuinorum operum finẽ procreasse narratur, quod quidẽ humani generis exordium

Androgyni fabulam a Platone ex Mosaica humani generis procreatione acceptam fuisse demonstrat.

Humanæ procreationis a Moyse pertractatæ seriẽ atque contextũ recenset.

Moyses huiuscemodi oratione expressit, atque significauit. Creauit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei formauit illum, masculum & fæminam creauit eos, benedixitque illis Deus, & ait: Crescite & multiplicamini, & replete terram, eamque vobis subiicite. Propheta deinde sexta die vniuersum perfectum fuisse, & septima tandem, quam Sabbatum Hebræi appellant, diuinum artificem ab omni opere vacasse, eique benedixisse subiunxit. Prætereà quomodo propter vapores è subterraneis locis sursum petentes tùm plantæ pullulare ceperunt, tùm etiam pluuiæ è celo deciderunt, patefecit. Insuper qua ratione Deus hominem è puluere formauerit, spiritumque vitalem ipsi infuderit, cuius merito homo in viuentium animarum serie fuit collocatus, pertractauit. Posteà historiam illam tam celebrem descripsit, quòd cùm Deus amænissimum hortum, omniumque formosarum, gustuique voluptatem afferentium arborum generibus refertum præparasset, atque inter cæteras vitæ quoque, necnon boni etiam malique cognoscendi arborem insenisset: hominem in hoc horto, vt eum coleret & custodiret, collocauit; atque vt omnium arborum fructibus vesceretur, illi permisit: neta-men boni malique dignoscendi attingeret arborem, ipsi interdixit, si diuinum præceptum

[illegible]

ro [redacted] illo hor[redacted]
ex[redacted]
mu[redacted]
i at[redacted]s li
seq[redacted]
b[redacted]r. Quapropter homo
nulla penitus interna seditiõe, siue discordia exagitatus intellectuali quodã, atque fœlicissimo vitæ genere fruebatur. In terrestri autem paradyso collocatus fuisse narratur, qui omniũ arborum & visui, & gustatui iucundorum generibus, & vitali illa potissimum atq; excellentissima arbore efflorebat: quemadmodum etiã Adami, & cuiuscunq; alterius Adamo persimilis intellectus rerum ĩmortalium, diuinaque præsertim, maximeq; vitali cognitione enituisse existimatur. Deus deinde Adamo præcepisse refertur, ut omnium arborum paradisi fructibus, & in primis arbore illa vitali, quę eum immortalitate donaret, uesceretur: ꝑpterea quòd intellectus æternis cognitionibus, diuinaque præsertim nutritus immortalis, ac ęternus euadit, propriamq; fœlicitatem acquirit. Sola boni maliq; dignoscendi arbore Deus Adamum interdixisse memoratur, si eam fortasse degustaret, mortalitatem subsecuturam interminatus. Hæc quidem in eam sententiã nobis licet interpretari, quòd Deus Adamũ admonuerit, ne intellectum ad sensibiles vel corporales deflecteret actiões: cuius generis sensuum uoluptates,

& negoti[redacted]tur, quæ quidem spe cie[redacted]. H[redacted]s ap[redacted]quā uerū aut falsum, sicut uerū [redacted] atque æternarū scientiæ, sed bonū aut malū tantum modo subijcitur, prout ipsę humanū dissimiliter afficiunt appetitū. Si nāque Solē tellure maiorē esse dixerimus, nequaquā bonum aut malum, sed uerū aut falsum dixiße iudicabimur. At diuitiarum acquisitio haud uera uel falsa, sed bona aut mala existere pronuntiabitur. Huiusce modi igitur corporalium cognitionum, quę intellectum ab alijs cognitionum generibus eā ad summā propriamque fœlicitatem extollentium auertunt; prosecutio per arborē boni maliique dignoscendi Adamo interdictam intelligi debet: hæc enim sola eum mortalem reddere, atq; deprimere poterat. Quemadmodum enim ex diuinarum, uerarum, ac æternarum rerum cognitione intellectus diuinitatem, ueritatem, atque imortalitatem eis persimilem sibi acquirit: sic etiā ipse circa sensibilia, corporalia atque mortalia sese uoluens atque reuoluens ad materiam, & mortalitatem earum naturis conuenientem quàm proximè accedit. Veruntamen diuinitas hāc duarum partium humanarum tam arctam, strictamq; copulationem, & partis corporeæ ac fœmininæ parti intellectuali ac masculinæ obtemperationem: et

etsi ambę hominē ad supremū beatitudinis atq; imortalitatis fastigiū euehebant, eiusq; verum essentiā, hoc est animā intelligentem imortalem reddebant: parti corporeæ tamen ac fœmininæ certissimum exitium, & proximum interitum minitari perspexit: nec tantùm singularem, ac indiuiduum hominem idcircò periturum considerauit: intellectus etenim rerum æternarū diuinarūq; contemplationi omnino intentus, & earū maximo correptus amore corpus ipsum negligit, eiusq; imaturam mortem quasi procurare videtur; verùm etiā humanę speciei successionem mox desiturā intellexit: qui nanq; ad rerum diuinarū contentam contēplationem ingenij acumen dirigere consueuerunt, amatorios cōplexus quàm maximè fastidiunt, & coitum ipsum tanquam hominis præstātia indignissimū vehementer oderunt. Quoniam igitur summa intellectus perfectio & indiuiduū hominem, & humanam speciem funditus sustulißet: idcircò Deus conuenientem aliquā inter fœmineū sensum, & masculū intellectum diuisionem adhiberi; & sensum, atq; intellectū simul ad nonnullas corporum actiones appetendas atq; exercendas, quę tùm indiuiduæ, tùm specificæ humanorū corporum conseruationi quàm maximè conducunt, descendere optimū fore iudicauit. Hoc nempè verba illa à Propheta diuino numini attributa significaße videntur. Haud æquū est hominem

Contemplatio uehemens atque contenta corpori maximum detrimētū afferre, eiq; proximū interitū minitari uidetur.

minem in perpetua solitudine versari, adiutorem aliquem corā eo, vel cōtra eū statuamus: hoc est haud muliebrē sensum virili intellectui ita addictū eße permittamus, vt ne minimum quidem ipsi resistat; quinimo sensui facultatem quandā potius condonemus, cuius ope ipse quoque intellectū ad corpora, & corporalia deducere possit, vt humana species successionis indiuiduorū, atq; posteritatis beneficio cōseruetur. Quapropter Deo omnia animātia corā homine statuente, cùm homo propensionem quandā ad corporū conseruationem, & ad sibi similiū procreationem singulis animantibus insitā perspexisset, mox suū cognouit defectū; cùm ipse nullā prorsus sese ad partem fœmineā, siue corpoream inclinationē, aut propensionem retinere intelligeret. Vnde homo hac in re cæterorum animantiū exemplū imitandum sibi proponēs, vt Mosaicæ orationis refert cōtextus, Deo permittente obdormiuit: qui Adamo somnū capiente partem fœmineā a virili dicitur separasse, quam quidem Adamus tanquā vxorem a se ipso diuisam perpetua quadam in posterū beneuolentia prosecutus fuisse narratur. Ecce autē tibi Sophia huiusce narrationis significatū. Cùm Adamus somno quodā insolito oppressus fuißet, hoc est otio ac priuatione vigiliæ illius intellectualis, & accerrimæ illius contemplationis sese refecisset, recreaßetq;, intellectus ad corpus vt vir ad vxorē cepit declinare; eiusq;

vt partis propriæ, suæq; fidei cõmendatæ mediocrem ac temperatam curam habere: atque tùm ipsius saluti, tùm etiam posteritati, ac speciei conseruationi optimè consulere decreuit. Vnde maris ac fœminæ separatio ad optimum quidem, maximeq; conducibilem finem fuit ordinata: ea nanq; peracta, & muliebris materia resistendi facultatem obtinuiße, & virilis intellectus corporis necessitatibus atque saluti mediocriter temperateque inseruiße videtur. At cũ ratio deinde præter supremi oĩum creatoris ĩtentũ limites sibi statutos excessit, et ĩtellectus diuinæ separationis proportione prorsus cõtẽpta præter æquũ et bonũ ad materiã vergere, sensibusq; blandiri incepit, mox peccatũ humanum fuit subsecutũ. Hoc nempè ab historia significatur, serpentem mulierem fefelisse, eiq; vt arborem boni maliq; dignoscendi sibi vetitam degustaret, persuasisse narrante: falsaci quadam insuper ratione subiecta, quòd si primi parentes arboris illius fructus vnquã degustarent, eorũ oculi statim aperirentur, ipsiq; tanquam Dij bonũ ac malum optimè discernerent. Vnde mulier serpentis suasu; necnon arboris illius specie, pulchritudine, iucunditate, præstantissimaq; virtute impulsa fructum sibi vetitũ edidisse, & virum in eundem errorem pertraxiße refertur. Quapropter ambo, oculis eorũ statis adapertis, sese nudos existere cognouerunt;

uerunt; moxq́; folijs ex ficu decerptis atq; con
ſutis cingulos ſibi feciſſe dicuntur. Serpens ma
leſuadæ carnis primùm ſignificat appetitũ: qui
quàm mox partẽ hominis corporeã, fœmineãq;
ab intellectu eius viro ſeiunctam, atq; rationis
ſaluberrimis mandatis repugnantem nanciſci-
tur, eam in primis callidè aggreditur; perſua-
detq́; vt carnis libidines explendo, & imodica
rum diuitiarum acquiſitioni inhiando, quæ pro
pter ſuperius iam cõmemoratas rationes arbo
res boni maliq́; dignoſcendi iurè vocantur, pri
ſtinam ſuã puritatem amittat: ea ratione inſu-
per adiecta, quòd amborum lumina ſtatim ape
rientur, hoc eſt, quòd ipſi plurimarũ rerũ, quæ
ad libidinem atq; auaritiã ſpectare dicuntur,
& anteà ſibi ignotæ prorſus exiſtebant, ſibi co
gnitionem acquirent. Eos quoq; hoc nomine, id
eſt propter numeroſam poſteritatem Dijs im-
mortalibus ſimiles euaſuros pollicetur. Quem-
admodũ enim Deus intelligens, cæleſtibus cor-
poribus quoq; concurrentibus, inferiora pro-
creat atq; producit: pariter etiam homo rerũ
corporalium cognitioni ſemper intentus, Ve
reis cõplexibus quoq; intercedentibus, numero
ſæ proli ac copioſæ poſteritati optimè conſula.
Qua quidẽ in re pars noſtri corporea, atq; fœmi
nea haud tãtũ intellectus viri ſui monitis præ
ceptisq́; obtemperare recuſauit; verùm etiam
inſuper in rerum corporalium vehementiſſimè
ſtudiũ

studiũ secum vnà præcipitem traxit, ambobus arboris sibi vetitæ fructus degustantibus. Quo quidem scelere perpetrato eorũ lumina, haud quidem intellectualia (hæc nãq; cernendi aciē tunc potius amiserunt) sed corporeæ phantasiæ Venereis gestibus, nutibus, atq; complexibus aspiciendis potissimũ intenta adaperta tunc primùm fuisse dicuntur. Vnde haud temerè nuditatem suam, hoc est carnis ab intellectu defectionem mox cognouisse existimãtur. Quapropter instrumenta ad procreandũ requisita vtpote pudenda, & rationi sapientiæq; rebellia celare meritò studuerunt. Illud deinceps Propheta subiungit, quòd ipsi diuina voce accepta continuò sese abdiderunt; hoc est quòd rerũ diuinarũ, quas iam dereliquerant, reminiscentes ingenti pudore affecti fuerunt. Sceleris autem cõmissi pœnas statim dedisse leguntur. Vnde sacer historicus serpẽti, mulieri, ac viro multam irrogatã distributim narrauit. Deus serpentē in primis diris īprecationibus super omnia animantia fuit execratus, eumq́; per totũ vitæ curriculũ pectore trahi, terramq́; comedere statuit: maximas inimicitias inter serpentem, atque mulierem, nec non inter amborum progeniem dißeminauit; virũq́; serpenti caput diminuturũ, serpentemq́; viro talum contriturum prædixit. Hæc autem illud nimirũ significare videntur, quòd sensibilis appetitus hominem

nem

nem longè magis quàm quodlibet aliud animal præcipitem dat, & pectore per terram trahitur, quia ipſe hominis animum a rerũ cęleſtiũ cõtemplatione abducens eundem ad terreſtria proſequenda depellit. Puluerem inſuper per totum vitæ curriculum comedere dicitur, quia rebus omnium infimis atq; viliſſimis nutriri uidetur: Odij verò inter ſerpentem mulieremq; ea ratio poteſt adduci, quòd ſenſibilis appetitus immodica Cereris, Bacchi, Venerisq; frequentatione corpus ipſum contaminat, debilitat, atq; corrumpit. Quin ĩmodicæ, nimiumq; repetitæ ſenſuum voluptates non tantùm corpori, verùm ſenſibili quoque appetitui detrimentum, et exitium inferre conſpiciuntur: qui, corpore debilitato atque ægrotante, vires ſuas vel partim, vel prorſus remittere frequentiſſimè cernitur. Mulieri deinde pro ſcelere perpetrato eiuſmodi pœna iniuncta fuiſſe narratur, quòd ipſa tùm in concipiendis, tùm etiã in parturiendis liberis maximis angoribus, et cruciatibus laboraret, & mariti ſibi dilecti imperio ſubijceretur. Hãc autem huiuſce rei en tibi accipe expoſitionem. Luxurioſè inordinatéque viuendi genus corpori maximos tandem affert dolores, & omnes ſenſuum iucunditates in eorundem poſtremò incõmoda recidunt: & omnia voluptatis quaſi matris parientis euenta cum maximis laboribus, atque difficultatibus

contracta

coniunctà eſſe videtur. Verùntamē cùm corpus intellectum, vt vxor virum debito amore proſequatur, eius actiones ab intellectu rurſus ordinari temperariq́; poſſunt. Hominem poſtremò, qui mulieris impiæ perſuaſioni faciles præſtitit aures, & arborem ſibi vetitam deguſtauit, ſic Deus allocutus fuiſſe refertur. Quoniam monita mea cōtempſiſti, idcircò terræ maledicam. In ea verſanda atq; excolenda, donec ſpiritum duces, maximos labores ſenties, pluriaq́; incommoda feres: ipſamq́ue dumis ac ſentibus refertam uidebis, & campeſtres herbas paſſim manducabis. Vigilando autem ac inſudando tibi panem acquires, donec in terram, è qua prodijſti, denique reſoluaris: ex puluere namque principiò emerſiſti, & in puluerem tādem reuerteris. Hanc ſacræ hiſtoriæ partem etiā interpretemur. Terreſtria intellectui quidem peſtifera, atque pernicioſa exiſtunt; & eorum perſcrutatio ac īdagatio intellectui mala incōmodaq́ue admodum eſſe uidetur: eius nanque immortalitatem obſcurat, & ad mortalem naturam deducit. Terreſtrium autem negociorum ſiue actionū euentus valdè ſpinoſi, atque aculeati eſſe comperiuntur. Gramina brutis alendis tantùmmodo accōmodata ab Adamo quoq; in cibum aſſumpta fuiſſe dicuntur, proptereà quòd ipſe non ſecus ac brutum quoddā animal ſenſus duntaxat ſequendos ſibi propoſuerat.

fuerat. Quòd si panem degustare exoptaret, hoc maximis sudoribus, pastinando uidelicet ac laborando, profectò consequeretur: id est quòd si ipse cibum homini tantùm, minimeq; bestiæ conuenientem capere uellet, atq; vt hominem decet, sese gerere statueret; haud leue quidem, nec parui momenti onus suscepturus uideretur propter diuturnum usum, quem in uita ferina, solis sensuum uoluptatibus exposita contraxerat. Postremò omnia hæc incõmoda ex peccato Adamo euentura, donec ipse in terrã, è qua iam fuerat aßumptus, reuerteretur, Deum ei prædixisse uidemus: quod quidem sic arbitror intelligendum. Cùm ex omnibus terrestribus ac mortalibus Dei operibus soli homini propter Diuinam munificentiã ĩmortalitas obtigisset, ipse in rerum sordidarum, uitiorumq; luto uolutatus terrestris fieri, atq; euadere omnino uoluisse uidetur. Hæc potißima ratio fuisse existi matur, cur Adamus in puluerem seu terram, è qua ipse principiò cum cæteris animantibu eandem mortalitatis conditionem sortitus fu rat procreatus, prædicitur reuersurus. Confi stim autem Mosaicæ narrationis cõtextus A damum uxorem suã Euam, quasi omnium a mantium matrem dixerimus, nominatim uo casse subiungit, quasi ipse partem corpore è qua tanquam ex aluo materno omnes f ni, fœdique hominum mores prodierunt,

ne

ne bestiis quoque communi notare ac designare voluerit. Insuper Deus, propterea quòd humanus intellectus, diuinarum rerum omissa contemplatione, ad corporalia cognoscenda pertractandaque descenderat, in sordidis artibus mox eum instituere cepit ac erudire, vestimentis ex corio ad eorum corpora ab inclementia cæli protegenda conseruandaque confectis. Adamum autem, vt agriculturam exerceret, Deus è paradiso dicitur expulisse, quoniam intellectus rerum cælestium contemplatione defraudatus ad terrestria cognoscenda ac pertractanda se statim conuertit. Nec tamen redeundi, & vitalem arborem illam degustandi, immortalemque uitam sibi rursus acquirendi facultas homini prorsus fuit denegata. Quinimo Deus in Paradiso ad orientem conuerso, vt arbor uitę tutius atque securius custodiretur, duos Cherubinos collocasse, ibique coruscum ac versatilem ensem posuisse refertur. Cherubini duos vtique homini condonatos, potestatis videlicet, atque agentem, significat intellectus: Versatilis autem ille, fulgurique persimilis ensis humanam phantasiam significare videtur, quæ a rebus corporalibus ad spiritale, maximeque coruscum intellectus conuertitur lumen: ut an quandoq; sordibus ablutis munda iam atque purgata arborem illam vitalem rursus

 intueri

intueri ac prosequi, nec non intellectualem immortalemque vitam denuò consequi posset, experiatur. Verùntamen Adamus è paradiso deiectus, atque mortalitate multatus speciei conseruationi, siue posteritati sibi similium procreatione optimè prospexisse videtur: sed cùm ipse tunc recenti peccato inquinatus atque contaminatus reperiretur, Cainum scelestissimum hominem, fraternaque cæde infamem primò traditur genuisse. Deinde alterum filium habuisse commemoratur nomine Abelum, quasi nihil dixeris: propterea quòd ipse a fratre paulò post interfectus, successionis ratione considerata, pro nihilo habitus fuerit. Verùm quàmprimum antiquum peccatum propter temporis deferbuit longitudinem, Adamus triginta annis super centum expletis aliquantulum in se ipsum, atque in diuinitatem reuersus tertium filium sibi intellectu quàm simillimum nomine Sethum, quasi dicas positionem, fertur edidisse, ea huiusce nominis insuper adductа ratione: propter eà quòd alterum filium Abel a Caino interfecti vice Deus ipsi reposuisse videtur. Ex Setho deinde soboles humana quidem, & virtutibus quàm maximè dedita, vt diuina scripta confirmant, originem duxit. Primus nanque ipse diuinum nomen rursus dicitur inuocasse. Ecce autem tibi

tibi Sophia posteritatis Adami elegans, ingeniosaque allegoria. Praui, & nequissimi homines vitiosas actiones, atque Caino, qui prauum significat habitum, persimiles mox edere conspiciuntur: ipsi deinde vitia contracta paulatim remittentes actiones inutiles, & quasi nullas sicut Abelum producunt. Postremò denique, cùm ad vitam intellectualem, & diuini nominis contemplationem reuertuntur, virtutum atque scientiarum fœlicissimam prolem, & Setho, eiusque posteritati quàm simillimam eniti videntur. Iam igitur ò Sophia, qua ratione primus homo ex mari & fœmina simul iunctis constiterit, atque in paradiso fuerit collocatus, quid que Deus ei præceperit: deinde quomodo Deus in duas partes æquales cum diuiserit, ambóque a serpente illusi fuerint, quasque pœnas pro sceleribus perpetratis omnes tres simul dederint; quodque primi parentes tantis miserijs atque calamitatibus remedium a cælesti numine impetrauerint; quamque & prauam, & inutilem, & laudabilem posteritatem, & quando ipsi ediderint; doctè quidem & sapienter, ni fallor, interpretati fuisse videmur. Hæc enim omnia primo homini corporali quadam ratione accidisse dicuntur: at ad allegoricum sensum deinde redacta uitas, fortunasque singulorum hominum

Epilogus allegoricæ sapientiæ, quam ex humani generis historia a Moyse pertracta ta deduci posse latius demõstrauit.

demonſtrant: & vbi eorum finis atque beatitudo conſiſtat, quænam humanam conditionem ſortemq́ue neceſſariò concomitentur, quouſque immoderata peccata progredi ſoleant, quæ pœnæ ſcelera noſtra conſequantur, quomodo huiuſcemodi pœnas mitigare leuareq́ue poſſimus, artificioſè admodum nobis oſtendunt. Quæ quidem omnia Sophia ſi rectè intellexeris: cunctorum hominum vitas, commoda, & incommoda, a quibus abſtinere, quæq́ue proſequi debeamus, vt æternam illam beatitudinem atque immortalitatem tandem aſſequamur, tanquam in ſpeculo quodam figurata expreſſaue clariſſimè cernes. SO. *Pro labore, quem meo nomine ſuſcepiſti, tibi maximas quidem gratias ago; & huius ſacræ narrationis maiorem profectò atque vberiorem a te requirerem explicationem: niſi Platonici figmenti, quod a ſacro fonte originem ducit, quodq́ue interpretandum in te iam recepiſti, allegoriam audire vehementer deſiderarem.* PH. *Moſaica narrationi*

Allegoria Androgynei commenti a Platone excogitati cum allegoria Moſaicæ hiſtoriæ nuper expoſita mirũ in modũ conueniens atque conſentiens.

primam hominis procreationem exponenti allegorico ſenſu percepto, haud magnum quid erit in Platonicæ quoque fabellæ reconditam ſignificationem penetrare. Refert Plato quòd homines olim gemini, atque Hermaphroditi in vnum corpus coaluiſſe dicuntur: ſpiritalis nanque intellectus, ...

ralisque sensus in homine a prima procreationis origine adeò unanimes, concordesque reperiebantur; vt pars corporea, fæminæque rationem sortita parti intellectuali, & maris dignitatem obtinenti, nulla prorsus diuersitate aut repugnantia intercedente, libentissimè obtemperaret. Id quoque Plato superaddit, quòd masculinum ingenium a Sole, fæmininum autem a Terra proficiscitur; integer verò, atque ex vtroque constans Androgynus a Luna originem ducit. Quemadmodum enim anteà admonuimus, Sol intellectus, Terra corporis, Lunaque animæ simulachrum existit: nam sicut anima & intellectus, & corporis simul imaginem gerit; vnde ipsa haud immeritò tota hominis essentia rectè appellatur: ita quoque Luna lucem a Sole sibi impertitam, & concretam materiam, Terræque persimilem ex Aristotelis sententia vnà complecti videtur. Cùm igitur Androgynus robore ac viribus quàm maximè polleret, Dijs bellum inferre parauit: hoc est cùm anima tota ad intellectum conuersa, & contemplationi prorsus intenta absque vllo corporis persisteret impedimento, angelis atque mentibus illis separatis sese æquare studebat: quod quidem Dauidem quoque de hominis procreatione loquentem ita confirmasse reperimus. Eum proximè sub Angelis constituisti.

Moyses etiam Deum ita loquentem inducit. Homo nobis profectò quàm simillimus exstebat, antequàm scilicet in Deum peccasset. Quapropter Iupiter vt hanc tantam hominis arrogantiam atque temeritatem compesceret, eum in duas partes æquales, marem scilicet fœminamq; diuisit: quæ quidem duæ partes haud intellectum infusum atque ingenium, sicut nonnulli existimarunt, sed intellectum potius quasi marem, & corpus quasi fœminam, ex quibus tota perfectaque hominis constat essentia, significare videntur. Cùm enim homo soli incumberet contemplationi, humanam conditionem profectò excedebat, & in angelorum ac diuinarum mentium ordinem sese insinuabat. Hoc autem creatoris intentioni quàm maximè repugnabat, qui hominem intellectus corporisque vtriusque curam habere decreuerat. Vnde cùm ipse corpore omnino contempto solius intellectus gereret curam, in angelorum classem translatus nec humanæ compositionis, nec indiuiduorum conseruationis, nec speciei perpetuitatis vllam omnino rationem habere videbatur. Et hoc nempè Platonem significasse opinor; cùm Androgynum Deos bello lacessisse pronuntiauit. Iupiter igitur, ne hoc tantum malum vlterius serperet aut progrederetur, medium hominem fertur dissecasse.

ſiße: ipſe nanque, vt mortales humanam potius ac ſibi conuenientem, quàm alienam atque angelicam vitam ſeruarent; & corpori facultatem quandam, vt intellectui reſiſteret; & intellectui nonnullam tùm ad corpus tuendum conſeruandumque, tùm etiam ad propriam retinendam naturam propenſionem contuliße exiſtimatur. Vnde ex hoc quidem principio philoſophus amorem prodiiſſe putauit: ſemper enim partes diſtinctæ ac ſeparatæ rurſus coniungi, & ſimul vniri mirificè amant, & vehementer exoptant: & iurè quidem, nec enim intellectus vllam omnino corporis gereret curam, niſi ab amore, quo ipſe corpus velut vxorem, ſibique concreditam partem proſequitur, ad hoc agendum impelleretur: nec corpus ſeſe ab intellectu regi, aut gubernari pateretur, niſi intellectum vt virum, ſuique nobiliſſimam partem adamaret. Plato deinde ſubiunxit, quòd cùm hæ duæ partes diuiſæ propter mutuum earum amorem rurſus in vnum coniungi & coaleſcere quàm maximè laborarent, rerum, quæ ad vitæ conſeruationem neceſſariò requiruntur, ſibi comparandarum cura prorſus amiſſa, infeliciſſimè moriebantur. Quamobrem Iupiter miſeratione commotus amborum genitalia ad partes an-

 teriores

teriores transponenda curauit. Vnde ipsi & propter coitum, & propter sibi similium procreationem, & propter corporum cuiu sorum qualemcunque coniunctionem atque vnionem diuinæ voluntati tandem acquieuerunt. Hæc meo quidem iudicio ita sunt exponenda, intellectum scilicet, corpusque propterea diuisa separataque fuisse; vt homines sensuum voluptatibus deliniti, & singulorum conseruandorum, & speciei propter sibi similium procreationem perpetuandæ aliquam curam haberent. Iupiter denique mortales, ne rursus peccarent, fingitur admonuisse: id nempè interminatus, quòd vnaquaque duarum partium iam diuisarum iterum secaretur, & quilibet nostrum quadrans hominis tunc remanere conspiceretur. Philosophum per hæc id vtique significasse opinor, quòd cùm pars nostri suprema, quam intellectum nuncupamus, in vnitate sua non persistit; verùm perplexis cognitionibus, incertisque consilijs fortasse disterminatur, ad maximam utiq; imperfectionem atque imbecillitatem redigitur: quemadmodum enim ipsa ex unitate sibi vires, & perfectionem acquirit; ita è contrario propter diuisionem & robur, & splēdorem suum ferè vniuersum amittit. Similiter etiā pars altera, quā corporem vocamus,

vocamus, cùm in necessarijs tantūmodo comparandis vnita, atque in seipsam collecta esse videtur, perfectionem sibi conuenientem retinere existimatur: at si in superfluis acquirendis quasi distracta diuisaq; esse conspicitur, nec unquam vel vtilium, vel iucundorum cupiditatibus modum imponit; imperfectione maxima, & imbecillitate haud immeritò laborare censetur. Hac igitur nouissima vtriusq; partis diuisione superiori adiuncta, homo non tantùm priorem illam, atque intellectualem Androgyni vnitatem amittit; verùmetiam medietatem siue mediocritatem eam, quæ ad humanæ vitæ necessariò requiritur conditionem, & vnitati successit, deperdere existimatur: & erroribus, vitijsq; inuolutus quasi medius medij remanere videtur. Habes iam ò Sophia Platonici figmenti allegoricam interpretationem. Modus autem diuidendi à Ioue præceptus, et ab Apolline obseruatus; cælicolarum item concilium, aliaq; similia ad fabulam ornandam atq; perpolendam, necnon ad veri similitudinem aliquam retinendam à philosopho excogitata fuerunt. SO. Ingeniosam quidem allegoriam, et Platonicæ Androgyni fabellæ quàmmaximè accōmodatam Philo exposuisti. Verùm quam vtilitatem ad questionem de amoris ortu superius propositam ex ea capiamus, nondum satis intelligo. PH. Commemorata allegoria eam

pro-

Amores humani, humanaq; desideria ab intellectus, & corporis nostri concordi diuisione ex Platonis sententia proficisci videntur.

profectò nobis amoris ortū inuestigantibus vtilitatem afferre videtur, quòd omnes hominum amores, cunctaq; ipsorum desideria ab intellectus, & corporis nostri concordi diuisione significat proficisci. Intellectus namque ad corpus suę fidei cōmißum, vt mas ad feminam propendens; quæ ad eius cōmoditatem, vsum, atque incolumitatem spectare dicuntur, appetit diligitque. Vnde si necessaria tantūmodo, & moderata procurauerit; honesti amores, honestaque desideria propter moderamen ac temperamentum adhibitum statim emergent. Si verò superfluis acquirendis erit intentus; turpes amores, inhonestaq; desideria, illaudabiles propensiones, vitiosæque mox actiones pullulabunt. Pariter quoq; si corpus ad intellectum, ut mulier ad virum diligendum complectendumque erigatur, eius perfectionem sibi cordi quammaximè esse his potissimū signis demonstrat: quod & oculis, & auribus, & phantasiæ, & memoriæ, & cunctis sui facultatibus imponit præcipitque; ne ipsæ pro rebus, quæ ad intellectum rectis cognitionibus, ac sapientiæ habitibus exornandum in primis conducunt, acquirendis congerendisq; vllum prorsus quāuis arduum laborem subire recusent, vt humanus postremum intellectus exoptatam fœlicitatem consequatur. Hæc autem corporis in intellectum studia eiusq; desideria quisnam honesta esse negabit? Imò

Imò quantò vehementiora, tantò laudabiliora atq; præstantiora ipsa nimirum existent. Quapropter Platonem prædicta Androgyni fabula humanorum tantũmodo amorum originem demonstrasse haud immeritò dixisse videmur: quos quidem omnes intellectu quasi patre, & corpore quasi matre satos esse philosophus iudicauit. Primus autem, qui in humano genere conspicitur, amor inter vtrãque indiuidui cuiuslibet hominis partem haud secus ac inter uirum mulieremq; versatur. Ex hoc autem primo internoq; amore quasi ex radice, et ex duabus præcipuis hominis partibus quasi ex parentibus cetera omnia deinde humanorũ amorum genera, quæ ad externa referuntur, pullulant pleruntq;; qui quidem amores tribus potissimũ speciebus includuntur: vel enim intellectum respiciunt, & honestatem mox præ se ferunt, continentiæq; illius atque perfecti hominis, qui in paradiso olim collocatus fœlicissimam vitam agebat, amorem repræsentant: vel corporis necessitatibus moderatione quadam adhibita prospiciunt, ex temperamento tantũmodo honestatis sibi nomen acquirentes; & vitam hominis post diuisionem, & ante peccatum imitantur: vel corporis luxui atque libidini tandem inseruiunt, qui quidem inhonesti, turpes, ac praui quàmmaximè existunt, et vitam hominis boni, maliq; scientia iam contaminatam referre viden-

Amores oẽs humani tribus potissimum speciebus includuntur.

Amores oẽs humani ex intellectus corporisque, quasi parentũ mutuo atq; reciprocãte amore originẽ ducunt.

dentur; necnon hominem in peccato iam confirmatum ac stabilitum esse demonstrant. Singula autem cõmemoratorum amorum genera ex mutuo illo atque reciprocante, qui inter intellectum corpusq́; versatur, amore, vt iam diximus, originem ducunt. S O. Quosnam amori, qui in humano genere siue in exiguo mundo reperitur, parentes assignauerit Plato, probè intelligo. Id insuper addiscere uellem, an ipse primorum quoque parentum, qui amorem maximo mundo, & corporum uniuersitati communissimum procréarunt, ullam prorsus fecerit mentionem. P H. Plato postquam in conuiuio Aristophanis personam indutus humani amoris parentes, ut iam audisti, cõmemorauit: cõmunissimi quoque uniuersitati corporũ amoris primos parentes fatidicę cuiusdam mulieris nomine Diotimæ, quæ Socratem in amatoria instituit facultate, persona susceptа hac ratione tradidisse uidetur. Cùm primùm exorta est Venus, omnes Dij lauto oppipareq́; instructo conuiuio excepti fuerunt, & cum ijs Metides consilij filius, seu Poros affluentiæ Deus simul discubuisse narratur: quibus iam cœnatis Penia, hoc est paupertas, quasi cibum sibi mendicantium more petitura, & diuinarum dapium reliquias saltem collectura præstò dicitur affuisse, quæ pro foribus consistens aliquid comedendum sibi tradi egenorum more suppliciter precа-

Platonicũ figmẽtũ amorẽ corporũ omniũ vniuersitati cõmunißimũ sub Veneris inferioris natalia ex Poro & Penia quasi ex parentibus exortũ fuisse recensens.

cabatur. Porus quidem dulcissimo nectare ebrius (nec enim uini vsus adhuc in mundū fuerat introductus) in Iouis amœnissimos hortos dormitum se contulit. Penia egestate suadente, quibus dolis siue fraudibus è Poro filiū concipere posset, excogitauit: quæ multa animo uoluens atque reuoluens iuxta Deum tandem accubuit, ex eoque amorem statim concepit. Quapropter ex his quasi ex parentibus amor iaculandi peritus, Venerisq; obseruantissimus, quoniam in eius natalibus editus fuit, prodijsse censetur: qui, Venere pulchra existente, pulchrū semper appetere cernitur: & propterea quòd ex Poro affluentissimo Deo, & ex Penia ad summā egestatem redacta originem duxit, amborum parentum ingenium referre videtur. Ipse namque principiò aridus squallidusque existit, nudis pedibus incedit, semper humi uolat; & domicilio, & tecto, & stratis, & uestibus caret; sub diuo passim dormire conspicitur, & matris omnium egenę imitatur naturā. Quod autem ad paternas attinet partes, pulchris & bonis acquirendis semper intentus, viribus audax, vehemens, sagaxque venator esse, noua semper machinari; prudentiæ, facundię, & philosophiæ admodum studiosus; subdolus, præstigiator, veneficus, atque sophista; & permixtā quandam gerens naturam nec immortalis omnino, nec prorsus mortalis existere; sed sæpè, ea-

Amoris cōtrariæ oppositæq; conditiones amborū ipsius parētū naturam atq; ingeniū referentes.

eademq; die & uitam cum morte, & mortem cum uita commutare: & modò renasci; modò deficere videtur. Vnde propter patris, & matris permixtam, confusamque naturam multis quoque cõmutationibus subiectus esse conspicitur: partum nanque deperdit, deperditumque rursus acquirit: quapropter nec mendicus, nec copiosus vnquam existit. Quinetiam inter sapientiam, & ignorantiam medius collocatur: nemo enim Deorũ philosophatur, aut sapiens euadere studet, est nanque: nec sapiens insuper aliquis philosophatur: nec ignari omnino philosophię studijs incumbunt, nec sapientiæ acquirendæ ullo unquam desiderio tanguntur. Vnde hoc nomine potissimùm ignorantes Deo quàm maximè inuisi esse cẽsentur, quòd nec sapientes existunt, nec sapientiam acquirere student: nec enim illi, quæ sibi deficere ignorãt, vnquam expetere possunt. Philosophus igitur inter ignorantem, ac sapientem medius profectò residere uidetur: cùm enim non adeò pulcher ut sapiens existat; reliquum sapientiæ sibi deficientis acquirere studet: nec tamen ipse vt ignarus omnino, qui & sapientiæ lumine, et eiusdem desiderio orbatus in obscurissimis tenebris uersatur, turpissimus esse videtur. Amor igitur inter pulchrum, ac turpe uerè medium locum obtinuisse prædicatur. S O. Fabula elegans quidem tùm locupletissimi patris, tùm etiam pau-

Amor inter pulchrũ ac turpe medius collocatur.

pauperrimę matris diuersas, oppositasq́; naturas in amore expreßas, confusasque fuisse demonstrat. Verùm quidnam & Porus pater, & Penia mater, & tempus, & locus, & ratio exortus amoris sibi uelint significare, vehementer audire desidero. PH. Sapienter admodum Diotima fabula cõmemorata, et quinam parentes amorem genuerint, & qua ratione ipsum ediderint, & quomodo amor amborum quãuis dissimillimis naturis prędictus fuerit, declaraße videtur. Primò fatidica mulier Amorem, Dijs omnibus natale Veneris lauto & opulento conuiuio celebrantibus, tradit exortum fuiße. Nonnulli quidem per Veneris natale influxum intelligentiæ in angelum primò, moxq́ue in animam mundi intelligi voluerunt: cùm anteà vita Iouis, eßentia Saturni, & antiquissima illa uis Celij; qui quidem tres Dij maximæ Veneris natali, conuiuioq́; in eius honorem extructo longè superiores extiterũt; in angelum, Veneremq́ue mundanam, mundiq́ue ipsius animam infusæ, distributæq́; fuissent. Verùm nos allegoriam hanc tãquam abstrusam, interminatam, fabulæq́; propositæ minimè conuenientem prætermittendam esse censemus. Ipsa nanque Diotima, ut iamiam audisti, se per Venerem pulchritudinem intellexisse clarissimè ostendit: cùm amorem idcircò pulchrum semper appetere dixit, quia pulcherri-

Allegoria Platonici figmentũ amoris ortũ, eiusq́; parẽtes, necnõ ipsius cõditiones designantẽ artificiosissimè exponẽs.

rima Venere nuper exorta ipſe quoque in lu-cem editus fuit. Fatorum igitur præſcia mu-lier amorem cum pulchritudine ſimul incepiſ-ſe proculdubio ſignificauit: quilibet enim a-mor ad amatum rectà contendit; omne autem amatum, vel quia pulchrum exiſtit, uel quia pulchrum ſaltem videtur, amari conſpicitur: vnde haud immeritò amor pulchri deſideriũ eſſe definitur. Vates igitur ait, quòd cùm Ve-neris recens exortæ natale Dij læto & hilari conuiuio celebrarent, pauperrima Penia quaſi diuinarum epularum reliquias expectaret, ad fores aſſiſtebat. Deus autem quidam, qui Po-rus appellabatur, conſilijque filius dicebatur, diuino nectare ebrius ex cælicolarum cœtu in Iouis hortos dormiturus receſſit. Quã quidem arrepta occaſione Penia illuſtrium percupida liberorum Deum dormientem complexa amo-rem ex eo ſtatim concepit. Huiuſce fabulæ illa nimirùm allegoria veriſimilis admodũ mi-hi eſſe videtur: quòd cùm Dij omnes, hoc eſt Deus omnium ſupremus, & angeli ſimul cor-porum procreatorum vniuerſitati propriã pul-chritudinem cõmunicare ſtatuiſſent; & iam diuina munera in corporeũ mundum tanquam in pulchritudinis ſplendidiſſimum quoddam, & natale conuiuium largiter ac liberaliter diſtri-buerentur: materia poteſtatis, quam ſecum gerit, merito ad ſummam egeſtatem redacta

ſta-

ſtatim accurrit, vt diuinarum formarum, angelicarumq́; pulchritudinum particeps redderetur. Porus conſilij filius, affluens videlicet intellectus, cæleſti nectare ebrius, id eſt Idæarum formarumq́; diuinarum plenus exiſtens, perfectionem ſuam cum mundo inferiori cōmunicare decreuit; etſi ad inferiora perficienda deſcendendo, ſeſeq́; eorum captui accōmodando nonnihil ſuæ dignitati detrahere videretur. Et hoc nempè ſignificatur, cùm dicitur Porum in Iouis hortos dormitũ ſe contuliſſe, hoc eſt mentem ſuam aßiduæ contemplationi intentã conſopiße, eamq́; ad corporeum mundum in motu atque generatione verſantem, qui per Iouis hortos congruè deſignatur, tranſtuliſſe. Cæleſtis nãque intellectus per Iouis ædes ac regiã, vbi conuiuium celebrabatur, & vbi diuina illa potio, quam poetæ nectar appellarunt, ſumebatur, intelligi debet. Nectar autem ſempiternam Dei ipſius contemplationem, & deſiderium diuinæ pulchritudinis ſeſe cōmunicandę profectò deſignat. Cæleſtis igitur intellectus conſilij, hoc eſt ſupremi Dei filius habitus, vel fortaſſe ipſemet ſupremus Deus exiſtens cùm mundum inferiorem ſuæ pulchritudinis ac perfectionis participem reddere ſtatuiſſet; pauperrima egerrimaque Penia ad eum ſtatim accurrit, hoc eſt materia merito poteſtatis in maxima mendicitate conſtituta,

& perfectionis ſibi acquirendę percupida ad intellectum acceſſit: & ex eo corporalium rerũ perficiendarum cupidiſſimo, & quaſi ebrio; necnon æternæ, diuinæque ſuæ contemplation aliquantiſper dormiente, mentemq́ue ſuam ab acerrima contemplatione ad perfectionis propriæ aliquã partem inopi materiæ tribuendam reuocante, dicitur concepiſſe, amoremq́; peperiſſe: amor nãque perfectionem non actu, ſed poteſtate exiſtentem ſonare videtur. Eandem quoque intellectus caduco, mortalique corpori infuſus conditionem ſubire conſpicitur; mox enim ab intellectus præſtantia degenerans ac dignitate, in formam cum poteſtate coniunctã vertitur, & intellectus poteſtatis nuncupatur: qui quidem intellectualis naturæ beneficio pulchrum dignoſcit, poteſtatis autem incõmodo ex eius poſſeſſione exturbatus actualẽ appetit pulchritudinem. Et hoc nempè Plato, cùm amorem inter pulchrum ac turpe medium intercedere dixit, ſignificaſſe videtur: intellectus nanque poteſtatis, & formæ omnes cum materia implicitæ inter informem penitus, rudemq́; omnino materiã; & inter formas ſeparatas, actuales, angelicas, atque intelligẽtes, quæ quàm formoſiſſimæ eße dicũtur, medium locum obtinuerunt. Vnde ſapienter admodũ Diotima [...] *materiæ matris egeſtatem, mortalitatem, [...] ſitudinem, concretionem, cęteraſque ipſius* [...]

per-

ctiones: tùm etiã Pori parentis affluentiã,
itatem, stabilitatem, intelligentiam, cæte
eiusdem perfectiones in amorem quasi in
nem amborũ progeniem congessisse vide-
Eundem insuper philosophantem, haud sa
m protulit esse: nam intellectus potesta-
ientiam quidem exoptat, & ad eam sibi
endã propensionem quandã retinet, ac
atem; haud tamen actu sapientis, sicut
cus intellectus, appellationem meretur.
uiusce igitur figmenti velamine plures
significationes Diotima occultasse vi-
Primò nãque intellectũ potestatis par
andã intellectus agentis, siue angelicus,
inus is esse dicatur, existere demonstra-
einde potestatem haud ex propria siue
ente ipsius natura, quemadmodũ nõnul
sibi persuaserũt; sed ex pauperrimæ ma
nctorũ actuũ prorsus expertis, atq; ad
potestatem redactæ contagiosa societa
ectui contingere significauit. Primam
atque potissimã amoris procreandi ra-
ngenita ipsa pulchritudine consistere
. Proximã denique, coniunctamq; a-
iginem tùm in pulchri cognitionem vt
tùm etiã in pulchritudinis absentiam
ctum vt matrem conferẽdam esse an-
detur: quodcunque enim diligitur at-
etitur, tùm vt pulchrum à nobis anteà

Platonici figmẽti plures atq; recon diti sensus.

cognosci, tùm nos eo uel carere, uel carere quandoq; poße, eiusque perpetuam conseruationem exoptare profectò oportet. Quapropter amorem inferiori mũdo cõmunem pulchritudinis cognitione quasi patre, eiusdemque absentia, vt pote matre progñatum fuiße iam Sophia te arbitror perspexiße. SO. Maximè quidem. Verùm id mihi molestum existit, quòd cõmemorati parentes corporeo dũtaxat, quinimo inferiori tantũmodo, mortalique mundo aptantur, accõmodanturque. Tu verò amorem in angelico primùm & potissimùm mundo reperiri superius dixisti; easdemque proximas causas, pulchritudinis scilicet cognitionem, defectumque ipsi quoque tribuisti. PH. Amorem non tantùm inferiorum; uerùm etiam, multoq; magis angelicum ex pulchritudinis sibi deficientis cognitione originem ducere verè nimirùm diximus. Sed tunc ad diuinã illam, imensamque pulchritudinem, qua omnes procreati ęquè deficiunt intellectus, eamque optimè cognoscunt, mirificeque amant, & vehementissimè appetunt, respeximus.. Huiuscemodi autem pulchritudo à Platone Veneris magnæ nomine designata intelligibilis, siue angelici mundi pulchritudo propriè uocatur: quæ quidem nullã temporalem originem prorsus cognoscit; æterna nãque atque immutabilis prorsus persistit, nec eius amoris nouam originem poßumus re-

pe-

perire: uerùm si ortum fortaße vllum ei accõmodare voluerimus, amorem ab omni iã æternitate in angelicũ mundum introductum fuiſſe dicemus. Neque huiuſce pulchritudinis defectus in mundo illo conſpectus ex egerrimæ Penia cum ditiſſimo Poro, hoc eſt ex materiæ cum intellectu ſocietate ſiue permixtione contingit: quæ enim in angelis materia poteſt excogitari? ſed propter rei cuiuſcunque procreatæ ob idipſum, quia procreata dicitur eſſe, imperfectionem, & à ſumma creatoris perfectione defectum; ſiue propter diuinæ pulchritudinis ſuper omnes rerum procreatarũ pulchritudines exceſſum euenire potius exiſtimatur. Quapropter ſuperius à nobis, quin potius à Diotima, ſiue à Platone cõmemorati parentes nouũ amorem ſub Veneris inferioris natalia, quæ pulchritudinem mortalibus caducis'ue corporibus impertitam ſignificat, orbi tantũmodo inferiori, nequaquam autem angelico conuenientem ediderũt: Angelicus enim Porum iam ebrium, & in Iouis hortulo quieſcentem longiſſimo exuperat interuallo, nec quicquam prorſus cõmercij cum egerrima Penia vnquã habuiße uidetur. SO: Fabulas tùm à poetis, tùm etiam à Philoſophis, qui amoris ortum, eiuſque parentes inueſtigarunt, excogitatas; necnon earum recanditas, & doctiſſimas interpretationes probè quidem intellexi. Illud inſuper à te dilucidè di-

Amor, quẽ Plato, Venere recẽs exorta, Poro Peniaque prognatum fuiſſe teſtatur, corporeo tantũmodo atq; mortali, nequaquã aũt angelico ſiue diuino mundo aptari poſſe uidetur.

ſtincteq;, ut ſoles, pertractari deſiderarem: qui nam primi atq; antiquiſſimi parentes amorem non tantùm humanũ, uerùmetiam rerum omnium uniuerſitati communiſſimum ediderunt. P H. Libentiſſimè quidem morem tibi gerã. Verùm prius quoſnam ego cuiuſcunque amoris cõmuniter parentes appellandos exiſtimo, dicam: Deinde, ſi id tibi quoq; uidebitur, eos tùm humano, tùm etiam mundano amori accommodare tentabo. S O. Optimum nimirũ ordinem ſeruandũ elegiſti: cõmunis nanque cognitio propriam ſemper antecellere debet. Dic igitur obſecrò, quoſnam cuicunque indifferenter amori parentes accõmodari poſſe arbitraris? P H. Equidem nec puram priuationem matrem, nec affluentem cognitionem patrem, vt Diotima ſenſit, cuiuſcunque amoris appello: nec pulcherrimã Venerem, amore exoriente, cùm nec pater nec mater eius præſens exiſteret, uel obſtetricis, uel Lucinæ, uel Parcæ munere perfunctã fuiſſe confirmo; vt Plato aliis in locis cõtra omniũ ferè, qui amorem uel cum aliquo Deorũ coniunctã, uel ſola Venere prognatũ eſſe arbitrantur, cõmunem ſententiã voluiſſe uidetur. Sed figmentis fabuliſq; poetarũ omiſſis, illud tibi aſſeuerãter dico, quòd omnes, quotquot ſumuntur, amores ex pulchro quaſi patre, & ex pulchri cognitione cum eius abſentia permixto quaſi matre cõmuné originem ducunt

Amor cõmuniſſimè ſumptus ex pulchro adamato

ducunt. Ex ambobus quidē in vnū coeuntibus atq; congredientibus tanquā ex legitimis parentibus cuncti amores, cunctaq; desideria profectò oriuntur: pulchrū nanque, cui deficit, cognitum ab eo statim amatur, atq; expetitur. Vnde amor ex pulchro à cognoscentis, qui eo caret, ipsumq; expetit, mente conceptus mox in lucem prodire videtur. Quapropter in amoris procreatiōe pulchrū adamatū paternas, mensq; amantis pulchri semina excipiēs maternas partes gerere cōspiciūtur. Pulchri aūt semina nihil aliud profectò quàm pulchritudinis mēti ipsius cognoscentis exempla quædā impreßa esse dicūtur, quibus quidē mens grauidata pulchri coniūctionem assequi, non secus ac mater prolē parenti quàm simillimā edere studet. Superius autē amatū quidem patris, & generantis naturam; amantē verò matris ex amato concipientis, & quemadmodū Plato testatur, partū ad pulchri imitationem edere expetentis ingeniū referre admonuimus. SO. Hęc paternarū, & maternarū partiū in amoris procreatione à te excogitata distributio mihi summopere quidem probatur. Verùm antequàm ad reliqua transeamus, prius te pugnantia quædam conciliare desiderarem. Tu pulchri absentis cognitionem amoris matrem primùm appellasti. Deinde mentem amantis, pulchri specie iam concepta, idipsum expetere atque amare addidisti. Mo-

quasi ex patre; et ex pulchri cognitione unà cū eius absentia in amante cōspecta quasi ex matre originē ducit.

dò id me perplexam atque ambiguam reddit, quod si mens cognoscentis pulchrum iam dicitur concepiße, cùm illud secum assiduè gerat, eo minimè carere uidetur: grauidæ nanque mulieres fætus in utero inclusos secum gestare, nequaquam autem eis carere conspiciuntur. PH. Nisi pulchri species in amantis mentem sub formosi, boni, iucundique ratione prius sese insinuaßet, nunquam profectò amans ad pulchrum ipsum diligendum induceretur: pulchritudinis nãq; omnino expertes nec pulchri esse, nec pulchrum appetere cernuntur. At qui pulchrum appetunt, non eo priuati omnino esse censentur: ipsum nanque saltem cognoscunt, eorumq; mentes pulchritudinis imaginem saltem concepiße uidentur. Verùm quia nondum perfectam cum ipsomet pulchro coniunctionem aßecuti fuerunt, idcircò eam quasi rem maximi certè momenti uehemẽter desiderant; & pulchro sibi adiuncto coniunctissimè frui in primis expetunt, cuius forma ipsorum mentibus impreßa eos ad hanc copulationem assequendam maximè impellit, accenditque: quemadmodum etiam grauidæ mulieres filios exponere, & fetus inclusos in lucem prodere exoptant. Quapropter amans, quem nos matrem amoris sæpè appellamus, etsi perfectam cum ipso amato nondum copulationem acquisiuit, speciem tamen siue imagi-

Amans à pulchri adamati specie, imagineque eius menti veheme nter ĩpressa adamati ipsius copulationẽ acquirendã, atq; assequendam quàmmaximè impellitur.

ginem amatę pulchritudinis gestat inclusam, quæ eum ad pulchri sibi deficiētis coniunctionē diligendam atq; expetendā mirificè accendit. SO. Rectè quidem dixisti. Verùm alia insuper ambiguitas tibi restat explicanda. Amantem eum, qui vt fęmina a pulchro sibi dilecto vt mare comprimitur, ipsummet prolis parētem non secus ac filium quendā pariturū siue enixurū ex superioribus intulisse videris: amantis nanq; amatiq; cōmunem progemem nihil aliud, quàm ipsius amati præsentem coniunctionē ac fruitionē ab amante vehementer expetitam esse dixisti. PH. Subtilissimè quidē Sophia argumētaris. Verùm id profectò animaduertere deberes, quòd pulchri coniunctissima fruitio haud vna & eadem cum ipsomet pulchro debet existimari, etsi ipsi quàmsimillima non secus ac filius patri esse conspiciatur. Cum patris nanq; similitudine materna insuper quædā amatoriæ cognitionis impressio cōiungitur: actus etenim fruitionis ab amante & cognoscente ad pulchrum cognitū ac adamatū pertingit. Vnde cùm ipse amborum cōmunis filius existat, ex materna cognitione quasi ex materia, & ex paterna pulchritudine quasi ex forma constare videtur. Iurè igitur Plato amorem fœtus pulchri, patriq; simillimi parturiendi desiderium existere definiuit: hæc enim definitio & intelligibili, & sensibili amori optimè nimirū

Pulchri copulatio atq; fruitio ab amāte acquisita ab ipsomet pulchro adamato non nihil differre uidetur.

Amor omnis tam sensibilis quàm intelligibilis pulchri fetus parturiendi uehemēs quoddam desiderium existere definitu

nimirũ poteſt accõmodari. SO. Qua ratione ob ſecrò Philo vterq; propoſitorum amorum deſideriũ pulchri parturiendi exiſtere dicitur? & cur hi pulcherrimi fætus ab amantibus tã vehementer deſiderari conſpiciuntur? PH. Quãtùm non hommes ſoli, verùmetiã cuncta animantia ſibi ſimilia cognoſcere appetunt: & quot laboribus, ærumnis, periculiſq; morti deniq; ipſi parentes, matreſq; preſertim, propter ſobolem procreandam, educandam, & incolumen conſeruandã ſeſe exponunt, quis ignorat?

Parentum in liberos mirificus amor.

Prima autẽ, proximaq; generationis intentio eſt fœtũ pulchrum, eiq;, è quo mater concepit, perſimilẽ edere. Poſtremus verò, & aliquantulum remotior eiuſdẽ generationis ſcopus eſt ſperatã, atq; exoptatã immortalitatẽ nanciſci.

Generationis duplex intentio.

Generatio ad ſpeciei conſeruationem atq; immortalitatem tanquã ad ſibi propoſitũ ſcopum contendit.

Quemadmodũ enim Ariſtoteles affirmat, cũ ſingula animantia propriã incolumitatẽ perpetuò conſeruare minimè poſſint, ſibi ſimilia generando ĩmortalitatem ſpecificã conſequi ſtudẽt. Vnde parentes ſæpè liberorũ magis, quàm propriam vitã diligere, eorũq; diuturnitatem magis procurare conſpiciuntur; nec temerè quidẽ ſeſe nanq; ad mortẽ properare cognoſcunt; ex liberorũ autem, qui mẽbra paterna iurè appellantur, incolumitate, aſſiduæ, ſæpiuſq; repetitæ ſimilium procreationis beneficio, preclaram quãdam ĩmortalitatem conſequi ſperant. Hæc duo quoq; finiũ genera in anima humana re-

rente

venire comperiuntur: quæ cùm pulchritudinis, virtutis, sapiētiæq; intellectualis plena, & qua si prægnans existat, fœtus formosos, & eorum parēti quàm simillimos, actiones scilicet studiosas, & habitus sapientes edere quàm maximè studet, appetitq; huiusce enim tā generosæ prolis beneficio ipsa veram vtiq; īmortalitatē consequitur: quæ quidē immortalitas animorum perpetuæ corporū successioni longè præferenda esse videtur. Hoc tamen nomine ei persimilis existit, quòd sicut membra parentū, etsi ipsi moriuntur, in progenie tamen vigere, perpetuoq; conseruari existimantur: ita animæ facultates, quāuis pereant, studiosis tamen actionibus, habitibusq; intelligibilibus tanquam spirituali quadā posteritate intercedentibus perpetuitatem acquirere, siue consequi existimantur. Quopacto igitur in amoris procreatione pulchro adamato paternæ, & amantis cognitionem maternæ partes agendæ obtigerunt: & quomodo amans pulchri adamati semina concipiens fœtum pulchritudine parenti quàm simillimum edere studeat, appetatq;, vt eo intercedente cū viri sibi quàmmaximè dilecti pulchritudine coniunctissimè vniatur, ipsaq; in æternum fruatur, rectè Sophia te arbitror perspexisse. SO. Rectissimè quidem. Verùm hac ratione omnibus huiusce fabulæ partibus, actibusq; pulchritudinem distribuisse videris. Pater

Animæ humanæ progeniem atque īmortalitatē declarat.

ter

ter nãq; est ipsummet pulchrũ adamatũ: gr-
uida mater est amans pulcherrimã ipsius am-
ti speciem, atq; imaginem sibi impressam ge-
stans, atq; cognoscens: fœtus autẽ tantoper-
exoptatus est, coniunctissimæ cuiusdam fruit-
nis beneficio, in ipsum pulchrũ reuerti. At eg-
cur pulchritudo a te tanti æstimetur, vix inte-
ligere possum: cùm enim ipsa quemcunq; am-
rẽ, atq; amantẽ pcedat, haud mundũ tantum-
do inferiorẽ, nec mentẽ humanã duntaxat, veri-
etiã cælestem et angelicũ mundũ pcessura vi-
deretur: cùm singula modò cõmemorata amo-
re prædita esse, & amare conspiciantur. Insu-
per etiã cùm diuinitas ipsa, vt tu aliquando di-
xisti, & quemadmodũ sacra quoq; volumina
testantur, res a sese procreatas ineffabili amo-
re prosequatur: quo pacto obsecrò pulchritudo
aliqua diuinitatem ipsam omniũ rerũ primam
atq; supremã præcessura existimabitur? PH
Ne Sophia vllã propterea capias admiratio-
nem, quòd pulchritudo eiusmodi natura pra-
ta existat, vt ipsius merito & omne ama-
amari, & omnis amans amare dicatur: vtq;
ipsa principiũ, mediũ, & finis cuiuscũq; am-
ris: hoc est principiũ ratione amati; mediũ p-
pterea quòd ab amato in amãtem reflectatur
finis propter amantem ad amatũ principiu-
fruendũ, sibiq; adiungendũ reuertentem,
bis uocetur. Cũ enim primũ pulchrũ

Pulchritudinis ratione habita & omnis amãs amat, & omne amatũ adamatur.

Pulchritudo cuiuscunq; amoris et principium, et medium, & finis esse uidetur.

opifex mundi esse dicatur, cuiuscunq; rei creatæ pulchritudo in perfectione operis a diuino artifice elaborati cõsistere haud temere iudicatur: cuius quidẽ perfectionis merito opus artificẽ repræsentare, necnõ res procreata procreatori ipsi psimilis esse uidetur. Cùm igitur diuinitas cunctis partibus uniuersi sui copiã fecerit, minimè mirũ, quin æquũ potius existimari debet, si ea omnes uniuersitatis partes præcedere censeatur: & res, quibus sese largius quàm cæteris cõmunicauit, amabiles reddere; nec non earũ cognitionem, atq; amorẽ reliquis infundere conspicitur cũ uehementi desiderio coniunctũ ipsarũ pulchritudinis mox, & ex eo diuinæ quoq; pulchritudinis participãdę: quæ quidem diuina pulchritudo non tantũ amorem rebus creatis, tã corporeis, caducis, atq; cælestibus; quàm incorporeis, spiritalibus, & angelicis insitũ, uerũ etiã ipsius Dei in res procreatas amorem precedit. Diuinus nanque huiuscemodi amor nihil aliud profectò, quàm desideriũ quoddã in Deo repentũ existit, ut rerũ procreatarũ pulchritudo augeatur, simillimaque pro cuiusque ingenio summæ creatoris pulchritudini, ad cuius exemplũ ipsę procreatæ fuerũt, tandem reddatur. Quapropter si Deũ quoq; tantũmodo accipias, diuina pulchritudo diuinũ amorem, & Deus sub ratione pulchri atque amati sibi ipsi sub ratione amantis nimirũ pręcedit. SO. Et si hac

Pulchritudo adamata, naturæ ordine dilgẽ. et perspecto atq; co: si derato, et amantem, & amorem ipsum semper præcedit.

Diuini amoris per elegans definitio.

hac respõsione difficultati ꝑpositę satisfecisse videris, nõ tamẽ idcircò pulchritudinis istius attãtis laudibus celebratę præstãtiã siue excellentiam adhuc perspicere possum: neq; cur ipsa omniũ rerum sublimium & perfectarum communissimũ quoddã principium vocari mereatur, satis intelligo. Pergratum vtiq; mihi foret, si pulchritudinis istius essentiã vberius copiosiusq; pertractares. Te eius aliàs definitionem attulisse, & pulchritudinem nihil aliud quàm gratiã quandam, quæ animum voluptaria cognitione perfusum ad sui allicit amoré, dixisse memoria optimè teneo. Verùm gratiæ istius essentiam, quid ue gratia ista in pulchritudinis definitione assumpta sibi velit: & quam opem, quodue momentum tùm creatori, tùm etiã rerum procreatarũ vniuersitati ipsa afferre existimetur, non secus ac pulchritudinem a te superius iam definitã, vt verum fatear, ignoro. PH. *Id insuper quoq; Sophia memoria repetere debes, quod de spiritali pulchritudinis essentia sermonem habentes suprà iã diximus. Ibi nanq; demonstrauimus, quòd sensibus quinque exterioribus acceptis, pulchritudo per nullum trium imperfectiorum, nec per tactũ, nec per gustũ, nec per olfactum in animos nostros ingreditur: nec enim temperatas qualitates, nec Venereos iucundissimosq; cõplexus pulchros vnquam appellabis, nec etiã dulces sapores,*

Pulchritudinis definitionem superius traditã in memoriã nobis reducit.

Pulchritudo cùm spiritale quiddã, et a materiæ fæditate, corporeaq; labe aliena prorsus existat; a spiritalibus tantùmmodo atq; purgatis, minimè autem a corporalibus siue ab impuris animi nostri facultatibus cognosci, comprehendique potest.

pores, nec ſuauiſſimos odores pulchritudinis vnquam laude cõmendabis. Verùm ipſa per duos tantùmmodo ſpiritales ſenſus viam ad animũ quaſi ſibi munire videtur: tùm ſcilicet per auditum, cùm accuratos ſermones, elegantes orationes, ſubtiles diſputationes, reſonantia carmina, muſicos concentus, harmonicas proportiones, aliaq́; ſimilia pulchritudinis honore digna exiſtimemus: tùm etiam per ipſam cernendi facultatem, cùm figuras artificiosè elaboratas, colores optimè temperatos, laudabiles corporum compoſitiones, fulgentia lumina, cæteraq́; complura pulchra exiſtere paſſim prædicamus: quæ quidem omnia pulchritudinis nomen quid ſpiritale, & a materia, cõmuniq́; corporum impuritate remotum ſignificare ſatis ſuperq́; demonſtrant. Præterea id ſuprà quoque declarauimus, quòd maiores inſuper pulchritudines in animi noſtri præſtantioribus, & corpoream conditionem magis exuperantibus facultatibus reperiuntur: primò videlicet in imaginatione, quæ acutis ratiocinijs, prudentibus cogitationibus, ſolertibusq́; inuentionibus formoſiſſima redditur: deinde, multoq́ue illuſtrius in intelligente, materieiq́ue experte ratione, quæ præclaris ſtudijs, liberalibus artibus, reconditis diſciplinis, necnon ſtudioſis habitibus & actionibus exculta maximam ſibi pulchritudinem acquirit: poſtremò, perfectiſſimaq́; ratione

Vulgus pulchritudinis non secus ac magnitudinis quoque laudem solis corporibus verè proprieq; , incorporeis vero per similitudinem quãdam tantũmodo, quã cũ corporibus habent, accõmodare consueuit.

ne in mente a materia penitus separata, qua sapientia, diuinæ pulchritudinis solida expressaq; imagine, elaborata in vltimo supremoque humanæ felicitatis gradu tandem consistit. Vnde ex his Sophia percipere potes, quàm a materia, corporeaq; impuritate aliena, quãq; spiritalis ꝓpriæ merito naturæ pulchritudo debeat existimari. S O. Attamen hominum vulgus solis corporibus pulchritudinis laudem quasi eorum propriã tribuere passim videmus, nec immeritò fortasse, cùm ipsa corporibus in primis saltem conuenire videatur. Incorporea nanq; si pulchra quandoq; appellantur, propter conuenientiam et similitudinem nonnullam, quam cum corporibus habent, huiuscemodi laude commendantur: quemadmodum eadem quoq; incorporea, veluti animum, ingenium, memoriã, artem, cæteraq; similia, ex corporibus metaphora assumpta, magna quandoque vocare solemus. Incorporea namque cùm nec quãtitate, nec dimensione prędita existant propriè magna aut parua nuncupari minime possunt, nisi propter eorum cum dimẽnsis corporibus quandam similitudinem. Eadem quoque ratione pulchritudinis nomen, corporibus quidem propriè, incorporeis verò impropriè et metaphoricè tantũmodo accõmodari videtur. P H. Etsi hoc in magnitudine veluti propria quantitatis, corporisque affectione vsu venire conspici-

conſpicitur: cur tamen idem de pulchritudine quoq; ſentis? SO. Vſu cõmuni loquendi prætermiſſo, qui hoc nomẽ ſolis corporibus tribuit, ad rationem accedamus. Hominũ vulgus, qui bus & ratio fauet, & plures philoſophi aſſen ſerunt, propriam veramq; pulchritudinem & in partium ad totum debita proportione, & in totius cum partibus laudabili ſymmetria conſiſtere cenſet: Quapropter ipſa cõmenſurabilium tantùmmodo corporũ, & totorum duntaxat ex partibus conſtantiũ propria quædam affectio eſſe videtur: & corpus quantitate præditum propriè ſupponit. Quòd ſi pulchritudinis nomen ad incorporea quandoq; laudanda trã ſfertur, hoc fit; quia ipſa quoq; corporum ſimilitudinem nonnullam gerunt, & non ſecus ac illa proportione quadam ſeruata ex partibus recto ordine diſpoſitis & collocatis conſtare videntur: quemadmodũ in harmonico concentu, & artificioſa oratione demonſtrare poſſemus. Vnde non immeritò huiuſcemodi omnia propter conuenientiam, quã cum corporibus partiũ laudabili cõpoſitione proportioneq; conſpicuis obtinuerunt, pulchra vocantur. Similiter etiam imaginationis, rationis, mentiſque cogitationes atque cõceptus propter partium totum ipſum componentium ordinem corporibus ipſis, quæ ex partibus dimenſione præditis conſtant, & verè pulchra exiſtũt, perſimiles eſſe dicũtur, et

 meta-

metaphoricè pulchra appellãtur. Quapropter pulchritudo non secus ac magnitudo in corporibus vtpotè illis, quæ quantitati, & partiũ cõpositioni propriè subijciuntur, primò proprieq; collocari & residere videtur. P H. *Vulgus hoc pulchri vocabulo pro cõmuni quadam vulgariq; pulchritudinis, quam habet, cognitione vti conspicitur: cùm enim indocti homines ad aliud pulchritudinis genus præter illud, quod vel oculis vel auribus accipiunt, percipiendum sese attollere nequeant, præter corporalem nullam aliam, nisi fictam fortaße, vel somni tempore visam, vel imaginatione formatam pulchritudinẽ reperiri sibi persuadent. Sed qui mẽtis acie ac lumine longè altius, quàm isti corporeis oculis prospiciunt, multò maiorem incorpoream, quàm isti corporeæ pulchritudinis sibi vera dicant cognitionem: quinimò pulchritudinem hanc, quæ in corporibus reperitur, si cum rerum incorporearum pulchritudine conferatur, exiguam, infimam, tenuemque admodum existere; et quasi spiritalis pulchritudinis vmbram siue imaginem quandam ab ea deductam esse cognoscunt: nec aliud profectò, quàm splendorem a mundo spiritali corporeo impertitũ eam esse existimant: nec pulchritudinem corporibus insitam ab eorum corporali natura, siue a materia proficisci arbitrantur: sicus enim omnia corpora, cunctaque ex materia*

Homines docti ac sapientes pulchritudinem uerè proprieq; spiritalibus tantùm conuenire, et inde ad corpora queq; exornanda, formosaq; reddenda distributam fuisse arbitrantur.

tia constantia eadem ratione pulchra existe-re conspicerentur; cùm materia, & corporalis natura in omnia corpora pariter distribuatur: vel maiora corpora maiorem quoque pulchritudinis partem sortita fuißent, cuius oppositum contingere sæpè videmus; cùm pulchritudo corporis mediocritatem requirere, sicut deformitas contrà in eiusdem exceßu vel defectu peccare dicatur. Haud immeritò igitur præclarissimi isti viri pulchritudinem ex superioribus atque incorporeis in corpora deriuari arbitrantur, quæ quidem quantò minorem pulchritudinis portionem ab illis impetrarũt, tantò deformiora vtique existunt. Deformitas igitur corporum propria eße, & pulchritudo ex spiritalium bonitate atque liberalitate ipsis cõtingere potius videtur. Quamobrem tu quoque Sophia ne pulchritudinem oculis corporeis tantummodo intuere, sed eam mentis potius atq; intellectus lumine tibi contemplandam propone, si veras illas, ac præstantißimas pulchritudines vulgui prorsus ignotas cognoscere cupis. Sicut enim qui oculorum sensum amiserũt, rectè dispositas figuras, optimeq; tẽperatos colores percipere minimè possunt: ita qui mẽtis cæcitate laborãt, nec spiritaliũ præstãtissimarũq; pulchritudinũ vllã prorsus cognitionẽ habere, nec ex eis vllã penitus voluptatẽ capere queunt, quam .n. iucunditatem pulchritudo viro

Deformitas quidem corporeæ, pulchritudo autẽ spiritali incorporeæque naturæ verè proprieque conuenire uidetur.

*eam nescienti potest afferre? Qui autem spi-
ritalium pulchritudinum tam amabili ca[…]
omnino cognitione, suauissimarum quidem i[…]
cunditatum proculdubio expers existit. […]
nanque corporum pulchritudo, quæ spiritali[…]
pulchritudinis vmbra & tenuissima imago es-
se existimatur, tantam delectationẽ eam con-
templantibus affert, vt homines pristina ami[…]
sa libertate ad eam omnes suas actiones refe-
rant, atq; cogitationes; eamque sibi acquirere,
seque in ipsam tandem conuertere quàm ma-
ximè studeant: quid intellectualem illam splen-
didissimamque pulchritudinem, cuius corpora-
lem hanc formam vmbram tantùmmodo, at-
que imaginem quandam esse iam diximus, fa-
cturam arbitraris? Caue igitur Sophia, ne ita
rerum inferiorum adulterina pulchritudine
adeò capiaris, vt supremam illam pulchritu-
dinem cæterarum omnium dominam atque
Reginam negligas aut derelinquas. SO. M[…]
vulgi errorem summoperè vitaturam tibi pr[…]
mitto. Verùm argumentum proportion[…]
totius ac partium superius adductum rem[…]
net diluendum, quod vulgi fauens opinion[…]
pulchritudinis nomen corporibus propriè, sp[…]
ritalibus autem impropriè, & ob similitudi-
nem quandam, quam cum corporibus habent,
accommodari demonstrat. PHILO. Su-
perior illa pulchritudinis definitio, quam […]
[…] nulli*

Pulchritudo corporum spiritalis pulchritudinis umbra, ac tenuissima quædam imago debet existimari.

nulli recentiores philosophi deinde confirmarunt, nec propria, nec perfecta debet existimari: secus enim nullum corpus simplex, cùm eorum vnumquodque diuersarum, & sibi mutuò respondentium partium compositione careat, pulchri appellationem mereretur. Indignè igitur & aureus Sol, & argentea Luna, & micantes Stellæ, & splendidissima Venus, & præclarus Iupiter pulchritudinis nomem sibi vendicarent. SOPH. At cælestia quoque corpora circulari figura omnium figurarum pulcherrima insignita fuisse conspiciuntur, quæ vt totum quoddam existens partes suas complectitur. PHILO. Circularis figura haud immeritò quidem cæteris omnibus figuris formosior esse prædicatur. Verùm eius pulchritudo haud in partibus tùm inter sese inuicem, tùm ad totum conuenienti proportione consistit: partes enim ipsius cùm simillimæ, & eiusdem naturæ prorsus existant, nullam laudabilem proportionem suscipere queunt. Præterea Sol, Luna, aliaque sydera haud propter circularem, sibique insitam figuram pulchra esse dicuntur: tunc enim omnia corpora orbicularia pulchritudine Solem æquarent. At astra propter lucem a creatore sibi infusam, quæ nec cum figura quicquam commercij habet, nec vllam partium proportionem requirit,

Pulchritudinem nequaquam, sicut hominum uulgus existimat, in partium tùm inter se, tùm ad totum ipsum conuenienti proportione sitam esse compluribus argumentis demonstrat.

Circularis figura figurarum omnium pulcherrima.

Astrorum pulchritudo ad lucem potius, quàm ad circularem eorum figuram referenda uidetur.

pucbritudinis laude commendantur. Pariter etiam rutilans ignis, fulgentissimū aurum, & conspicui pretiosiq; lapilli falsò pulchritudinis gloriam reportarent: huiuscemodi nāq; omnia simplicitatem maximam, & eandem penitus tùm in partibus, tùm etiam in toto naturam, ne minima quidem diuersitatis proportione in eis conspecta, gerere videntur. Quid amplius? Si vulgi opinionem sequamur, totum duntaxat pulchrum appellari debebit: nulla autem partium, nisi ad totum fortasse relata; formosa erit nuncupanda. Sensus insuper eorum sententiam satis superq; confutare videtur, cùm eandem mulieris faciem modò formosam, modò deformem esse conspiciamus, partium tamē ad totum proportione semper consimili remanente. Pulchritudinem igitur haud in partium consistere proportione, clarissimè iam, vt arbitror, patet. Id etiam nequaquam prætermittendum existimo, quòd si commemorata opinio vera existeret, neq; iucundi colores, neq; lux ipsa, quæ totum corporeum orbem formosissimum reddit, pulchritudinis nomine laudari deberent. Pariter etiam si sensum auditus acceperimus, neque suauissima vox pulchra foret vnquam appellanda. Si autem ipsi musicam pulchritudinem in diuersarum vocum tanquam partium concordia, atque concentu reponendam esse iudicarunt, in quonam intellectualē pulchritudinē versari existimabi[unt]

*cēt fortasse eā in rationis ordine collocari? Esto:
Verū quid postea, si rerū simpliciū intelligētiā,
purissimāq; diuinitatē, summāq; Dei pulchri-
tudinem ipsis obijciemus: eos respōsuros arbitra
ris? Proculdubio obmutescent. Quapropter si
rēctè perpendemus: etsi in rebus concordanti
bus, laudabilemque proportionem retinenti-
bus pulchritudo reperitur; eam tamen quid-
dam aliud præter partium, totiusque propor-
tionem existere tandem inueniemus. Vnde
non tantùm composita, in quibus partium to-
tiusque ratio potissimum conspicitur, verùm
etiam multoque magis simplicia pulchritudine
insignia, conspicuaque esse videntur. SO. Ec-
quid confusa quoque, nullamque proportionem
habentia pulchra vocabuntur? PH. Mini-
mè quidem: quorum enim partes laudabili pro
portione, cōpositoq; ordine carent, imperfecta
ac vitiosa vtique existunt: nullum autem vitio
sum pulchri nomine dignum esse censetur. Ve-
runtamen haud proportionem, & pulchritu-
dinem tanquā vnū idemq; prorsus accipere de
bemus: simplicissima enim, et ab omni partium
cōpositione prorsus remota, quę nec proportio
nē seruare, nec eā egredi videtur, pulcherrima
sæpenumero esse conspiciuntur. Præterea, quæ
concordem retinent proportionem, haud bona
nec pulchra semper existere dicūtur: quod qui-
dē nulla alia de causa pfectò cōtingit, nisi quia*

bonitas & pulchritudo nequaquam in partium congrua proportione consistunt. Dic obsecrò Sophia, non'ne in malis quoque proportio atque concordia reperitur? Maximè quidem: Quinimò mercatores ipsi hoc prouerbio frequentissimè vtuntur, quòd fraus atque litigium optimè inter sese conueniunt. Timor etiam cum tyrannide, & prodigalitas cum iniusta diuitiarum acquisitione societatem semper inire videntur. Nec igitur pulchritudo proportionem, nec proportio pulchritudinem, quemadmodum isti falsò sibi persuaserunt, semper consequitur siue concomitatur. SOPHIA. Cùm igitur pulchritudo proportio minimè existat, in quonam corporum pulchritudinem consistere dicemus? aut quam rationem, cur figuræ & corpora recta partium proportione insignita pulchra appellentur, potissimum adducemus? PH. Materia omnium corporum inferiorum basis ac fundamentum propriæ merito naturæ turpissima quidem existit, & omnia corporum vitia, ac turpitudines a materia veluti a matre proficiscuntur. At ipsa quamuis turpis, propter mũdi tamen spiritalis, qui formas in singulas materię partes distribuisse uidetur, liberalitatẽ exornatur. formosaq́; euadit. Vnde formæ ab ĩtellectu diuino, siue ab aĩa mũdi, aut a mundo spiritali siue cęlesti in eã, uelut radii quidã

Malorum proportio atq; concordia.
Mercatorum prouerbium.

Corporum defor mitas ac turpitudo ad materiã, eorumq; elegantia et pulchritudo ad formam tanquam ad proximam originem, propriãq; causam est referenda.

n terram defluentes illæ profe-
, quæ à materia turpitudine
chritudine exornant. Quapro
rioris pulchritudo à mundo ſpi
eſti originem ſuã deducit, quem
lem vitia ac turpitudines à de-
taq; materia, e qua omnia cor-
proficiſcuntur. S O. Cuncta igi-
què pulchritudine prædita eſſe
, cùm omnia à mundo ſuperiori
us formas accepiſſe videantur.
orpora nõnullam pulchritudinis
ito formarũ proprias ac defor-
nformantium participare, conce
e existimo: haud tamen propte
ra debent vocari. Nam for-
ratione omnia corpora iferiora
ea æquè perficere exiſtimantur,
materiæ vitia atque deformita-
corporibus æqualiter auferre cõ
nimò quibuſdam eorum exiguã,
aliis maiorem inſuper, et ſic gra
ndo iperfectionis ac turpitudinis
re videntur. Vnde quantò plus
ateriæ forma ſubducere ualet,
pulchrius atque formoſius; &
, tantò minus pulchrum, ac defor
Hoc autem diſcrimen haud ſolùm
us inferiorũ corporum ſpeciebus,
ve-

Corporum venustas ac pulchritudo ab exceſſu formæ ſuper materiã, eorundẽ verò deformitas ac turpitudo ab exceſſu materiæ ſuper formã nimirum proficiſci videtur.

verùmetiam in diuersis vnius, eiusdemq; speciei indiuiduis vsu venire perspicitur. Vndè minem homine formosiorem, necnon equũ equo pulchriorem sæpè videmus: quod quidem ea causa potissimũ contingit, quia forma essentialis vnius potentior quàm forma essentialis alterius existens à materia plus deformitatis auferre, & corpori maiorem quoq; largiri pulchritudinem valet. SO. Verùm cur obsecro corpora optimã proportionẽ seruantia à nobis pulchra existere iudicãtur? PH. Propterea quòd forma potẽtior, quæq; materiæ magis dominatur, corporis partes tùm inter sese, tùm cum toto optimè conuenientes, & rectũ intelligibilemq; ordinem conseruantes, necnõ ad propria munera obeunda, propriosq; fines consequendos aptè dispositas effingit; toti, & partibus simul, vel ipsæ diuersæ vel similes; uel homogeneæ uel eterogeneæ existant, meliorem quàm fieri possit vnam subministrando: ut totum formæ beneficio perfectionem, & vnitatem sibi conuenientem assequatur, formosumq; reddatur. At cùm materia formę, cui lege naturæ subijcitur, debitam obedientiã minimè pæstat, tunc forma materiæ partes haud ita perfectè, sicut ratio postulat, ad totum constituendũ vnire & instruere potest. Vnde nequaquã mirum existit, si totum propter materiæ à forma perfectionẽ & pulchritudinẽ cõferente defectionẽ minus pulchrũ

Corporũ optima congruaq; proportio à formæ ipsius super materiam excessu atq; dominio tãquã à uera proximaq; causa originẽ ducit.

ma-

magisq; deforme reddatur. SO. Quænã inferiorũ corporũ pulchritudo esse dicatur, et vnde prodeat, quisq; eã conferat, mirificè gaudeo didicisse. Verum dubiũ quoddã à te quoq; cõtra eos, qui pulchritudinem in proportione sitã esse æstimabãt, superius adductũ nõnibil molestiæ mihi afferre videtur: blandi nãque colores etsi pulchri existũt, nõ tamẽ ex forma partes eorũ coeuntgente cõstare dicũtur. Pariter etiã lucem formosissimã esse oẽs quidẽ fatentur, nec tamen partes informatæ, siue ad totius cõpositionem vnitatemq; cõfluentes in eã cõperiũtur. Sol ipse per, Luna, aliaq; sydera quãuis corpora existãt, haud tamẽ ex deformi materia, neq; ex forma perficiente, siue informãte cõstare existimãtur. Cur igitur pulchra appellãtur? Præterea musici cõcentus, suauissimæ voces, cõpositæ orationes, resonantia carmina, aliaq; cõplura; etsi neque deformem materiã, neq; perficientẽ formã tanquã partes ad eorũ cõpositionẽ concurrentes obtinuerunt, pulchra tamen esse dicuntur. Postremò imaginationis, rationis, mentisq; humana, quemadmodũ tute dixisti, pulcherrimi conceptus. etsi materiæ formeq; careant cõpositione, pulchritudine tamen cuncta inferiora corpora vincũt atq; antecellunt. PH. Rectè quidem dubitasti. Etiam, nisi me interpellasses, ad hoc quoque declarandum accingebar. Omnes inferiorum corporum pulchritudines, vt

iam

iam ostendimus, formis referuntur accep- quę cùm deformi materię valde superiores si- stunt, & eius rudem indigestamq; molem p- suo libito versant atque pertractant, corpo- nimirum formosissima reddunt. Verùm di- obsecrò, si formæ & turpia, & turpitudinem ipsam pulchritudine donant: non'ne & mate- ria, & corporibus ex materia constantibus lon- gè pulchriores existent? Vtique. Nisi enim eas pulchras esse concesserimus, vel turpes, vel neutras, hoc est nec formosas nec deformes, ip- sas existere necesse est dicamus. Si turpes, quo modo res propter earum præsentiam pulchræ reddūtur? Vnius contrarij quidem essentia nū- quam profectò alterum contrarium, sed sibi ipsi potius simile semper inducit. Si neutræ, cur res pulchritudine magis, quàm turpitudine do- nant? Et semper id agere cōperiuntur? Ne- cesse est igitur vt formas longè, quàm res ab eis perfectas atque informatas pulchriores tā- dem existere concedamus. Quapropter colo- res cōmuni lege formarum haud immeritò pul- chri eße dicuntur: si enim corpora optimè co- lorata à visu pulchra iudicantur, tantò magis colores vel pulchri, vel pulchritudinis potius nomine digni sunt existimandi: & multò ma- gis adhuc lux ipsa, quæ & coloribus, & colo- ratis pulchritudinem confert; quęque abstra- ctorum corporum forma, vt aliâs diximus, &

à cor-

Formæ cū & materia suapte natura turpissimā exornare, et corpora suopte īgenio rudia atq; īcōposita perficere valeāt; & materia, & corporibus ipsis informatis lōgè pulchriores debent existimari.

Colorū formalis pulchritudo.

Lux tū clarū pulchritudinū, : ..bus corpora infi- ..gnita cōspiciun- ..ur, formosßima, & quasi earum Princeps existit.

à corporea labe quàmmaximè remota esse censetur. Vnde cùm lux inferiorũ pulchritudinũ quasi mater esse videatur, pulchritudinis vniuersam ferè laudem profectò reportabit. Sol, Luna, & sydera propter copiosissimam eorum lucem pulcherrima existere prædicantur, quæ quidem in diuinis illis corporibus formæ ratione obtinuisse existimatur, ipsaque è Themistij sententia formæ potius quàm corpora informata appellanda esse uidentur. Cùm autem Sol formosissimæ lucis quasi parens ab hominibus habeatur, iurè omnium corporalium pulchritudinum principatus atque imperium ipsi vni defertur. Cui cætera astra, quæ Solarem lucem reliquis corporibus prius imbibunt, statim succedunt. Deinde omnia corpora inferiora, tùm lucentia, tùm colorata consequuntur, quæ pulchritudines proprias à Solari splendore accepere: ignisq́; præsertim, qui formæ præpotens virtute, & propter tenuitatem leuitatemque suã unus, quàm cæterorũ vnũquodq; elementorũ, purus lucis Solaris magis particeps existit. Huius autem elementi actiua, & ut ita dicam, formalis natura ex eo potissimũ cognoscitur, quòd nullum aliorum elementorũ ipsum valet vnquã è suo statu dimouere aut alterare, nisi illud fortasse prorsus extinguens: nec enim ignis, dum ignis appellationem meretur, alio quouis elemento in eum agente frigescere, aut

Astrorũ eximia pulchritudo in luce potißimũ consistit.

Ignis actiua, & formalis natura.

aut humeſcere, aut vllam omninò naturæ ſuę contrariā qualitatem ſuſcipere poteſt. At ip- in cætera elementa uim ſuā exercere frequē- tiſſimè conſpicitur; cùm, reliquorū elementorū naturis maximè repugnantibus, & aquas ca- lefaciat, & tellurem exurat, & aeris humorē

Ex luce tāquam ex uberrimo fonte oēs viſibiles pulchritudines deīde emanare vidētur.

reſoluat. Quapropter lux in vniuerſo infe- riori, ſublunarique mundo cōmuniſſimæ formæ rationem obtinuiße uidetur, quæ deformis ob- ſcuriſſimæque materiæ turpitudinem fugat, te- nebraſque reſoluit. Vnde corpora, quæ luce ma- gis abundant, ceteris formoſiora profectò eſſe cōperiuntur. Haud temerè igitur lucem pul- chritudinem ipſam, Solem autem pulchritudi- nis fontem ac Principem; Lunam verò, & re- liqua ſydera eiuſdem digniores ſatellites atq; miniſtros appellaße uidemur. Et hæc de uiſibi- li pulchritudine dicta ſufficiant. Nunc ad pul- chritudinē auditui expoſitam tranſeamus. Har-

Pulchritudines auditui expoſitæ.

monia idcircò pulchra uocatur, quia ut forma quædā ſpiritalis plures ac differentes voces in- telligibili ratione in vnum, muſicumq; concen- tum inſtituit, atq; coniungit. Voces autē ſua- ues tāquam partes, ac materia totius huiuſce- modi pulchritudine inſigniuntur. Orationis au- ſuper formoſitas ab interiori, ſpiritalique pul- chritudine proficiſcitur: quę plura, diſſimillima- que vocabula materiæ vicem gerentia in perfe- ctam ac intelligibilē unitatē, harmonica quod-

pro-

proportione retenta, ordinat atq; compingit: unde non immeritò ipsa cæteras corporales pulchritudines superare censetur. Carminũ quoque eadem ratio esse perspicitur, quæ præter intelligibilem pulchritudinẽ harmonicæ illius proportionis ac melodiæ magis, quàm solutę orationes participia esse uidentur. Cognitionis postremò, rationis, humanæque mentis pulchritudines quãcunque corporalem pulchritudinem longo nimirum exuperant interuallo: ipsę enim veræ, formales, ac spiritales pulchritudines existunt: ipsæ plures, differentesque animæ sensibilis, ac rationalis conceptus ordinant atq; coniungunt: ipsæ tãdem mentibus aptis, atq; dispositis pulcherrimas doctrinas impertiuat, infunduntq;. In corporibus deniq; artificiosè extructis artificialis quædã etiã pulchritudo reperitur. Quapropter mũdi inferioris formositas à mundo spiritali proficiscitur, & mox in formas, formarumq; beneficio in corpora deinde pertransit. Huiuscemodi autem formæ, siue formales pulchritudines nihil prorsus cum materiæ commercij habere videntur, nec enim propter illã deformis materiæ societatem formarum ipsarum pulchritudo minuitur, aut impeditur. Vnde uirtutes ac sapientia semper eodem modo pulchræ reperiuntur. At corpora informata illa profectò existũnt, quæ modò pulchra, modò turpia, prout materia formarũ pul-

Pulchritudines rõnis, ac mentis quàm maximè spirituales.

Pulchritudo artificialis.

Mundi inferioris pulchritudo è mũdo spiritali formarũ, quæ in corpora distribuũtur, beneficio descendit. Materiæ turpitudo ad corpora tantũ informata, minimè aũt ad formas huiuscemodi corpora informantes pertingit.

pulchritudini obsequitur, vel resistit, esse im-
tur. S O. Qua ratione naturales omnes cu
rei mundi pulchritudines à formis, quæ ma
riam exornant, & corpora informant, profi-
scantur, probè intellexi. Nunc illud tibi su-
perest declarandum, rerum artificiosarum pul-
chritudines vnde oriantur; cùm eis nec spirita-
lem, nec cælestem originem formarũ natura-
lium propriã, cum quibus artificiosæ nullã pror
sus conuenientiam habere videntur, assignare
possimus. P H. Quemadmodũ rerum natura
lium pulchritudo à formis naturalibus tam es
sentialibus, quàm accidentalibus originem du-
cit: pariter quoque rerum artificiosarũ pulchri
tudo à formis artificiosis proficiscitur. Qua-
propter ambabus pulchritudinũ speciebus ea-
dem nimirũ definitio accõmodatur. S O. Qua
nam obsecro hæc definitio existit? P H. Gra-
tia quædam formalis, quæ eam cognoscenti ma
ximam affert iucunditatem, ipsumq; ad sui al-
licit amorem. Hæc autem gratia, quam for-
malem appellamus, sicut corporibus natura-
bus merito naturaliũ formarũ, ita quoque ar
ficiosis operibus artificiosarũ formarũ bene-
cio contingit. Vt autem artificiosorũ corpo
pulchritudinem ab artis forma proficisci me-
lius atque distinctius cognoscas, duos informes
truncos ęqualis magnitudinis ante oculos tibi
propone: quorum vnus formosissima Veneris
ima

Rerũ naturaliũ pulchritudo ad naturales formas, itẽq; rerũ artificiosarũ elegãtia ad formas artificiosas semper est referenda.

Pulchritudinis cõmunissima definitio.

Artificiosorũ operũ pulchritudinẽ ab artis forma proficisci accõmodato quodã exẽplo declarat.

imagine fuerit elaboratus, altero rudi prorsus indistinctoq; remanente; Veneris illius insculpta pulchritudinem haud a ligno pcedere inde potissimū conijcies, quòd aliud lignū huic equale minimè pulchrū esse conspicitur. Reliquum est igitur, ut eius formā siue figurā artificiosè celatā eius pulchritudinē appellemus, ex qua lignum deinde sibi pulchri nomen acquirit. Quemadmodū autem naturales sensibiliū corporum formę tùm ab anima mundi, tùm etiā à primo diuinoq; intellectu incorporeā, & spiritalem originem ducunt; in quibus tāquam in duabus primis & potissimis causis omnes formę lōgè maiori quàm in diuisis corporibus essentia, perfectione, & pulchritudine prędita resident, & cōseruantur: pariter etiā formæ artificiosæ ab humani artificis mente, in qua longè absolutiores atque formosiores, quàm in corporibus deinde artificiosè extructis antea reperiri videntur, proficiscuntur. Et quemadmodū insuper si ex pulchro artificis opere corporis illius molem cogitatiōe abstuleris, nihil quicquā præter Idæam remanet in artificis mente collocatam: ita quoque, ex naturalibus corporibus detracta materia, Ideales tantūmodo formæ in supremo omniū intellectu, & in anima mundi præexistentes superesse cōspiciuntur. Ignorare autem Sophia te minimè arbitror quātò artis Idæa maiorem in artificis mente cōiuncta atq; vni-

Pulchritudo triplex exiftit, artificiofa, naturalis, atq; Idealis.

Idealē pulchritudinē tāquam ad summā quādam vnitatē redactā

tã naturalibus, quàm artificiosis pulchritudinibus in corpora mox diffusis ac dißipatis lõgè præstare demonstrat.

vnita, quàm in corpore diffusa ac dissipata pulchritudinem obtineat: singulæ nanque perfectiones, & pulchritudines vnione augentur, atque diuisione minuuntur. Vnde simulachrum vel Veneris, vel cuiuscunque alterius rei formositas ligno insculpiti, cùm diuisa, & in plures partes distributa esse videatur, tenuis infirmaque, si cum simulachri in mente artificis reconditi pulchritudine conferatur, nimirum existit: in artifice enim artis Idæa, omnibus ipsius partibus simul implicitis coniunctisq;, mutuumq; ad singularum pulchritudinem adaugendam sibi inuicem auxilium præstantibus, potissimum reperitur; adeò ut omnium partiũ simul formositas in vnaquaq; earum, & vniuscuiusq; partis pulchritudo in omnibus simul, nulla prorsus diuisione aut discrepantia impediente, reponatur atque consistat. Quapropter si quis vtrãque propositarum pulchritudinum oculis intueri valeret, artem interiorem opere artificis exteriori longè pulchriorem esse cognosceret, vtpotè illã, a qua tanquã à causa operis artificiosè extructi proficiscitur pulchritudo: quæ quidem tantũ perfectionis propter corporum societatem amittit, quantum ornamenta corpora propter eius aduentum consequuntur. Quantò enim magis rude corpus, atque deforme à forma distinguitur, & elaboratur; tantò pulchrius redditur, ac artificiosius euadit: &

quanto

quantò forma propter corporis molem magis extenditur, ac dissipatur; tantũ splendoris pro prij, propriæq; venustatis amittit. Forma igitur corpore soluta pulcherrima, sicut contrà corpus forma destitutũ turpissimum debet existimari. Idem autem, quod ad præsens propositum spectat, de artis, atque naturę operibus omnino est sentiendum. Nam formæ, quę naturalia corpora conspicua, formosaq; reddunt, in supremi artificis mente, & mundanæ fabricæ præstantissimo architecto, hoc est in diuino intellectu summa pulchritudine insignes profecto reperiuntur: ibi nanque omnes simul materiæ, mutationis, alterationis, & cuiuscunque diuisionis ac multitudinis prorsus expertes consistunt: & in earum vnaquaque cunctarum includitur pulchritudo, necnon vniuscuiusq; formositas in omnes pariter diffundi videtur. Singulæ rerum insuper formæ in anima mundi quasi in secundo artifice residere dicuntur: eis non tantam pulchritudinem in hac, quantam in primo intellectu, supremoque architecto nactæ fuisse creduntur. In anima nanque, quæ inter summum opificem, & naturalia corpora media intercedit, nequaquam ad purissimam illam vnitatem redactæ, sed ordinatam quandam multitudinem atque diuersitatem retinere existimantur: ibi tamen longè quoque maiorem, quàm in rebus ipsis natu-

Ideales pulchritudines & in primo intellectu, & in anima mundi, lõgè tamen nobiliori atq; simpliciori rõne in illo, quàm in hac resi dere existimãtur

ralibus pulchritudinem obtinuerunt; ibi[unreadable] *que omnes ordinis saltem vnitatem aßecu*[unreadable] *fuiße, & à materia, alteratione, motuq; alien*[unreadable] *quàmmaximè existere, necnon spiritalem na-*

Animæ mundi dignitas atque præstantia.

turā retinere videntur. Ex hac autem supre- ma ac præstantissima anima omnes animæ, for mæque naturales in mundum istum inferiorem delabuntur in diuersa distinctaque corpora diui sæ, ac distributæ: quæ quidem omnes alteratio ni, motui, ortui, ac interitui subijci conspicitun- tur, humana tantūmodo anima, quæ rationalis

Anima humana naturaliū omniū formarū nobilissima.

vocatur, excepta; quæ corruptionis, alteratio- nis, corporalisque motionis prorsus expers exi stit; & ratiocinandi, specierumq; recipiendarū spiritalem dūtaxat motionem sibi reseruaße ui detur. Nec enim ipsa ceterarum animarum,

Naturalium formarū maior, minorue pulchritudo ex earū cū corporibus minori, maioriue permixtione atq; societate originem ducit.

formarumque naturalium more vlla corporis mixtione contaminatur: quæ tamen non secus ac de formis diximus artificiosis, quantò minus cum corporibus permiscentur, tantò maiori pul chritudine nitent, formosioraque sibi subiecta corpora reddunt: quę verò malè amicū numer[unreadable] *habentes maiorem, īmodicamq; corporū mix tionem sortiuntur; minus pulchræ existere, & corpora sibi tradita turpia, deformiaq; efficere perspiciuntur. Oppositum autem in naturali-*

Corporū naturaliū maior, minorue formositas ex eorū naturalibus formis maiori, mi

bus corporibus vsu venire videtur: quę enim formis magis obediunt, seseque tota earum fi- dei cōmendant, pulchriora; quæ verò propriis

formis repugnant, easque sibi quasi subijcere student, turpiora euadere semper comperiuntur. Ex his Sophia profectò tibi iam cognoscere licet, quòd inferiorum corporum tàm naturalium, quàm artis industria elaboratorũ pulchritudo nihil aliud quàm gratia quædam existit, quæ ex propriæ formę vel substãtialis vel extrinsecus accedentis, vel naturalis vel ab artifice inductę merito eorum vnicuique contingit. Illud insuper quoque cognosces, quòd formæ quacunque ratione acceptę corpora eis informata semper pulchritudine vincunt. Quinetiam formæ ipsæ spiritali modo consideratæ lõgè præstantiores atq; formosiores, quàm cum corporibus coniunctæ esse videntur. Nec illud quicquam perturbare te debet, quòd pulchritudo corporibus infusa sese & oculis aspiciendam, & auribus audiendam exhibeat, spiritalis autem minimè: nam hæc quoque oculis animæ interioribus, præclaríque intellectus lumine à nobis conspici potest. SO. Quam conuenientiam obsecro, aut similitudinem anima nostra, noster que intellectus cum formis spiritalibus habet? PH. Humana quidem anima, quam rationalem vocamus, cùm ad imaginem atque similitudinem animæ mundi fuerit extructa, omnibus formis in ipsa anima mundana existentibus obscura quadam ratione fuit insignita: vnde ratiocinij auxilio tãquam superiori ani-

noriue obedientia atq; obtẽperatiõe originem trahit.

Rerum hactenus dictarũ epilogus.

Anima humana animæ mundi persimilis.

Intellectus humanus primi illius, diuiniq; intellectus imago.

Pulchritudines duæ corporales siue sensibiles, quæ scilicet visui, au-

mæ persimilis formas sibi impressas
ctè cognoscit, earumque pulchritudine
pit, diligitque. Similiter etiam intell
ster tanquam simulachrum quoddam
illum atque purissimum, omnibusque I
summam unitatem redactis insculptum
ctum repræsentat: qui, anima rationali
bus optimisque habitibus ratiocination
acquisitis iam expleta, summeque diss
nobis Idæalium tandem essentiarum v
& à cõmuni usu remotissimam, & qu
bilem cognitionem aperit atque infundit
propter nos intellectus lumine illustrat
illius intellectus, diuinarumque Idearu
mam pulchritudinem unico obtutu pos
intueri, ex qua quidem intellectuali uisio
ximam iucunditatem cum ingenti amore
iunctam percipimus. Pariter etiam rat
animæ oculis adapertis, & cogitationum
dabili serie obseruata, animę mundi, e
nium formarum in ea mirifico ordine re
tium formositatem nobis tandem aspic
cet: quæ quidem visio etsi non tantam
ma, magnam tamen ipsa quoque nobi
voluptatem, & ad vehementem nos
pellit amorem. Considera quoque ob
phia quàm rectè duabus istis spiritalib
mi scilicet intellectus, & animę mun
chritudinibus duæ illæ corporales, quæ

su, & auditu sentiuntur, pulchritudines tanquam earum imagines ac simulachra quadrãt atque respondent. Visibilis pulchritudo, quia totam luce consistit, & luce intercedente in oculos nostros insinuatur, intellectualem pulchritudinem repræsentat: Solem enim tanquam lucis vberrimum fontem primum intellectum referre iam antea admonuimus. Vnde quemadmodum primus intellectus luce sua, & formositate spiritali intellectum nostrum illuminat atque exornat: ita Sol primi intellectus imago propria corporaliq; luce, quę intellectualis quidam splendor in ipsius Solis formam, essentiamq; conuersus existere definitur, oculos nostros illustrat; ita vt ipsi beneficentissimi huius planetæ munere omnes corporales pulchritudines, quæ lucis, vt iam diximus, participes existunt, percipiant atque cognoscant. Altera autem pulchritudinis species, quæ auditu sentitur, cum pulchritudine animæ mundo prepositæ, tanquam imago cum exemplari optimè quidem conferri potest: ipsa enim in concentu, harmonia, & ordine non secus ac omnes formæ naturales in concordi, ordinataque illa vnione consistit. Et quemadmodum ordo formarum in anima mundi conspectus animam nostram quàmmaximè exornat, ab eaque tandem cum ingenti iucunditate percipitur: pariter

XX 4 *etiam*

ditaq; e... tur, duabu... spiritalibu... mis, primi... cet intelle... animæ m... simillimæ... dentur.

etiam voces in suauissimam cantilenam, vel in elegantem orationem, vel in artificiosum poema cõpositę atque constructæ mox ab auribus discernuntur; & per eas ad animam rationalem ingressæ ipsam quoque propter interiorem quandã concordiã, atque harmoniam ab anima mundi sibi traditam, ac infusam incredibili afficiunt voluptate. S O. *Qua ratione corporales pulchritudines, quæque visu, quęque auditu percipiuntur, spiritalium pulchritudinum primi intellectus, & animæ mundi imagines, atque simulachra quędam esse dicantur: & quòd sicut oculi & aures duo corporalium pulchritudinum genera comprehendunt: ita animus noster rationalis, & mens siue intellectus duo genera spiritalium formarum tandem cognoscunt, optimè videor intellexisse. Verùm ambiguitas quædam ex prædictis mihi succurrit. Anima nanque rationalis, & mens nostra intellectualis illæ profectò, meo quidem iudicio, existunt, quæ oculis, auribusq; tãquã nuntijs intercedentibus corporalium pulchritudinum & sibi vendicant cognitionem, & iudicium afferunt, eisq; maximè delectari, ipsasque vehementer diligere conspiciuntur. Quapropter oculi & aures nullo alio munere fungi videntur, nisi quòd velut viæ & semitæ quædam corporales pulchritudines ad animum atq; intellectũ nostrum deducunt.*

Fla-

Vnde ipsos circa corporales potius quàm circa spiritales pulchritudines versari, haud immeri tò fortasse aliquis diceret. P H. *Quin corporalium pulchritudinũ cognitio, iudicium, sensus, oblectamentum, & amor ad animum potissimũ; minimè autẽ ad oculos, vel ad aures eas deferentes pertineant, nemo ambigere debet. Si enim oculi & aures corporum pulchritudinem verè propriéue cognoscere, atq; diligere dicerentur; illud profectò consequeretur, quòd omnes corporalium pulchritudinum eandem cognitionem haberent, & æqualem voluptatem ex eis perciperent, necnon pari eas amore prosequerentur, cùm omnes oculis & auribus similiter præditi esse conspiciantur. Verùm oppositum potius contingit: complura etenim verè pulchra videbis, quæ tamen a multis perspicacissimis oculis minimè discernuntur, nec eas intuentibus vllam prorsus voluptatem afferũt, nec vllum sui amorem infundunt. Quot autem homines auditu insignes tibi reperirẽ, qui musicam pulchritudinem nec diligunt, nec approbant, imò eam quàmmaximè detestantur? Plures insuper inueniuntur, qui lepidorũ versuũ, et ornatissimarum orationum pulchritudinem prorsus ignorant. Corporalium igitur formarũ cognitio, iucunditas, & amor haud in oculis vel auribus, per quæ duo instrumenta illę tantùmmodo trãseunt; verùm in anima potius interiori,*

Corporaliũ formarum cognitio, uoluptas, et amor ad animorum nostrorum interiorem uim potius et facultatẽ, quã ad oculos, uel ad aures spectare creduntur.

teriori, ad quam ipsæ contendunt, reponi, sistereq; videntur. S O. Etsi hucusq; meis tibus faues, te tamen propositam ambiguitat haud prius expedire permittam, quàm rationem aliquam afferas, cur omnes hominum animi pulchrũ ipsum haud pariter cognoscunt, diligunt, aut prosequuntur: cùm tamen singulorum oculi & aures illud eadem, consimiliq; ratione ad animum deferant. P H. Huiusce rei causam vnà cum difficultatis propositæ solutione, nisi me interpellaueris, profectò cognosces. Corporales pulchritudines gratias quasdam a formis proficiscẽtes existere optimè calles. Omnes insuper formas a corporibus separatas, & vnitatis ordinem retinentes spiritali ratione in anima mundi iam diximus reperiri, cuius quidem superioris animæ animus noster rationalis imago, & simulachrum esse censetur: propterea quòd eius essentia in latente, & obscura quadam omnium spiritalium formarũ ab anima mundi tanquã ab exemplari, & ipsius origine sibi impreßarum figuratione cõsistere existimatur. Hæc latens obscuraq; figuratio illa mirùm esse videtur, quam Aristoteles potestatem, & communissimam intellectus potestatem ad omnes formas recipiendas, intelligendasq; præparationem appellant: nisi enim omnes rerum eßentiæ potestatis merito, siue latente ratione in animis nostris consignatæ fuissent,

Animus noster ex Platonis, & Aristotelis quoq; sententia spiritalibus formis ab anima mundi obscura quadam ratione sibi impressis plenus et figuratus existit.

nunquam ipsi profectò eas actu recipere, & quasi sibi insitas intelligere possent. Vnde Plato humanas cogitationes, atq; intelligentias nihil aliud quã rerũ in animis nostris præextitẽ tiũ, verũ propter succedentẽ obliuionẽ ab ipsis postea deperditarũ quasi recuperationes, atq; reminiscentias quasdã esse existimauit. Hoc autẽ nihil aliud profectò, quã potestatẽ illã ab Aristotele introductã, et latentẽ istã, de qua nunc sermonẽ habemus, figurationẽ significare videtur. Ex prædictis igitur id nimirũ Sophia colligere potes, quòd formę et species nequaquã a corporibus in animos nostros resiliũt: vt .n. res ex vno in alterũ subiectũ migrentur, seu transferãtur, fieri minimè potest. At rerum species sensibus obiectę id tantũmodo efficere valẽt, ut earundem formæ atq; essentiæ, quæ prius in animis nostris nitebant, copiosissimamq; lucem effundebant, pristinum splendorem denuò consequantur. Hec pristini splendoris acquisitio ab Aristotele quidem actus intelligendi, a Platone verò reminiscentia appellatur. Verùm isti duo præstantissimi Philosophi varijs ac diuersis nominibus vsi idẽ prorsus significare voluerunt. Animi igitur nostri formaliũ pulchritudinum pleni quidem existunt, quinimò ipsę pro prię eorũ essentię esse dicũtur. Quòd si excellẽtissimę istę pulchritudines in ipsis latẽt, huiusce modi latitatio nequaquã ex intellectu, qui aīæ essen-

Plato humanas sciẽtias nil aliud quàm reminiscẽtias quasdam esse existimauit.

Sensus haud nouã quidem animis nostris cognitionem afferre, sed eos potius ad antiquam scientiam sibi recuperandam excitare uidentur.

Formarum animis nostris consignatarum latitatio ex corporis humani, materiæq; societate nimirũ contingit.

essentiam largitur, verùm ex corporis humani, materiæq; societate potius atq; connexione ipsis contingit. Etsi enim animi nostri rationales nequaquam cum corporibus permiscentur: attamen coniunctio & colligatio, quam ipsi cũ corporibus habẽt, potissima causa existimatur, vt animorum essentiæ, hoc est formales eorum pulchritudines, quæ suapte natura nitidæ ac splendidissimæ existunt, ita adumbrentur atque obscurentur, vt pulchritudinũ in corpora diffusarũ species imaginesq; sensibiles necessariò requirantur, vt animi pulchritudines interiores, reconditæ, atq; latentes antiqui splendoris aliquam denuò sibi recuperent portionem. Cùm

Ratio, cur homines in disciplinis percipiendis diuersis, et infinitis propemodum rationibus sese habere perspiciũtur, in interiorẽ formarum animis nostris consignatarum maiorem uel minorẽ adumbrationem atq; obscuritatẽ eleganter admodum confertur.

autem huiuscemodi adumbratio & obscuritas in animis singulorum hominum, prout corpora maiorem vel minorem animabus suas obedientiam præstiterint, plurimis ac dissimillimis modis sese habere conspiciatur: hinc fit vt anima vnius viri facilius, altera autem difficilius reconditas illas pulchritudines cognoscat. Nonnullorum verò hominum animi, qui Deo fortaßè inuisi materiam, ex qua eorum corpora constant, rudem admodum atq; incompositam gerunt, formas illas sibi insitas intueri minimè possunt: indigesta nãq; materia tenebras, quas ipsa animæ induxit, expelli siue fugari, Soléq; reduci nequaquam consentit. Hinc quoq; contingit, vt nonnulli homines promptè abscon-

dita-

aliorum auxilio pulchritudines sibi ingenitas percipiant: nonnulli verò præceptorum discipli narumq; beneficio hoc consequantur, nonnulliq; postremò ne minimam quidem eruditionẽ acquirere possint. Insuper etiam eundem hominem quasdam pulchritudines facilè, quasdã verò difficilè cognoscere cernes: quod inde potissimum accidere videtur, quia ipsius materia maiorem cum istis quàm cum illis cõrporalibus formis conuenientiam atque similitudinẽ obtinet. Quapropter reconditæ pulchritudines non eadem ratione in omnibus hominum animis latent: & propterea nonnullæ ipsarum a Socratis verbi causa anima sensibilibus speciebus expergefacta facilè, nonnullæ verò difficilè cognoscuntur. Propter hanc autem materię plurimas ac dissimillimas dispositiones tot differentiæ in humanis animis versantur, vt vix percipi queant. Iam igitur Sophia tibi censeo innotuisse, quòd omnes animis nostris antiquitus insitæ, & ab exterioribus corporibus sensuum deinde auxilio confirmatę pulchritudines eædem prorsus cum formis illis existunt, quas anima mundi ab intellectu acceptas in omnia corpora distribuisse videtur: & quibus ipsa animam nostram rationalem, vt eam sibi quàm simillimã redderet, informauit atq; distinxit. Vnde facillimè ex corporalium pulchritudinũ cognitione tùm ad animæ nostræ intelligentis, tùm

tùm etiam ad animæ mundi pulchritudinẽ contemplandam ascendere nobis licebit: & tam a pura nostra, intellectualiq; mente suffulti ad primi, diuiniq; intellectus supremã omniũ pulchritudinem intuendam aduolare poterimus; non secus atq; imaginum cognitio ad exemplaria cognoscenda nos quasi manu ducere solet. Corporales igitur pulchritudines in nostro intellectu spiritali quadam ratione consistunt, & tanquam spiritales ab eo cognoscuntur. Vnde non immeritò nos animæ nostræ rationalis, & mentis siue intellectus lumine spiritales pulchritudines discernere suprà iam diximus, hec tantũ discrimine intercedente: quòd ratio formarum in anima mundi existentium pulchritudines circa corporales antea formas, quæ ad earum imaginem extructæ fuerunt, diu multũq; reuolutà tandem cognoscit. At pura mens directè, & vnico obtutu rerũ omniũ singularem pulchritudinem in supremi intellectus Idæis cõtemplatur, distinctissimeq; cognoscit. Hic autem postrema hominis beatitudo cõsistere prædicatur. Illud insuper ex prædictis Sophia tibi colligere licet: quòd animæ illæ, quæ in corporalium pulchritudinum spiritali portione a vili materia, corporeaque turpitudine seiungenda quàmmaximè laborant, vix vnquam ipsæmet animę spiritales pulchritudines, hoc est virtutes, scientias, sapientiasque attingent. Virtutes

quam-

Per corporales atq; inferiores formas tanquã per gradus quosdam ad spiritalium formarũ, atq; Idæalium pulchritudinũ in diuina mẽte reconditarum contẽplationẽ proficiscí, ascẽdereq; debemus.

Differẽtia inter rationẽ ac mẽtẽ.

Humana beatitudo.

Animorũ nostrorũ præcipuũ munus in spiritalibus formis a fæda materia seiungendis, et a corporũ impuritate reuocandis situm esse uidetur.

quemadmodũ etsi omnes sensu oculorum præditi corporales pulchritudines intuentur, haud tamen omnes earum formositatem discernunt, neq; ex ea cõuenientem voluptatem percipiũt, sed ij duntaxat, qui pulchritudinis rerũ pro ipsarum dignitate magis vel minus studiosi existunt: pariter etiam quanuis omnes animæ spiritales pulchritudines cognoscunt, haud tamen cunctæ ad earum formositatem distinctè intelligendam pertingunt, neq; omnes ipsarũ fruitionem pariter appetere videntur; sed illæ duntaxat, quæ huiuscemodi spiritalium pulchritudinum maiori vel minori amore naturali quadã propensione capiuntur. SO. Quã ratione animi nostri spiritali modo mox corporeas, dein de harũ ope incorporeas quoq; pulchritudines cognoscant, quæ in primo intellectu, mũdiq; anima clarè admodum conspicueq; refulgent: in humana verò ratione latitare, & quasi umbris quibusdã inuolutæ esse videntur, optimè teneo. Id insuper etiã intelligo, sicut qui corporales pulchritudines perfectiori modo cognoscũt, vehementius eas diligunt, quàm qui ipsarũ imperfectiorem cognitionem sortiuntur: pariter etiã qui pulchritudines a corporibus oĩno separatas acrius cõtemplãtur, eas lõgè maiori amore quã cęteri psequũtur. Illud quoq; addidisti, qui corporaliũ pulchritudinum partem spiritalem facilè expediteq; ab impura seiungũt, ip-

Animorũ nostrorum in spiritales pulchritudines laudabilis amor.

Rerum hactenus dictarũ epilogus.

sarũq;

ſarumque maximam ſibi vendicant cognitionem; eoſdem melius vtique promptiusq; quàm cæteros incorporales pulchritudines & intellectu, animaq; ſuperiori reſidentes percepturos. Verùm his ratio quædam in primis aduerſari videtur. Si nanq; vehemens pulchritudinis amor ab eius perfecta cognitione tanquã a cauſa proficiſcitur, id nimirum conſequetur, quòd ſicut qui corporales pulchritudines diſtinctè cognoſcunt, incorporales quoq; optimè percipiunt: ita qui corporalium formarum amantiſſimi exiſtunt, incorporales quoq; atq; intellectuales pulchritudines, veluti ſapientiam ac virtutes, vehementiſſimo amore proſequentur: cuius tamen oppoſitum contingere videmus. Qui nanq; corporalium formarum amoribus nimium indulgent, cognitionis & amoris intellectualum pulchritudinum ferè ſemper expertes eſſe, & quaſi cæci in eis frequentiſſimè errare comperiuntur: intellectualum verò formarum maximo amore irretiti corporales contemnunt, derelinquunt, aufugiunt, atq; execrantur. PH. Te hanc difficultatem in mediũ adduxiſſe haud moleſtè fero: ex eis enim ſolutione maximum, ni fallor, capies emolumentum. Nam qua ratione corporales pulchritudines amare & proſequi, quaque ratione eaſdem odiſſe ac effugere debeas, quæ pœ[...] cta cognitio, quis verus amor, quod ſtudium falſum

falsum atque adulterinum ipsarum esse dicatur, ex nostra responsione profectò addisces.

Animam non tantùm mundo præfectam, verùmetiam humanam ad eius similitudinem extractam inter intellectū, corpusq; mediam intercedere superius intellexisti. Hoc quidē illud nimirū consequi videtur, vt animi nostri, quemadmodū de Luna partim ad Solem, partim ad terrā conuersa suprà iam diximus, duas facies gerant: quarū una ad intellectū superiorem, altera autem ad inferiora corpora spectat. Prima quidem facies ad intellectū conuersa intellectualis ratio nūcupatur: quæ rerū uniuersalem & spiritalem ratiocinij auxilio sibi comparat cognitionem, formas atq; essentias intelligibiles a singularibus sensibilibusq; corporibus seiungendo, & corporeū mundū ad intelligibilem semper redigendo. Altera uerò facies ad corpus inclinans sensus propriè uocatur: quæ rerum corporalium, materiæ conditionibus appendicibusq; retentis, singularem sibi uendicat cognitionem. Duæ istæ animorum nostrorum facies contrarios, oppositosq; motus seruare uidentur. Sicut enim facies superior, quam rationem, siue rationalem cognitionem uocamus, corporea ad incorporea transfert: ita inferior, quam sensum, siue sensibilem cognitionem appellamus, ad corpora propius accedens, & earum consuetudine delectata in-

Anima inter intellectum, et corpus media colloca tur.

Animi nostri duas facies gerunt, quarum superior ad intellectum cōuersa ratio, inferior uerò ad corpus propēdens sensus nuncupatur.

Duarum animæ facierum contrarij atque oppositi motus.

corporea ad corporea deducit. Corporales i-tur pulchritudines ambabus animæ facies, sensu videlicet ac ratione, & duplici cognosc-di ordine, corporali scilicet atq; intellectuali, nobis cerni ac percipi possunt. Duas autem ha-sce corporalium pulchritudinũ tam differentes cognitiones duo quoq; varij, dissimilesq; profe-ctò consequũtur amores: sensibilem enim cogni-tionem sensibilis amor, et rationalem cogitatio-nem spiritale studiũ concomitatur.

Amor duplex exi-stit, sensibilis scili-cet ac spiritalis.

Plures insu-per reperiuntur, qui animę faciem corporalem copioso lumine præditam, intellectualem verò obscuram habere videntur: quod quidem pro-ptereà contingit, quia ipsorũ animi in corpori-bus nimiũ demerguntur, materiæq; plus iusto adherescunt; eorũdem verò corpora & animis parũ obtemperare, vixq; ab eis superari con-spiciũtur. Huiuscemodi hoies totã corporaliũ sensibiliũq; pulchritudinũ cognitionẽ ab eis ha-bitam, totũq; ipsorum in illas studiũ atq; amo-rem ad sensus tantùmmodo referũt: spiritales verò pulchritudines nec cognoscũt, nec amãt, nec ex eis vllam iucunditatem percipiũt, nec ipsas vllo pretio aut amore dignas esse arbitra-tur; qui omnium hominũ miserrimi quidem ex-stũt, & a bestijs parùm certè differre viden-tur: hoc nomine tantũ eis superiores, quòd ip-[sos] luxuriam, libidinem, concupiscentiam, cupidi-tatem, auaritiã, cæterasq; animi perturbatio-

Duarum animæ facierum compiu-res differentias in corporalibus, uel spiritalibus formis diligendis, prose-quẽdisq; recensei.

Hominum miser-rimum genus.

atq; ægritudines radicitus sibi gerũt infixas: quæ quidem vitia non solùm hominem deprimunt, eumq; hominis nomine reddũt indignũ: sed etiam ipsum in laboriosam, inexplicabilem, perturbatissimam, nec vnquam consistentem vitam præcipitem trahũt; nec vlla stabili quiete, perpetuoue animi gaudio eum recreari permittunt. Hoc autem idcircò contingit, quia huiuscemodi appetitiones atq; iucunditates propter earum maximam imperfectionem nullã prorsus humanæ vitæ tranquillitatem aut stabilitatem possunt afferre: præsertim cùm a materia perpetuò exagitata, nec vnquam quiescente tanquam a communi sensibiliũ omnium pulchritudinum matre originem ducant. Præter hos aliud quoddam hominum genus reperitur, qui hominis nomine longè superioribus digniores existunt. Isti faciem animæ ad intellectum conuersam non minori lumine, quàm alteram ad corpus vergentem oppletã obtinuerunt. Nonnulliq; insuper faciem intellectualẽ splendidiorem, quàm corporalem habere perspiciuntur. Hi omnes sensibilem cognitionem ad rationalem potissimũ tanquam ad propriũ finem referunt, diriguntq; & sensibiles pulchritudines inferiori facie perceptas eatenus æstimare diligereq; videntur, quatenus superioris faciei beneficio rationales formas, vbi vera pulchritudo, vt iam diximus, consistit, ex eis se

Hominum præstantissimor', & diuinorũm prope modum genus.

cernere possunt. Vnde etsi ipsi animam ipsi talem, facie inferiori intercedente, ad corpor. vt eorũ pulchritudinem sensibili ratione cognoscant, admouere conspiciũtur: mox tamen priori contrario motionis genere vsi sensibiles species superioris, & rationalis faciei auxilio sursum attollunt, & ex eis formas, speciesq; intelligibiles seiungunt, in quibus potissimùm veram pulchritudinis cognitionem sitam esse existimant: partem autem corpoream atq; sensibilem veluti turpem, incorporeæq; indumentum, siue potius umbram & imaginem quandam statim abijciunt ac derelinquunt. Sicut autem excellentissimi isti viri cognitionem sensibilẽ ad intelligibilẽ referunt, ita quoq; ipsi corporalem amorem ad spiritalem ordinant, diriguntq;: tãto .n. amore sensibiles pulchritudines prosequuntur, quantũ earum perceptiones ad spiritales, insẽsibilesq; pulchritudines cognoscẽdas ac adamandas sibi existimant profuturas. Has uerò tantùmmodo ut ueras, & præ cæteris excellentissimas formas mirificè diligunt, eisq; fruì quàm maximè student ac delectantur: corporales autẽ ipsas, sensibilesq; pulchritudines ab incorporeis seclusas tantũ abest ut amẽt aut prosequantur, ut eas potius tanquã monstra quædam odiße, & quasi acerrimam hostem aufugere uideantur. Verè enim rerum corporalium sordes animis nostris ad fælicitati

nasce-

consequendā maximū afferunt impedimētū, luce itelligibili ex eorū superiori facie, in qua humana beatitudo consistit, detracta, et toto splēdore in faciem inferiorem sensibilemque collato. Vnde quemadmodum aurum cum alijs impurioribus metallis, terrenisque præsertim fecibus cōmixtum nec pulchrum, nec perfectum, nec purum existere potest: eius enim præstantia in eo potissimum sita esse censetur, ut cuiuscunque impuræ permixtionis expers omnino esse dicatur: ita quoque anima sensibilium pulchritudinum amoribus implicita nunquam in propriam pulchritudinem, puritatem, aut beatitudinē reuertetur; nisi cùm a sensibilium formarum studijs libera prorsus atq; soluta lucē suam intellectualem, & pristinam perfectionē sibi recuperauerit. Ignorare igitur Sophia videris vbinam sensibilium formarum cognitio potissimùm consistat: eam enim in ipsarum sensibili, &, vt ita dicam, materiali tantùmmodo cognitione sitā esse arbitraris, etsi nullæ prorsus ex ipsis pulchritudines spiritales seiungantur; & longè quidem erras: hæc enim corporalium pulchritudinum cognitio imperfecta admodum existit. Nam qui rem accedentē principem locum obtinere sibi persuadet, haud rectè iudicat; quiq; vt vmbras sequatur, lucem contemnit, haud clarè intuetur; & qui veris formis, summisq; exemplaribus rerum negle-

ctis, simulachra ac imagines diligit, seipsum [illegible] disse videtur. Vnde perfecta corporalium formarum cognitio id in primis requirit, vt ea intercedente incorporales pulchritudines ex illis facillimè secerni queant: tumq; inferior animi nostri facies, quæ corpus suæ fidei concreditum respicit, accommodatū sibi lumen nanciscitur: cùm ipsa superioris, quæ ad intellectū conuertitur, faciei commodis inseruiens eam quoq; debito lumine oppleri quàmmaximè studet, & accedentis, inferioris, atq; ministræ naturā seruare conspicitur: Quòd si superior inferiori forsitan cesserit, tunc ambabus proprio lumine destitutis, ac in densissimis tenebris versantibus anima illa miserrima atq; infœlicissima procul dubio erit existimanda. Tunc igitur inferiorū pulchritudinum amor rectus & laudabilis esse censetur, cùm ex illis spiritales formas seligere, & quasi exprimere studet, quæ verè proprieq; amabiles eße dicuntur. Vnde amor in his potissimum, & propter ipsas in corporibus etiam tanquam accedentibus quibusdam versatur. Quemadmodū enim vitrei oculi tūc apti pulchri, & grati nobis existere prædicātur, [illegible] eorū perspicuitas ad visum, & oculos nostros laudabilem seruat proportionem, speciesq; visibiles sincerè et fideliter per eos ad visum ipsum deferūtur: Quòd si clariores fortasse extiterint, nec debitam proportionem retinuerint, [illegible] tum

Animæ summa miseria, atq; calamitas.

Sensibilium et corporalium formarum cognitio, ac studium ad formarū spiritalium atq; intelligibilium contemplationem, & amorem referri tantùmmodo debet.

tùm inutiles esse, verùm etiam visui damnum ac impedimentũ nonnullum afferre cõperientur. Pariter etiam sensibilium formarum cognitio tunc bona esse, & veros amores, honestasq; voluptates quasi procreare videtur, cũ ad intellectualium pulchritudinum cognitionẽ refertur, & earum amorem ac iucunditatem nobis infundit. Quòd si ad hunc finem minimè instituitur, & noxia esse, & spiritales pulchritudines, atq; intellectualem splendorem, humanamq; felicitatem nobis inuidere haud immeritò quidem existimatur. Caue igitur Sophia, ne sensibilium formarũ amore et voluptate adeò capiaris, vt animo tuo a pulcherrimo ac intellectuali principio reuocato, eũ in turpissimi corporis, & prodigiosæ materiæ cæcis vndis quandoq; demergas: ne'ue illius exẽplum imiteris, qui cùm elegantissimas formas in aquas immundas aspexisset, veris derelictis vmbras atq; imagines persequi maluit: vnde cùm sese præcipitem daret, in turbidis vndis mox periisse narratur. SO. Tuis monitis obtemperare summo studio contendam: quot enim errores in corporalibus formis cognoscendis sæpissimè cõmittãtur, et quàm facile homines in eis labi soleant, optimè nimirum intelligo. Id insuper etiã clarissimè cerno, quòd formosa atq; elegantia corpora pulchritudines proprias à corporali natura minimè acceperunt, cùm eorum pulchri-

Corporales pulchritudines incorporalium formarum umbræ quædam existũt. Animorũ nostrorum fœlicitas in intelligibiliũ, spiritualiumqs formarum acerrima contemplatione consistit.

tudo nihil aliud esse dicatur, nisi conuenientia quædam, quã corpora cum incorporeis obtinuerunt: aut quidam splendor a spiritalibus in corpora inferiora diffusus, quorum pulchritudines incorporalium illarum, atq; intelligibilium formarum vmbræ, & imagines quędã esse iurè existimantur. Prætereaid quoq; verissimum esse confirmo, animorum scilicet nostrorum fœlicitatem in eo collocari, vt ipsi a corporalibus ad spiritales pulchritudines contemplandas attollantur, & inferioribus ac sensibilibus formis intercedentibus ad superiores atque intelligibiles cognoscendas accedant. Verùntamen quid pulchritudo ista spiritalis, quæ et singula incorporea pulchritudine donat, & corporibus quoq; non tantùm cælestibus largè copioseque sese cõmunicat, verùmetiam inferioribus atq; caducis magis minusq́; pro singulorum captu, humanoq́; præsertim generi, in primisq́; animę rationali, et menti ac intellectui sumet copiam facit, eße dicatur, adhuc ignoro. Quid ol secrò pulchritudinem istam, quæ in totum siue vniuersum, singulasq́; ipsius partes diffunditur, et cuncta pulchra formosaq́; reddit, eße arbitraris? Etsi enim pulchritudinem gratiam quandam formalem, quæ nobis cognita atq; perfecta animos nostros ad eam diligendam impellit, eße pronuntiasti: hæc tamen definitio formosis corporibus, & corporalibus tantùmmodò

dò formis accommodari posse videtur. Verum cùm huiuscemodi pulchritudo, si cum incorporali, & a materia prorsus separata pulchritudine conferatur, eius vmbra & imago quædā esse dicatur, id in primis itelligere vellem, quid nam forma ista incorporea, ex qua omnes corporum pulchritudines tanquam ex vberrimo fonte emanare videntur, existat. Hoc enim perspecto, quidnam vera sit pulchritudo, quæ in vniuersa distribuitur, statim cognoscā; nec vllam corporalium formarum certam, definitāq; cognitionem requiram. Corporalis nanque pulchritudinis definitio, quam superius attuli, haud ipsi tantùmmodò formæ, sed formę in corpore inclusæ conuenire videtur. Pulchritudinis verò ipsius a corporibus separatæ essentiā adhuc prorsus ignoro, & hanc scire gratissimum utique mihi foret. Id quoq; Philo. si me amas, pertractandum aggredere. PHIL. *Artificiosorum operum pulchritudinem nihil aliud esse iam diximus, quàm artem ab artifice in omnia corpora artificiosa, & in singulas eorum partes diffusam, ac distributam. Vnde. ueram primamq; omnium artificiosarum formarum pulchritudinem nihil aliud profectò est, si contingit, quam ipsammet artem uel scientiā in artificis mente præexistentem, ex qua tanquam ex summa quadam Idæa cunctis artificiosis corporibus impertita eorum uariæ ac diffe-*

Corporum tā naturaliū quā artificiosorum formositas atq; elegantia ex Idæali summaq; pulchritudine tanquā ex diuino quodam fonte prodijsse uidetur.

differentes pulchritudines deducuntur. Ita quoq; in naturalibus corporibus vsu venire vi-detur: eorũ enim pulchritudo nihil aliud quàm splendor Idæarũ ad ipsa illustranda pertingens existere definitur. Quapropter veræ rerum omnium atque excellentißimæ formæ in Ideis reponuntur, quarum beneficio omnia corpora deinde pulchra formosaq; redduntur. SO. *Tu rem obscuram per aliam non minus difficilem exposuisse videris. Veras pulchritudines in Idæis repositas esse ais. Ego autẽ nõ minus Ideas, quàm pulchritudinis essentiam siue definitionẽ ignoro: Quinimo Idæarum essentia, ut optimè calles, multò magis quàm essentia pulchritudinis latere existimatur. Rem igitur manifestiorem obscuriore quomodo vis illustrari? Præterquàm autem Idæarũ longè magis quàm pulchritudinis essentia est nobis ignota, multò quoque incertior, magisque dubia existit: omnes enim veram quandã pulchritudinem, è qua cunctæ aliæ proficiscuntur, reperiri concedunt. At plures philosophorum, & ij quidem præclarissimi, velut Aristoteles, omnesque Peripatetici simul, Idæas illas Platonicas labefactarunt atque euerterunt. Quo pacto igitur res certa, dubia, et manifestior obscuriore potest declarari?* PH. *Idææ nihil aliud profectò, quàm rerum omnium procreatarũ notitiæ quædam in summi opificis & creatoris mente præexistentes esse*

Pulchritudo in corporibus perspecta splendor quidam Idæarum ad ipsa illustranda pertingens existit.

Idææ rerum omnium procreatarũ notitiæ quædam in diuina mente

esse dicuntur: quas quidem neminem vnquam sanę mentis arbitror negaturum. SO. Cur negari minimè possunt? PH. Quoniam si mundus haud casu, nec forte fortuna, sicut ordo totius & partium clarissimè indicare videtur, in lucem editus fuit: a mente quadam diuina, sapientissimoque intellectu, qui tam admirabilem ordinem, & tantam singularũ partium conuenientiam ipsi præstiterit, eũ procreatum fuisse necessariò est concedendum. Vir igitur sapiens in totius mundi tam admiranda cõpositione, & in omnium quãuis minimarum particularum ordine, proportione, maximoq; artificio summam opificis perfectionem, & incõprehensibilem creatoris sapientiam quasi insculptam clarissimè intuetur. SO. Hoc nunquã profectò negarem, nec ab vllo negari posse existimarem: creatoris enim vniuersi ipsius solertiam, & miram prouidentiam tùm ex me ipsa, tùm etiam ex singularũ corporis mei partium artificiosa structura perspicio, quæ tanta nimirum existit, vt nullius quãuis sapientissimi viri ingenium eam plenè cumulateque percipere possit. PH. Diuinũ artificium multò magis profectò cognosceres, si humani corporis, singularũque ipsius partiũ anatomen vnquã vidisses: huiuscemodi nãque admirandũ spectaculũ immensam Dei sapientiã, prouidentiã, ac artem in corporis nostri cõpositione atque structura adhibitam

præexistentes esse definiuntur.

Idæarum necessitatem Dei mira in mundi ipsius procreatione solertia, ac prouidentia satis superq; demonstrat.

tam oculis tuis ſubieciſſet, ita vt ſtupore ſu-dente in Iobi verba illa facillimè proru piſſe. Ex carne mea Deum contemplor. S O. *Rectè quidem putas. Verùm Idæarũ iam inceptam materiã obſecrò ne relinque.* P H. *Si ſummus opifex rerum in vniuerſi vnà cum omnibus ipſius partibus atque particulis procreatione ordinis, conuenientiæ, & perfectionis ſingularũ tam diligentem exquiſitãque rationem habuiſſe videtur, rerum tanta induſtria elaboratarũ notiones in diuina opificis mente perfectiſſima quadã ratione neceſſariò præextitiſſe oportet, non ſecus ac omnium artificioſarum formarũ notiones in artificis ſiue architecti intellectu quaſi ſemina quædam neceße eſt prius latitaſſe. Hæ quidem vniuerſi, & ſingularũ ipſius partium cognitiones in diuino intellectu præexiſtentes illæ nimirũ eße dicuntur, quæ Idææ apud omnes paſſim uocantur, hoc eſt rerũ omnium procreatarum diuinæ quædam prænotiones. Quid igitur ſint, & in quem ſenſum propriè accipiantur Idææ, iam, ni fallor, Sophia percepiſti.* S O. *Optimè quidem. Verùm dic obſecro, cur Ariſtoteles, cæteriq; Peripatetici eas impugnarunt?* P H. *In quonam Ariſtoteles Idæarum materiã pertractans à Platone eius præceptore differat, recenſere, & utriuſq; rationes in medium adducere, aut cæteris fortiora argumenta ſeligere, nimis longum profecto*

ctò laboriosumque foret. Huic quidem tam arduæ disputationi nunc supersedendũ existimo, ne à proposito iam incepto longius recedamus, ne'ue prolixi nimium aut loquaces uideamur. Id tantùmodo tibi dicam, quòd Ideas eo modo, quo illas exposuimus, acceptas nec unquam Aristoteles negauit, nec eas profectò negare potuisset, etsi Idæarũ nomine ipsas designare noluerit. Aristoteles enim Νόμος, hoc est sapientissimũ ordinem uniuersi, a quo quidem ordine perfectio ac dispositio mundi, singularũq; ipsius partium proficiscitur, in diuina mente haud aliter præexistere censet, quàm in mente Imperatoris totius exercitus ordo, ac situs antea reperitur, a quo tãquam a potissima causa, tùm vniuersi, tùm singularũ partium exercitus instructio, ac pugna deinde in lucem prodire conspicitur. Quapropter Idææ Platonicæ, quæ in diuina mente residere dicuntur, alijs nominibus, ac differentibus exemplis ab Aristotele quoque confirmantur. SO. In quonam præstantissimi isti Philosophi conueniunt, optimè intelligo. Verùm aliquid insuper de eorum differentia in hac tam præclara Idæarũ materia audire desiderarem, quas Aristoteles & Peripatetici tanto odio prosecuti esse uidentur. PH. Libentissimè tibi morem geram. Plato totam rerum essentiam atque substantiam in Ideas coniecit: ita vt quæ ad earum similitu-di-

Aristoteles Ideas Platonicas, nominibus tantùm permutatis, cõfirmasse potius quã labefactasse uidetur.

Aristotelis & Platonis controuersiã de Idæarũ essentia elegã: s

fimè quidē expli- cat atq; declarat.

dinem in mundo corporeo deinde extruc
runt, umbras potius substantiæ essenti
quàm essentias uel substantias appelland
duxerit. Quapropter ipse coporales fo
prorsus contemnit: nec quicquam aliud v
tis nobis eas afferre arbitratur, nisi ut in
rum cognitionem nos euehant atq; perduc
ipsarumque pulchritudinem nihilo proxim
esse contendit. Aristoteles verò in hoc
gotio moderatius sese gessisse uidetur: pe
ctissimum nanque artificem prfecta etiam
ra proculdubio construxisse iudicauit. Q
obrem ipse in mundo, & in cunctis eius p
bus essentias, atque substantias ueras prop
que existimat reperiri. Idæales autem n
nes nec essentias, nec substantias rerū ap
lat: sed causas eis producendis tantūmodo
ordinandis præpositas esse arbitratur.
propter ipse primas substantias singular
stere statuit, & in earum vnaquaque tot
ciei essentiam voluit conseruari: species
vniuersali communique ratione acceptas
quidem Idæas, nec causas reipsa subsistē
intellectuales tantūmodo conceptus, qua
humana ex substantijs atque essentijs
duorū actu subsistentiū eruit & extra
putauit. Vnde huiuscemodi cōmunes
uersales conceptus, propterea quòd ab
ctu nostro ex primis indiuiduisq; substa

trahuntur, secundas substantias appellauit. Idæas autem nequaquam, vt Plato sensit, primas substantias, nec secundas etiam existere opinatur: sed primas causas omnium corporalium substantiarũ, & cunctarũ ex materia formaq; constantiũ essentiarũ principia quædam esse testatur. Præstantissimus enim iste philosophus materiã et corpus ad omniũ corporaliũ rerũ essentiã, substantiãq; constituendã concurrere affirmat: & in cunctarũ essentiarũ definitionibus, quæ ex genere differentiaq; cõponuntur, genus quasi materiã vel corpus, vel materialem cõmunemq; formã principem locum obtinere; differentiã autem quasi formã propriã atque specificam subsequi tradit: vniuscuiusq; enim rei essentiã substantiamq; ex duabus partibus, materia scilicet ac forma, constare existimant. Cùm igitur Idææ & materia, & corpore careant, idcirco essentiæ vel substantiæ nomen ex Aristótelis sententia eis accõmodari minimè potest: verùm ipsæ diuina potius principia, ex quibus omnes essentię substantiæq; deducuntur, tùm primę quasi primi earũ & corporales effectus, tùm etiam secundæ quasi primarũ imagines & simulachra quædam spiritalia sunt appellandę. Quare Aristoteles, ut paucis tandem rem concludamus, corporei mũdi pulchritudines veras quidem pulchritudines esse, sed à primis illis atque Idæalibus formis,

quæ

quæ in primo diuinoq; resident intellectu, origi nem ducere sentit. Ab hac summa istorum rum Theologorum controuersia cæteræ omnes deinde, tùm in hac Idæarũ materia, tùm etiam in pluribus alijs & Theologicis, & naturalibus disceptationibus differentię proficiscuntur. SO. Aristotelis & Platonis discordiã summa quidem cum animi mei iucunditate audiui. Verùm id insuper intelligere gratissimum mihi foret, cui'nam duorum tam illustriũ virorũ sententiæ potius assentiris. PH. Profectò Sophia si animũ intenderis, eorũ controuersiam in vocabulorũ impositione, vsu, atque significatione, quid scilicet per essentiã, substantiã, vnitatem, veritatem, bonitatem, pulchritudinem, aliaq́ue similia nomina sit intelligendũ, potius quàm in rebus ipsis versari cognosces. Quapropter si sententiam respexerimus, cùm ipsa vna eademq́; prorsus existat, ambos sequendos existimo. At si vocabulorũ usum considerabimus, Aristotelem Platoni fortaße præponam: nec mirum quidem, cùm recentiores in oratione perpolienda atq; elaboranda, necnon in vocabulis proprijs & rerũ naturis quàm maximè accõmodatis excogitandis antiquioribus diligentiores atque solertiores eße videantur. Id tamen pro Platonis afferã defensione, quòd cùm ipse sua tempestate præstantissimos Græcorũ philosophorũ, alias essentias, substantias,

Aristotelis, & Platonis cõtrouersia de Ideis in nominibus potius, quàm in rebus ipsis consistit.

Aristoteles in uocabulorũ usu Platoni præferendus esse uidetur.

Rationẽ elegãtissimã reddit, cur Ideæ à Platone quidem maximis

ac

ac formas præter corporales tantũmodo despicere offendisset, eosq; præter corpora nihil quicquam superesse putare sensisset, tanquã peritissimus medicus contrario medicamento adhibito ad pristinam sanitatem eos reuocandos esse iudicauit: & propterea corpora propriarum merito naturarum omnis essentiæ, substantiæ, & pulchritudinis prorsus expertia esse, nec ea aliud quicquam nisi incorporalis essentiæ, Idæalisque pulchritudinis in summi opificis mente latitantis tenuissimas vmbras quasdam existere prædicauit. Aristoteles verò, qui Platoni successit, philosophos à Platone iam persuasos corpora quasi dereliquisse, & omnem pulchritudinem, essentiam, atque substantiam in Idæas transtulisse; corporeumque mundum ab eis contemni, & quasi pro nihilo haberi persensit. Vnde vir acutissimus homines his opinionibus imbutos corporaliũ rerum scientiam, & actionum, motuum, atque alterationum naturalium, necnon causarum ortus et interitus cognitionem omnino deserturos ac neglecturos perspexit: quam quidem inscitiam & negligentiam imperfecta quoque spiritaliũ & diuinorum principiorum cognitio subsequi solet, cùm effectus rectè cogniti atque perspecti causarum etiam perfectam cognitionem nobis tradere videantur. Ne igitur homines Platonis salutari pharmaco abusi in turpissimos

Platonis ideæ laudibus celebratæ, ab Aristotele verò quasi contẽptæ spretæq; fuerunt, ex medicorũ varijs diuersisq; curandi rationibus metaphora assumpta.

prolaberentur errores, Aristoteles præcepto-re suo longè humanius sese gerens, vt iam vi-mus, in mundo corporeo veras essentias atque substantias ex Idæis fluentes ac emanantes o-stendit reperiri: & in eo quoque veras pulchri-tudines, a purissimis tamen ac perfectissimis for-mis illis, quæ Idææ nuncupantur, proficiscentes existere demonstrauit. Quapropter vterque ipsorum optimi medici munere perfunctus fuis-se videtur, diuersa tamen ratione: Plato enim animos hominum iam ægrotantes violento me-dicamine primus sanasse, Aristoteles verò sa-nitatem à Platone inductam temperamento deinde adhibito conseruaße existimatur. SO. Quid Idææ significent, & cur earum vsus ne-ceßarius esse dicatur, Aristotelemque eas fun-ditus minimè sustulisse, & quomodo ambo isti grauissimi philosophi Ideas ipsas differenter in-tellexerunt ac pertractarunt, satis superque cognosco: nec de his quicquam amplius re-quiram, ne a superiori pulchritudinis disce-ptatione absoluenda fortasse te impediam. Vnã tantùmmodo difficultatem in medium afferam, & eam, meo quidem iudicio, propo-sito nostro satis accommodatam. Veras pul-chritudines in Ideis intelligibilibus, vel sum-mis primisq; notionibus, aut vniuersi cuncta-rumque eius partium admirabili ordine in sum-mi opificis mente, hoc est in primo diuinoque in-tel-

tellectu residente collocasti. Ego autem in Ideis tanquam in causis priorem quidem atque maiorem quàm in corporibus pulchritudinem reperiri concedo; haud tamen in Idæis veram illam & primam omnino pulchritudinem, cuius merito cætera omnia vel pulchra, vel pulchritudines esse dicuntur, sitam existimo. Ideas namque, cùm primæ notiones et quasi exempla quædam spiritalia mundi, & innumerabilium propemodum ipsius partium existere prædicentur, plures esse necessariò dicendum videtur. Vnde si vnaquæque Idæarum illarum pulchra, vel pulchritudo ipsa vocatur, veram primamque pulchritudinem, propter cuius communicationem singulæ Idææ pulchræ, vel pulchritudines potius deinde nuncupantur, ipsis superiorem profectò existere oportet: si enim vna Idæarum illarum veræ primæque pulchritudinis sibi nomen vendicaret, nulla cæterarũ vera primáue appellari postea deberet, sed cum illæ secundum locum propter superioris communicationem obtinerent. Cùm igitur idæalis pulchritudo multitudine impediente princeps esse minimè possit, te primam quandam veramque pulchritudinem excogitare nimirum oportet, quæ idæas omnes sibi deinde per similes reddat. PH. Opportunè quidem dubitasti: ex propositæ nanque difficultatis solutione, quidnam vera primaque pulchritudo

esse dicatur, plenè cumulateque cognosces. Verùm illud in primis, ne imprudens fortè se errares, attendere debes, quòd in Ideis nequaquam, sicut in partibus mundi ad earum similitudinem extructis diuersitas, aut diuisa vlla multitudo reperitur: effectuum nanque defectus siue imperfectiones ad perfectas eorum causas minimè pertingere aut spectare dicuntur; uerùm effectibus propriè ob idipsum, quia effectus existunt, conuenire censentur: qui propterea quòd effectuum rationem aut conditionem sortiti fuerunt, a causarum perfectione quàmmaximè distare videntur. Vnde nequaquam admirari debemus, si effectus quibusdam defectibus, qui nec in eorum causis præexistunt, nec ab ipsis proficiscuntur, sæpissimè laborare conspiciuntur. SO. Quin ex bonis causis bonos effectus prodire, & effectus causarum ingenium ita referre debere, vt ipsi in earum cognitionem nos quasi manu ducere videantur, dicendum potius iudicarem. PH. Etsi a bonis causis boni quoque proficiscuntur effectus, effectuum tamen bonitas atque perfectio perfectionem ac bonitatem causarum profectò nunquã æquabit: & quãuis effectus causæ persimilis existit, non tamen ei perfectione æqualis esse censetur. Perfectio quidem causæ in effectum perfectionem ipsius ordini conuenientem, haud ta-

Effectuũ defectus atq; ĩperfectiones causarũ excellentiã atq; integritatẽ cõtaminare minimè possunt.

Effectus causarũ quidẽ naturã, ingeniũq; referre, haud tamẽ earũ perfectionẽ, præstantiãq; æquare videntur.

tamen sibi æqualem inducit: secus enim uel effectus causæ magis quàm effectus, uel causa effectus potius quàm causæ appellationem sibi uendicaret. Verum tamen id est, quòd tantū bonitatis atque perfectionis effectui, quantum causæ, amborū conditione perspecta, & eorum proportione diligenter considerata, debetur. Vtriusque tamen perfectio æqualis minimè existit: Quinimo effectus a causa perfectionis nomine maximè superatur: & idcirco in eo defectus quidam ipsius proprij, minimeq; cum causa communes reperiuntur. S O. Rationem teneo. Verùm exemplorum aliquod lumen desiderarem. P H. Mundum corporeum ab incorporeo tāquam proprium effectum a sua causa, proprioq; artifice proficisci optimè calles: corporeum autem ab incorporei perfectione quàm maximè deficere sentis, quæ enim perfectionis similitudo inter corpus ac intellectum reperitur? Si igitur in corporibus plures imperfectiones, quemadmodum dimensionem, diuisionem, ac in nonnullis insuper alterationem, & corruptionem perspexeris, hæc eadem vitia in corporum causis intelligibilibus pariter reperiri nunquam proferre audebis: verùm hæc omnia effectuum tantummodo, propterea quòd ipsi à causarum præstantia degenerant, propria existere dices. Similiter etiam multitudinem, diuisionem, atque diuersi- Ideæ etsi ad res procreatas relatæ plures esse videā

 ta-

gitur, prout tamen in diuina mente consistũt, ad summam quãdã & simplicissimã vnitatẽ rediguntur.

tatem in mundanis corporibus perspectam Idæis illis, diuinisque notionibus præexisten Sophia nequaquam existima. Quinimo quod in intellectu diuino unum indiuiduumque prorsus esse uidetur, in innumerabiles propemodum mundi particulas mox diffundi distribuique conspicitur, ad quarum quidem multitudinem respicientes Idæas quoque plures existere pronuntiamus: etsi cunctæ ad diuinum intellectum relatæ ad summã quandam indiuiduamque rediguntur vnitatem. S O. Quomodo obsecrò plurium ac diuersarum rerum notiones vnam eandemque fieri posse arbitraris? P H. Res istæ plures ac differentes non'ne sunt partes vniuersi? S O. Maximè. P H. Vniuersum autem unà cum omnibus eius partibus simul acceptis non'ne vnum existit? S O. Vtique. P H. Vniuersi igitur notionem, eiusque Idæam unam tantùm, haud plures esse necesse est fatearis. S O. Rectè quidem concludis. Verùm sicut vniuersum, cùm unum existat, pluribus ac dissimillimis partibus præditum esse conspicitur: ita communissima illa notio, ac Idæa uniuersi plures, differentesque Idæas quoque complecti videtur. P H. Etsi vniuersi Ideam plures ac diuersas Idæas, quæ singulis vniuersi partibus proportione quadam respondent, continere disputandi gratia tibi concedam: nemo tamen meo quidem iudicio

Idæa vniuersi una tantũ existit.

an-

dubitare debet, quin sicut totius pulchritu do pulchritudinem partium antecedit, cùm singulæ partes totius pulchritudinem participare dicantur; ita quoque forma communissimæ Ideæ rerum uniuersitati præfectæ formis propriarum Idæarum singulis uniuersi partibus præpositarũ antecellat: quinimo ipsa principem sibi pulchritudinis locum uendicare uidetur, quæ cunctis inferioribus Idæis quasi partibus communicata, singularumque con ditione ac dignitate diligenter perspecta, eas quoque decenti pulchritudine exornat. Verùm id insuper addo, quòd Idæarum distincta ac separata multitudo concedi minimè debet. Etsi enim prima Idæa uniuersi in summi opificis mente reposita multiplicem quendam ordinem erga essentiales ipsius partes seruare uideatur; huiuscemodi tamen multiplex ordo nec essentialem, nec separabilem diuersitatem, nec dimensam partitionem, nec numeralem diuisionem, sicut partibus vniuersi contingit, in eam inducere ualet: sed prima illa Idęa ita multiplex esse prædicatur, ut in seipsa indiuidua prorsus, pura, simplicissimaque consistat; vtque perfectissima quadam vnitatis ratione cunctarum uniuersitatis partium multitudinem unà cum diuersorum ordinum, ac differentium perfectionum serie in eis conspecta simul complectatur. Quam

Ideæ in diuina mente repositæ haud distinctam uel separatã multitudinẽ ullã admittere, sed illæ simplicissima quadam vnitate consistentes multiplicem ordinẽ, multiplicẽq; relationẽ tantũmodo ad rerum procreationẽ diuersas dissimillimasq; naturas retinere sunt existimandæ.

obrem in ſumma illa Idea nec unitas totius multitudine partiū vlla ratione distingui, nec partium multitudo totius perfectiſſimam unitatem impedire aut diminuere uidetur. Ibi contraria nec ſedes ſeparatas habitare, nec eſſentiarum vllam penitus oppoſitionem habere comperiuntur. Quinimo in ſingulis Idæis, tam ſcilicet ignis quàm aquæ, tam ſimplicium quàm cōpoſitarum, atque vt breuiter concludamus, cunctarum mundi partium communiſſima totius Idea pura ac illibata cōſeruatur; nec non uice uerſa in hac ſuprema totius Idea ſingulæ quoque partium Ideæ reponi collocarique exiſtimantur. Multitudo igitur in ſummi opificis intellectu cum puriſſima vnitate, & diuerſitas cum abſolutiſſima identitate una eademque prorſus exiſtit. Huiuſcemodi autem diuinum atq; altiſſimum myſterium mente potius à rebus corporeis ſeuocata comprehendi, quàm linguæ vſu tradi poſſe uidetur: uerborum enim rudis imperfectaque conditio ad res tam puras, & à conſueta exprimendi ratione tam longè lateque remotas ſignificandas inepta prorſus eſſe cenſetur. SO. Hoc tam inuſitatum ſcientiæ genus, qua ratione videlicet cum puriſſima vnitate multitudo effectuum coniungatur, & quomodo ab vno ſimpliciſſimoque principio plura ac ſeparata proficiſcantur, propemodum videtur

con-

confecuta fuisse. Verùm si huiusce rei exemplum aliquod sensibile afferres, longè facilius in perfectam absolutamque eius notitiam peruenirem. P H. Me Solis, colorum, lucisque exemplum visui expositum, ac manifestum, & proposito nostro satis accommodatum superius adduxisse recordor, quod quidem nunc quoque repetere haud inutile futurum existimo. Cuncti colores à Sole proficiscuntur, & in eo non secus ac in corporali quadam idæa omnes colorum essentiæ, & lux ipsa vniuersi vnà cum omnibus tùm huius, tùm illorum varijs ac differentibus gradibus reponuntur: hæc tamen omnia in Sole haud multiplicata diuisaque, sicut in corporibus Solarem lucem imbibentibus, fuisse conspiciuntur; sed in eius vna tantũmodo essentialique luce, quæ sua maxima vnitate omnes gradus & differentias colorum, & lucem ipsam complectitur vniuersi, præstantissima quadam ratione contineri existimantur. Quapropter Solem vnum dũtaxat existentem, cùm in humidis, sibique oppositis nubibus imprimitur, arcum illum pluribus implicitis diuersisque coloribus insignem, qui Iris nuncupatur, efficere cernes: qui quidem colores adeò coniuncti esse videntur, vt vel omnium simul confusam, vel singulorũ mente separatorũ distinctam cognitionem tantũmodo possis habere: Similiter etiam

Idæarũ verã, atque essentialem vnitatẽ vnà cum earũ relatiua tãtũmodo diuersitate, ac multitudine Solis ipsius exemplo perbellè declarat.

etiam Sole oculos nostros feriente, colorum & luminũ diuersorum maxima multitudo in pupillam exiguam admodum humani corporis partem confertim ingreditur: ita vt multitudinem cum vnitate quàmmaximè coniunctam, nec ab ea vlla ratione diuisam aut separabilem in nobis frequentissimè experiri cogamur: Pariter quoq; Sol vnica sua & simplicissima luce ita omnia corpora complet, vt in aerem quoque & aquam maxima colorum multitudine, & luminis vbertate conferta absque vlla sui diuulsione vel separatione imprima conspicitatur. Solaris igitur corporis vna tantum et simplicissima Lux, quia in seipsa vnitè admodum omnes lucis, colorumq; gradus continere videtur; statim & a solidis corporibus, & ab oculis nostris, & a corporibus perspicuis, veluti ab aere & ab aqua plurium colorum, lucisq; diuersitate separatim distributeque representatur: diaphanum enim à lucis puritate atq; simplicitate minus alienum, & ad eam vnitè suscipiendam magis dispositum, quàm opacũ corpus existit. Haud aliter quidem in supremi opificis intellectu impressa purissima illa, formosissimaq; sese habet Idæa: quæ omnium corporalium pulchritudinum gradus essentiali ratione differentes, necnon formosarũ essentiarum multitudinem separatam, dissimilesq; conditiones in seipsa summa quadam simplicitate ac vnita

Idææ diuinæ quinam vnius diuersas ac differentes in rerum procreatarum vniuersitatem impressiones et Solis ipsius, et intellectualium conceptuum exẽplo in mediũ adducto demonstrat.

te

te continere videtur. Diuina autē hæc Idæa ab angelicis cęlestibusq; itellectibus, et ab itellectu quoq; hūano multiplici quidē, at vnita pulchritudine, nullaq; separata diuisione in eis perspectu repręsentatur: quæ profectò tātò magis ad vnitatem accedet, quantò intellectus ei suscipiēdæ designatus actu & puritate magis præstabit: necnon vice versa maior vnitas maiorem quoq; pulchritudinem, & primę veræq; formæ intellectualis Idææ, quæ in diuina residet mente, propinquiorem intellectui conferre censetur. Verùm, vt tuæ voluntati magis satisfaciam, propter Solis iam commemoratum exemplum aliud insuper intellectus humani, qui cū diuino intellectu in intelligendi natura ambobus communi saltèm conuenire videtur, adducam. Simplicem aliquem atque intellectualem cōceptum à phantasia quoq; repręsentari, aut in memoria conseruari Sophia clarißimè cernis haud tamen intellectuali illa vnitate omnino præditum atq; simplicitate, sed multiplicem quandam vnitatem, quæ ex unico & simplicissimo intellectus conceptu deriuatur, retinentem. Idem insuper conceptus ab ore demum separata diuisarum atq; numeratarum vocum exprimitur multitudine. Hoc certè inde potissimum contingere arbitror, quia intellectualis conceptus à phantasia uel à memoria eadem ratione, qua Sol à Diaphano, cui im

primi-

primitur, diuinaq; forma a quocunq; creato in-
tellectu repreſentari uidetur. Idem autem con-
ceptus prolatus, atq; ſermone expreſſus cum
luce Solari ab opacis corporibus imbibita, &
cum pulchritudine ſapientiaq; diuina in plures
mundi corporei partes diſtributa conferri opti-
mè poteſt. Quapropter haud tm̃ ex luce Solari
oculis noſtris frequẽter expoſita, ueruetiã ma-
gis propriè ex cõceptibus ĩtellectualibus ſenſui
interiori, exterioriq; auditui uaria diuerſaq; ra-
tione impreſſis tanquam ex ſignis quibuſdam,
quomodo ſuprema quoq; pulchritudo & ſa-
pientia rebus diſſimiliter impertiatur atq; cõ-
municetur, optimè cognoſcere licet. SO. Lucis
Solaris in duabus corporum eam imbibentium
ſpeciebus, hoc eſt tùm in denſis & opacis, tùm
etiam in tenuibus atque perſpicuis corporibus
impreſſio impreſſioni intellectualis, diuinæq; il-
lius Idææ in duabus eſſentiarum uniuerſi eam
ſuſcipientium naturis, hoc eſt tùm in corporea
& ſenſibili, tùm etiam in ſpiritali intelligibili-
q; natura egregiè nimirum quadrat atq; reſpõ-
det. Sol enim, ut ſuperius quoq; dixiſti, uber-
rima ſua luce non tantùm Ideã, diuinumq; re-
præſentat intellectum; uerùm inſuper artificio-
ſiſsimũ ſimulachrum, in quo Deus propriam
imaginem expreſsit, ab hominibus eſſe cenſe-
tur. Quemadmodum enim Sol denſis opacisq;
corporibus ſplendidiſsimam eius formam ...
ſtri-

Similitudo inter Solem, diuinumq; intellectum.

ftribuit, ac feparatim impertit: pariter quoque diuinus intellectus Idæalem propriamq; pulchritudinem in omnes corporales essentias uniuersi diuisim extendit, diffunditq;. Et quemadmodum insuper Sol pulcherrimam suam ac splẽdidissimam lucem, multiplici quadam unitate seruata, in subtilibus perspicuisq; corporibus imprimit: similiter etiã diuinus ille intellectus Idæalem suam pulchritudinem procreatis omnibus intellectibus, humanis uidelicet, cælestibus, atq; angelicis, eiusdem multiplicis unitatis diligenti habita ratione, cõmunicasse uidetur. Verùm unũ duntaxat de diuina pulchritudine insuper scire desidero, quam tu mũdi totius procreati, tã uidelicet corporei, quàm spiritalis formam, exemplum, atq; Idæam, hoc est utriusq; mũdi in diuina mente, diuinoque intellectu præexistentis notionem ac ordinem esse dixisti, ad cuius similitudinem rerum uniuersitatem Deus extruxisse censetur. Profectò si Idæa vniuersi prima omnium veraq;, vt ais, existeret pulchritudo, illud nimirum consequeretur, quòd mundi forma idæalis cùm principem locum obtineat, omnes alias formas superaret. Hoc autem vix credere possum, cùm ipsius intellectus, vel mentis diuinæ pulchritudo idæalem, & cuiuscunq; notionis vel exempli in Deo existentis, ab eoq; proficiscentis pulchritudinem, vt causa effectum antecedere videatur.

Vniuersi, singularumq; ipsius partium Idæa cũ diuino intellectu, diuinaque sapientia una, eadēq; prorsus existit: nec ab hac, nec ab illo ulla prorsus ratione distinguitur.

In actuali quocunq; intellectu intelligens, res intellecta, ipsaq; intelligentia idem prorsus existere comperiuntur.

tur. Formarum igitur principatum haud ideæ, quemadmodum dixisti, sed intellectui potius mentiq; diuinæ, quasi tùm ideæ, tùm etiã totius pulchritudinis authori deferendum esse existimarē. PH. Hæc difficultas proposita te impropriorum nominum frequentissimo, necessarioq; vsu deceptam rei veritatem haud attingere ostendit: quoniam enim ideam mundi in intellectu menteq; diuina diximus residere, idcircò idæam ab ipso intellectu aut mente, vbi reponitur, diuersum quid esse arbitraris. SO. Nonne rem, quæ in altera collocatur, ab ea, in qua collocatur, diuersam existere verè pronunciamus? PH. Maximè, cùm res illa in altera propriè dicitur collocari. At idæa in intellectu haud propriè collocatur, sed vna eademq; cum ipso intellectu menteq; diuina prorsus existit. Mundi enim idæa summa illa sapientia, quæ mundũ construxit, esse prædicatur. Diuina autem sapientia a verbo, intellectu, menteq; diuina nulla ratione distingui videtur. Haud namq; in Deo tantùmmodo, verùm etiam in quouis actualium intellectuũ, qui procreati fuerunt, sapientia, res intellecta, & ipsemet intelligens intellectus vnum idemq; prorsus existunt, & a nobis duntaxat eorum purissima ac simplicissima vnitas hac tripartita consideratur, percipiturq; ratione. Quòd si huiuscemodi intelligibilis vnitas cuilibet procreato conuenit intellectui,

lectui, longè purior atq; sincerior in supremo illo diuinoq; intellectu proculdubio esse dicetur, qui cum Ideali sapientia vnus idemq; prorsus, nec ab ea vlla penitus ratione distinctus existat. Pulchritudo igitur Ideæ est ipsamet diui ni intellectus pulchritudo: nec enim in eo forma vt in subiecto collocatur; verū ipsemet intellectus siue Idea primæ formæ, cuius merito oīa deinde formosa euaserunt, rationem obtinere videtur. S O. Mentem igitur primam, diuinumq; intellectum nihil aliud, quàm rerū procreatarum vniuersitatis exemplar quoddam esse opinaris? P H. Vtiq;. S O. Diuini igitur intellectus essentia mūdi procreationi atq; conseruationi inseruire tantummodo diceretur, cùm nihil quicquam præter mundanæ fabricæ exemplū esse definiatur: ipse autem in sese consideratus, & a mūdo seclusus omni prorsus excellentia destitutus esse videretur. P H. Haud rectè concludis: diuinus enim intellectus suapte natura omnium rerū procreatarum excellentissimus ac supereminentissimus existere prædicatur: quem quidem etsi mūdi exemplar appello, nequaquam tamen eū ad mūdum, sicut artificū instrumenta, exemplaq; ad opera artificiosa extruenda referendū esse iudico: Sed illud nempè significare intendo, quòd cùm Deus pro priæ naturæ merito perfectissimus existat, ab eo mundus vniuersus tanquam Dei expressa ima go,

Idealis pulchritu do est ipsamet diuini intellectus pulchritudo: et cū diuina sapientia una eademq; omnino esse uidetur.

Dei dignitas atque præstantia nequaquā ad mūndum statim referenda esse. iudicatur: uerum in seipsa primum consistens rerum procreatarum uniuersitati postea communicatur, atque impertitur.

go,atq; artificis ſui ſimilitudinem ęmula
maximè ſtudens proficiſcitur atq; proc
Vnde ipſe mundo æquè ac veritas ve
imagini, & clariſſima Lux ſplendidis v
præſtare videtur. Quapropter ſuprema i
niũ pulchritudo,quæ puriſſima , ſimplici
maximeq; vna in ſeipſa conſiſtit, in mult
deinde totius mundi vnitatem producta,
ingentem fere partiũ multitudinem diſtr
a ſua perfectione mirũ in modum degen
conſpicitur , non ſecus ac in effectibus,
eorũ excellentiſſimis cauſis conferantur
venire videmus . SO. Theologica hæc
tis ratio,& a communi vſu quammaxim
mota ex animo meo omnes ambiguitates
admodũ puriſſima lux tenebras cũctas e
lit atq; fugauit . Summam enim pulchrit
eandem prorſus cũ prima ſapientia exiſt
tùm in vniuerſum ac totũ., tùm etiam
ctas eius partes , minimasq; particulas
ſam fuiſſe,oĩaq; pulchra reddidiſſe cla
ſcerno.Id inſuper quoq; cognoſco, quòd
pulchritudo ſapientia communiter exiſt
duplex poſtea eſſe comperiatur , vel ſeſe
municans,vel iam communicata ; vel p
cens,uel producta;illa quidem puriſſima
ſummam quãdam unitatem redacta ; h
tem diffuſa,extenſa,diuiſa, atq; multip
ſummæ tamen illius , ueræq; pulchrit
p

Pulchritudo duplex,uel producẽs, uel producta:uel ſeſe communicãs, uel iam communicata: uel unita, uel diffuſa.

primæue ſapientiæ imaginem retinens atq; ſimilitudinem. Verùm ſcrupulũ vnũ adhuc ex animo mihi euelli deſiderarem. Cùm enim prima forma, quemadmodũ tute dixiſti, ipſamet diuina ſapientia, Ideaq; vniuerſi, vel mundus a diuina mente comprehenſus atq; intellectus exiſtat; forma Deiformam iſtam præce ere, et prima pulchritudinis ſede occupata ſecundam hanc dereliquiſſe vtiq; videretur: ſapiens enim ſapientiam, & intelligens intellectũ abſq; vlla controuerſia præcurrit. Primæ igitur pulchritudinis partes ſupremo omniũ ſapienti atq; intelligenti, ſecũdæ autem eius intellectui, ſummæq; ipſius ſapientiæ profectò ſunt aſſignandę. Cuius quidem rei veritas eo potiſſimũ confirmatur argumento: quia diuina ſapientia, quæ vniuerſi nuncupatur Idæa, mundi constructi præſtantiſſimũ quoddam exemplar te quoq; iudice exiſtit; cui nimirũ ſummum ipſum opificem præceſſiße neceſſe eſt concedas: architectũ enim operis ſui exemplũ præcurrere, & exemplar primũ, moxq; eo intercedente opus artificiosè extructum ab artifice ſiue architecto tanquam a cauſa antecedente proficiſci ſemper oportet. Quòd ſi ſummus opifex rerum Idææ vniuerſi prior eſſe dicetur, eius quoq; pulchritudo venuſtatem Idææ non ſecus ac forma Idealis rerũ procreatarum pulchritudinem antecellet. Hac igitur ratione pulchritudini Idęę

AAA primiq;

primiq; intellectus, aut mentis sapientiaq; ... umæ secunda potius, quàm prima formarũ ... des concedenda videretur: primã autem tanquam cæterarũ dignissimam nequaquam ideam, vt tu dixisti, sed summus potius opifex sibi reseruasse diceretur. P H. Te hanc difficultatem quoq; in medium adduxisse æquo animo fero, ex eius nanq; solutione absolutam & exactã præsentis materiæ cognitionem habebis: & summæ veræq; pulchritudinis, quæ cæteras supereminet omnes, fermè scopum attinges. Propositum igitur argumentũ diluere volens a faciliori primùm exordiar solutione: & Aristotelis mentem secutus primum intellectum cum supremo omnium Deo vnum eundemq; prorsus existere, nec ab eo vlla ratione distingui, nisi uocabulorum & nominũ, quibus Philosophi simplicissimam Dei vnitatem exprimentes vti consueuerunt, diuersitate contendam. Aristoteles enim diuinã essentiam nihil aliud quàm summam sapientiam atq; intellectũ esse arbitratur; quæ cùm purissima et simplicissima unitas existat, totum siue vniuersum, cũctasq; ipsius partes ac particulas ad totius unitatem componendam mirifico ordine concurrentes producit, & omniũ simul unicam simplicissimamque habet cognitionem: quæ ex eo nempè originem ducit, quòd Deus seipsum cognoscit, a quo tanquam a summa quadam sapientia

Aristotelis primũ opinionem recenset: qui formã essentiamq; diuinã cum diuina sapiẽtia, primoq; intellectu, Idealique pulchritudi e vnã eandemq; omnino esse pronuntiauit.

pientia totū quasi pulcherrima eius imago proficiscitur & simulachrū. Quapropter in Deo cognoscens, & cognitum; sapiens & sapientia; intelligens intellectus, resq; ab eo intellecta unum idemq; prorsus existūt. Cùm igitur diuina essentia una simplicissimaq;, nulla penitus multitudinis specie hanc tantam unitatem impediente, esse dicatur: in ea sibi ipsi cognita perfectissima tùm uniuersi ac totius, tùm omnium simul rerum procreatarū cognitio haud immeritò sita esse existimatur: quæ longè eminentior, perfectior, accuratior, magisq; distincta profectò existit rerum singularū diuisa distributaq; cognitione. Hoc enim imperfectum scientiæ genus ex rebus ipsis cognitis originem ducit, & ideò pro earū ingenio & conditione ipsa quoq; diuisa, multiplicata, imperfectaq; esse uidetur. At cognitio illa diuina tùm ad cūcta simul, tùm ad singula separatim relata primæ causæ rationem obtinere semper iudicatur, & idcircò ad cognoscendos effectus eorum auxilio nequaquam indigere censetur: quinimo ipsa propter intellectus sui unitatem atq; simplicitatem tùm mundi totius, tùm rerū singularum procreatarum, quanuis earum minimā infimamq; ceperimus, unitam perfectissimamq; retinet cognitionem. Si igitur diuinam essentiam perscrutantes Peripateticorū uestigia sequi uelimus, difficultatis a te propositæ solutio

Diuinitas sibiip[sa] cognita omnia s[ci]tiarum, cognitio[nu]mq; genera l[on]go exuperat interuallo.

clara admodum conspicuaq́; esse videtur. Cu enim Deus a suamet sapientia, primo intellectu, uniuersiq́, idæa nulla distinguatur ratione, diuina quoq; pulchritudo cũ diuinæ sapientiæ, primiq́; intellectus, necnon cũ idææ uniuersi admiranda pulchritudine una eademq́; prorsus existet: quæ quidem formarũ omniũ, ut iam diximus, prima ac uerissima esse haud immeritò prædicatur; & propter eius maiorem, uel minorem cõmunicationẽ cætera deinde formosiora, uel minus formosa redduntur; ipsumq́; uniuersum, quod omnia quasi partes cõplectitur, diuinæ pulchritudinis, cuius uera propriaq́; existit imago, particeps potißimũ esse conspicitur. Singularũ autem partiũ ad eius cõpositionẽ cõcurrentiũ intellectualis natura illa nimirũ esse uidetur, in qua diuina similitudo longè perfectius, quã in qualibet alia rerũ procreatarũ expressa fuiße censetur, & quæ diuini splendoris maiorem sibi partem usurpasse existimatur.

Forma diuina mox intellectuali naturæ, deinde cæteris rebus procreatis pro singularum captu et cõditione sese communicauit.

SO. Quod quidem ad propositã spectat materiã, nihil quicquã amplius scire desidero: eam enim tã egregiè pertractasti, atq; absoluisti, ut intellectum diuina hac pulchritudine potius exornare, quàm quicquã insuper noui requirere sit nobis elaborandũ. Attamen, cũ tu hanc, quam modò attulisti, superioris difficultatis solutionem Peripateticã appellaueris; si quæ insuper alia scitu digna fortasse reperiretur, ei

ne silentio prætereas, te uehementer obsecro: ego enim sola tui auxilio destituta in eius cognitione deuenire minimè possum. PH. Aliter etiã ad propositam ambiguitatẽ possumus respõdere, id nimirũ concedentes quòd sapientia diuinusq; intellectus, quẽ vniuersi Idæam iã appellauimus, a Deo aliqua ratione distinguatur ac separetur. Sic.n. Plato quoq; sensisse videtur, qui intellectũ, diuinãq; sapiẽtiã, quam ipse verbum Ideale appellauit, nec eandem propriè cũ supremo omniũ Deo existere, nec ab eo penitus differre aut separari existimauit: sed ex Deo defluere atq; emanare, nec ab eo re ipsa vnquã seiungi aut distingui posse putauit, non secus ac luci Solari usuuenire conspicitur. Hanc autẽ primam Dei sapientiã, primũq; intellectũ grauissimus iste Philosophus opificẽ mũdi, eiusq; ideã nuncupauit sua maxima simplicitate ac vnitate omniũ procreatarum formarũ atq; essentiarum ordines cõplectentẽ: quas quidem Idæarũ quoq; nomine dignas iudicauit, quia in summa Dei sapientia omnes tùm vniuersi, tùm cunctarum eius partiũ notiones, quæ rerũ omniũ procreationi, coniunctæq; earum cognitioni maximo vsui fuisse existimantur, præstãtissima ratione continentur. Deum autem, quem Plato summũ bonum frequenter appellat, super primum intellectum collocauit, quasi altissimum quoddam principium, ex quo primus defluxit

Platonis sententiam refert, qui primum intellectũ, ipsamque sapientiam, necnõ Idealem pulchritudinem ex Deo mox emanare, ab eoq; nonnihil differre existimauit.

Plato Deum primo intellectu, primoq; ente superiorẽ esse statuit.

AAA 3 intel-

intellectus: nec eum ens, ſed ente priorem atq; ſuperiorem eſſe putauit: prima nanq; eſſentia primi entis ſibi vendicat appellationem; primo autem intellectui, ſiue primæ Ideæ primæ eſſentiæ, primiq; entis nomen propriè aptari poſſe videtur. Deum verò ab humana mente, quantumuis pura atq; purgata extiterit, tam longè lateq; remotum eſſe perſpexit, vt vix vllum nomen ad tantam diuinitatem ſignificandam accõmodatum excogitare potuerit: & idcirco Platonem Deum deſignare volentem, omnibus proprijs nominibus omiſſis, frequentiſſimè ipſius vocabulo vſum fuiſſe reperimus; quaſi nullum aliud nomen vel ab humanis mentibus excogitatum, vel voce expreſſum atq; prolatum Dei aliquam conditionem ſiue proprietatem attingere poſſet. Nonnulli deinde Peripatetici, ut Auicenna, Algazel, Raby Moyſes noſter, & horum ſectatores ad hanc Platonicam opinionem fortaſſe alludentes primi cœli omnia ambitu ſuo maximo complectentis motorem nequaquam primam cauſam; ſed primum potius intellectũ, primamq; intelligentiam a prima cauſa mox, & abſq; vllo medio interiecto proficiſcentem exiſtere voluerunt: illam autem ſuper omnes intellectus, omneſq; cœleſtium corporum motores collocarunt, quemadmodum cùm de amoris communitate ſermonem habuimus, ſatis ſuperq; dixiſſe, declaraſ-

ſeq;

Plato ad Dei naturam, atq; eſſentiam quoquomodo ſignificandã ipſius uocabulo frequenter uti cõſueuit.

Peripateticorum nonnullorum opinio, qui Platonis & Ariſtotelis cõtrouerſiam componere, atq; conciliare ſtuduerunt.

seq; videmur. De horum igitur opinione nihil est, quod amplius loquamur: ipsi nanq; duas præstantissimorum Theologorum, Aristotelis scilicet ac Platonis, sententias in vnum componentes nouam quandam opinionem construxerunt earum vtraq; humiliorem, & ab amborum præstantia nonnihil degenerantem.

SO. Platonis igitur mente perspecta superior difficultas haud inefficax prorsus existit: cùm enim supremus omnium Deus primum intellectum præcurrat, ipsi quidem, haud primo intellectui, quemadmodum dixisti, primæ veræque pulchritudinis partes obtigisse videntur.

PH. Iam ad propositam difficultatem è Platonis quoq; sententia soluendam accedebam. Deum nequaquam pulchritudinem; sed pulchritudinis propriæ originem primam verius appellari Sophia tibi persuadeas volo: eius autem forma, quæ ex ipso primùm dicitur emanare, summa sapientia, primusque intellectus, mensq; Idæalis profectò existit. Quæ quidem etsi ex Deo emanare, ab eoq; proficisci existimatur, primæ tamen, veræ, diuinæq; pulchritudinis iurè sibi cognomen asciscit: quoniam Deus haud pulchritudo, sed suæ veræ, primæq; pulchritudinis author, quæ cum summa eius sapientia, Idæaliq; intellectu vna eademq; prorsus existit, esse censetur. Quamobrem etsi Deum sapientem, atque intelligentem summæ

Plato Deum nec pulchritudinem, nec sapiētiam: sed ueræ primæq; pulchritudinis, summæq; sapiētiæ potius authorem atq; originem appellandum esse iudicauit.

eius ſapiētiæ, & intellectui præcedere concę
rimus: haud tamē eius pulchritudinē ſumme
diuinæq; ſapientiæ pulchritudini præire admit
temus: Dei enim ſapientia, eiusq; pulchritudo
vnum idemq; prorſus exiſtere, nec quicquam
inter ſeſe differre videtur. Et idcirco Deus ſuā
ſapientiam, ſuamq; pulchritudinem, quæ primę
veræq; pulchritudinis laude cōmendatur, ea-
dem ratione præcurrere debet. Quinimo ipſe
ſi vt propriā ſapientiam producit, a nobis cōn
ſideretur, nec pulchritudo nec ſapiētia; ſed fons
potius vberrimus, vnde prima pulchritudo,
ſummaq; ſapientia emanarunt, appellandus
videtur: diuinaq; pulchritudo, ſummaq; Dei ſa
pientia omnibus modis in vnum idemq; cōcur
rere perſpiciuntur: quæ quidem forma diuina
cæteris deinde communicata tùm vniuerſum,
tùm etiam cunctas ipſius partes decenti pul-
chritudine exornat. In formarum igitur
ſerie tres primi gradus reperiri dicuntur, ip-
ſius formæ origo, ipſamet forma, & ipſius
formę particeps: hoc eſt pulchrum pulchri-
tudine conferens, pulchritudo ipſa, et pulchrū
pulchritudinem accipiens. Pulchrum quidem
pulchritudinem conferens, ſiue ſupremus pul-
chritudinis parens ipſemet Deus exiſtit: pul-
chritudo autem ipſa ſummæ ſapientiæ, prim-
q;, Idæaliſq; intellectus ſibi vēdicat appellatio
nē: pulchrū deniq; pulchritudinē accipiēs, ſa-

Deus ſuam ſapiētiam, ſuamq; pulchritudinem è Platonis ſententia eadem ratione præcedit.

Plato diuinam pulchritudinem, ſummamq; Dei ſapiētiam omnibus modis unam eandēq; eſſe pronuntiauit.

Formarū, ſeu pulchritudinum è Platonis ſententia tripartita diuiſio.

ipsa pulchritudine satum rerum procreatarũ vniuersitas esse censetur. S O. Propter hanc secundã superius propositæ difficultatis solutionem intellectũ meum adeò à sese abalienatum sentio fuisse, vt ipse primi illius diuiniq́ue intellectus, summæq; sapientiæ radius quidã potius, quàm intellectus humanus esse videatur. Verùm ad maiorem insuper atque vberiorem doctrinã, id quoque intelligere vehementer desiderarem, cur tu Deum, supremumq́; bonũ ne quaquã pulchritudinis nomine, sed primũ eius potius ĩtellectum dignum existimasti: præsertim cùm nulla ratio, vt primæ formæ, sicut primæ sapientiæ, primoq́ue intellectui originem atque principiũ assignemus, vim nobis afferre conspiciatur. P H. Ea nẽpè ratione persuasi id fecisse videmur, quia sapientiæ potius quã sapienti, a quo illa originẽ ducit, veræ pulchritudinis nomẽ accõmodari posse existimatur. Pulchritudo enim suapte natura talis existit, vt vel corporeis oculis, vel ĩtellectus lumine cerni veriq; possit: & propterea quòd gratia quadã sibi infusa intuentis animũ ad suimet amorem, beneuolentiam, atq; prosecutionem allicere, & quasi inuitare videtur; idcirco pulchritudinis sibi vendicauit appellationem. Quemadmodũ autem iã diximus, nulla intellectualis visio earum, quæ procreatæ fuerunt, quicquã superius præter diuinam sapientiã penetrare, aut discernere valet.

Ratio, cur Plato pulchritudinis nomen primo ĩtellectui, diuinæq; sapientiæ potius, quàm ipsimet Deo accõmodandum esse duxit.

Intellectualis visio præter Idealẽ primæ sapientiæ pulchritudinẽ nullam aliã pulchri-

tudinē superiorē distinctè cōprehēdere, aut clare discernere valet: quod quidē per quàm accōmodato Solis exēplo cōfirmatur, ac declaratur.

let. Sapientiæ verò illius principium exister, etsi ipsius sapientiæ sibi perspectę merito intellectus noster cognoscit, nihil tamen pulchritudinis nomine dignum in eo obseruare siue animaduertere potest: & idcircò summū illud pulchrum pulchritudinis ipsius principium, atque originem appellat. Summā autem sapientiā, quam ex diuinorū operum serie, & partiū vniuersitatis laudabili proportione cognoscit, iurè quidem primam veramq; pulchritudinem vocat: eius etenim vnitas, propterea quòd omnes rerum essentiales Idæalesq; complectitur gradus, ab intellectibus, qui eam cōprehendere possunt, formosissima quidem esse iudicatur. Hæc autem pulchritudinis cognitio de purissima illius origine atq; principio nobis quàmmaximè occulto haberi minimè potest: si namque proprium ipsius nomen ignoramus, quo pacto eius formam dignoscere vnquā poterimus? In cuius quidem rei confirmationem Solem incorporeæ diuinitatis corporeum quoddā simulachrū, & corporalem imaginem adducere libet. Maior enim Solaris corporis pulchritudo, quā corporales oculi attingere possunt, propria atque exterior lux circa Solem diffusa nimirum existit. Et quāuis ipsi vt eam discernant, in illam acriter intueri propemodū nequeant: attamen ipsam vniuersi primā summamq; lucem esse cognoscunt, a qua cunctæ cæteræ luces in mundo cor-

corporeū. sparsę ac disseminatæ proficiscuntur; non secus ac intellectualia lumina erga summā sapientiā, primāque pulchritudinem sese habere iam diximus. Quod autem ad Solis intimā spectat substantiam, è qua lux illa exterior prodire censetur; corporei oculi nec lucem, nec pulchritudinem, nec aliud quicquam eius discernere ualent: preterquàm quòd eam corpus, siue substantiā quandam existere arbitrantur, quæ formosissimā illam, Soliq́ue semper coniunctissimam lucem omniū lucum & pulchritudinum corporalium cōmunem originem procreat producitq́;: quemadmodū etiam intellectualia lumina præter summā pulchritudinem, sapientiamq́; nihil quicquam dignoscere queunt, nisi summum quoddā pulchrum, & sapiens summæ pulchritudinis ac sapientiæ originem primā reperiri. Et sicut Solaris illa primaq́; lux à primo lucido proficiscens reliqua deinde corpora, quæ in vniuerso pulchritudine insignia conspiciuntur, pulchra formosaque reddit: ita etiam summa illa sapientia & pulchritudo à summo pulchro, seu pulchritudinem conferente originem ducens, cæteris deinde impertita omnia, quæcūque procreata fuerunt, formaq́; laude cōmendātur, conuenienti pulchritudine exornat. SO. Hac parte absoluta nihil amplius, quod in ꝓposita materia sciri desiderariue possit, superesse uidetur, nisi vt tu cuinam potius dua-

duarum cõmemoratarũ opinionum animi tui præstes aßensum, aperias. P H. Cùm ego Mosaicarũ legum obseruantissimus velim haberi, secundæ potius opinioni, quæ ex Mosaico fonte prodiisse censetur, quàm primæ aßentiri cõpellor. Quinimo Platonem, qui priscæ sapientiæ longè quàm Aristoteles studiosior fuit, eam quoque secutũ fuisse videmus. Aristoteles verò, qui in rebus occultis perscrutãdis præceptore suo minus ualuisse existimatur, cùm demonstrationem ab antiquis Theologis allatã, quam Plato didicerat, ignoraret, quod ipse tanquam nimis altum atque reconditum aßequi minimè potuit, audacter negauit: et quàm primùm ad summã sapientiã, primãque formam pertingit, ea contentus, nec ad quicquam superius contendens eã primũ & incorporale rerum omnium principium existere aßeuerauit. At Plato cùm veterum ac sapientum Aegyptiorũ discipulus extitißet, ad quiddã superius Aristoteli prorsus incognitum ascendere valuit: etsi nec ipse reconditũ illud summæ sapientiæ, primæ ue pulchritudinis principiũ clarè intueri siue discernere potuit. Vnde grauissimus iste Philosophus primam formam, sapientiãq; secundũ vniuersi principiũ, eò quòd ipsa à Deo primo & cõmunissimo rerum omnũ principio originem ducit, esse pronuntiauit. Quãuis autem Plato cõplures annos Aristotelem in liberalibus erudierit

Author ipse in hac ardua disceptatiõe, virũ diuina sapiẽtia, Idea lisq; pulchritudo à Deo nulla, sicut Aristoteles, an aliqua, sicut Plato sensisse videtur, distinguatur rõne: Platonis potius opinionem tãquã sacrorũ voluminũ authoritati propinquiorẽ, quàm Aristotelis sentẽtiã ab eadẽ remotiorẽ sequendã sibi proponit.

Plato Aegyptiorũ sapiẽtißimorũ virorũ discipulus.

rit disciplinis, cùm ipse rerum diuinarum scientiam ab antiquis Aegyptijs sibi traditam accepisset, præstantiores vtique in hoc scientiarũ genere præceptores habuisse videtur, quàm Aristoteles, qui doctrinas postea à Platone sibi cõmunicatas fertur didicisse: nouissimus nãque discipulus præceptorem suum superioris magistri discipulum vix æquare posse censetur. De Aristotelis tamen ingenio id quoq; suspicor, ut quã uis ipsum acutissimũ extitisse prædicetur: rerũ tamen à materia et à corpore prorsus seiunctarum contemplationi nec tam aptum, sicut Platonis ingenium, fuerit, nec tam accõmodatum. Insuper ipse cæterorũ discipulorũ more contempto, quod proprij ingenij viribus demonstrare non valuit, vt id sola præceptoris authoritate cõmotus tanquã uerum asseueraret, nunquam animũ inducere potuit. SO. At ego Aristotelis arrogantia prætermissa cæterorum Platonicorum sequar institutũ: tuæ nanque doctrinę quasi stabili cuidam innitens fundamento quorumcunque intelligentiam assequi potero, certã atque indubitatam scientiam profitebor: reliquorum autem tibi tanquam me longè sapientiori plenam fidem præstabo. Verùm id scire in primis desidero, vbinam Moyses, cæteriq́ue sanctissimi Prophetæ Platonicam hanc opinionem significasse videntur. PH. Moyses exordium suæ narrationis ab his verbis sumpsisse, re-

Plato in rerũ diuinarũ contẽplatione atq; sciẽtia Aristoteli præfertur.

Aristotelis arrogantia.

Platonicā de diuina ſapiētia, diuinaq; pulchritudine opinionē cum Moyſe potiſsimū et Salomone concordare longè latèq; demonſtrat.

reperitur. In principio creauit Deus cælum & terram. Antiquiſſimus autem contextus Chaldæa oratione conſcriptus loco eius particulæ, In principio, dicit, Cum ſapientia creauit Deus Cælum & terram: nec mirum quidem, ſapientia enim apud Hebreos principium vocatur, quod Salomonis potiſſimum teſtimonio confirmatur dicentis. Principium eſt ſapientia. Dictio quoque, In, apud Hebræos dictionem, cum, frequenter ſignificare cõperitur. Conſidera igitur ò Sophia quàm eleganter mundum ſapientia intercedente olim procreatum fuiſſe, & ſapientiam in mundi procreatione ſecundi principij quondã rationem obtinuiße propheta narrationis ſuæ exordio ſtatim demonſtrauit: quaſi id inferre voluerit, quòd Deus ſupremus omnium creator ſuæ ſummæ ſapientiæ, primæq; pulchritudinis auxilio rerum procreatarum vniuerſitatem in lucem ediderit, & forma ſingula ac venuſtate exornauerit. Quapropter ſapientiſſimus Moyſes narrationẽ ſuam à triplici pulchro, Deo videlicet, ſapientia, & mundo ſtatim exorſus fuiße uidetur. Rex deinde Salomon ſapientiæ nomine clarus, optimi diſcipuli atque interpretis munere fungens, hanc diuini Moyſis ſententiam in Libro Prouerbiorum ita expoſuiße ac dilucidaße reperitur. Dominus ſapientia terram fundauit, cæloſque ſumma ſcientia compoſuit: eius ſci-

tellectu eruperunt abyssi, & æther rorem distil lat. Vnde ipse statim hæc præcepta subiungit. Fili mi ne effluant hæc ex oculis tuis, summas cogitationes contemplare atque custodi, quæ vitam animæ tuæ subministrabũt, & cætera quæ sequuntur. Quis vnquã clarius Moysis sententiam declarare, & Platonis opinionem confirmare potuisset? SO. Aristoteles quoque non secus ac Plato Deũ omnia mira sapientia perfecisse consentit. Verùm in hoc tantùm ab eo differre videtur, quòd ipse sapientiam vnam eandemque prorsus cum Deo existere arbitratur, Plato verò eam à Deo iudicat proficisci. Tu, qui Platonem Mosaycum esse contendis, hãc Platonis ab Aristotele dissensionem in sacris quoque voluminibus expressam fuisse ostendere profectò deberes. PH. Sanctissimi nostri maiores, cùm de huiusce modi arcanis loquuntur, proprijs elocutionibus vti consueuerunt: nec enim dicunt, Deus sapiens creauit, aut sapienter creauit; sed dicere maluerunt, Deus cum sapientia creauit: nempè ut illud significarent, quòd Deus summus creator existens sapientia tanquam medio ac instrumento fuit vsus ad rerũ procreationem quàm maximè accõmodato. Idem etiam à Dauide Dei ipsius amãtissimo Rege clarius expressum fuisse comperimus dicente: Verbo Domini cęli firmati fuerũt, & spiritu oris diuini totus exer

ci-

citus eius. Verbum ſapientia exiſtit, quæ cum ſpiritu ex ore egrediente rectè confertur: eadem enim ratione ſapientia ex primo ſapiente, ſicut ſpiritus ex ore emanare uidetur: neque ambo vnum idemque prorſus, quemadmodum Ariſtoteles ſenſit, eße dicuntur. Verùm vt hæc res apertius cognoſcatur, & quaſi oculis tuis ſubijciatur, vide quæſo quàm clare ipſa à Rege Salomone quaſi ſub prouerbiorum exordium explicetur, qui ſapientiam ita loquentē introducit. Ego ſum ſapientia. Poſtea declarat quomodo ipſa omnes virtutes, & pulchritudines vniuerſi, ſcientias, prudentias, artes, et animorum moderatrices virtutes continere dicatur. Tandem ſubiungit. Meum eſt Conſilium, mea eſt ratio, ego ſum intellectus, mea eſt fortitudo, per me Reges regnāt, & legum conditores iuſta decernunt. Per me principes imperant, et potentes ueritatem cognoſcunt. Ego diligentes me diligo, & qui me ſolicitè quęrunt, me inueniunt: omnes diuinas, egregias, & iuſtas pulchritudines mecum gero, ut eas meis neceßariis liberaliter copioſeque diſtribuam, & eorū Theſauros cumulatiſſimos reddam. Poſtquam autem ipſe, vt legitur, expoſuit quo pacto à diuina ſapientia omnes ſapientiæ, uirtutes, & pulchritudines in vniuerſum diffuſæ proficiſcuntur, quas ipſa viris eam diligentibus ſoliciteq; inueſtigantibus effusè ac liberaliter

beraliter distribuit: vt diuinæ sapientiæ claritatem ac venustatẽ expressius nobis significaret, huiusemodi orationem ei tribuisse reperitur. Dominus condidit me in principium viarũ suarum: antequam quicquã faceret a principio, ab æterno ordinata sum, & ex antiquo, antequã terra fieret. Nondum erant Abyssi, & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant, necdum montes graui mole constiterant. Ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat, nec latitudines regionum, nec cardines orbis. Quando præparabat cælos, aderam: quando certa lege, ac termino circũuallabat abyssos: quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarũ: quando mari terminos assignabat, & legem aquis imponebat, ne fines sibi statutos transilirent: quando terrę fundamenta iaciebat: tum ego tanquam artificium, & ars quædam apud eum erã cuncta componens, & in pulchris ac artificiosis operibus extruendis me ipsam exercens. Quotidie coram eo in orbe terrarum præsertim ludebam: & delitias meas in filijs hominum reponebam. Nunc ergo filij me ipsam audite, & præcepta mea diligenter obseruate, & cætera quæ sequuntur. Considera quæso ò Sophia quam præclarè sapientissimus Rex summam illam sapientiam è Deo emanare, ab eoq; profecisci, atque vnam eandemq;, ut Aristoteles

ſenſit, cum Deo exiſtere hac oratione demõ-ſtrauit; qui ſummam ſapientiam diuinarum viarum principiũ vocauit, nec temerè quidem: viæ nanque diuinæ procreationem mundi ſignificare videntur; ſumma antem ſapientia principium fertur extitiſſe, quo intercedente Deus mundum procreaſſe cenſetur. Rex igitur ſapientiæ nomine vſus Moyſis dictum illud ſubobſcurum declarauit. In principio creauit Deus cælum & terram. Salomon deinde ſummã hanc ſapientiam primùm ex Deo emanaſſe, et vniuerſi procreationem anteceſſiſſe oſtendit: quoniam ea intercedente & rerum omnium vniuerſitas, & ſingulæ vniuerſitatis partes à Deo Optimo Maximo procreatæ fuerunt. Ipſam inſuper cum Platone conſentiens artem ſiue artificium ſummi opificis appellauit: proptereà quòd ſumma ſapientia cùm artificioſiſſimum quoddã exemplum in diuina mente repoſitum eſſe dicatur, ad cuius ſimilitudinem Deus vniuerſum formauit, iurè artis ſiue artificij cognomen ſibi vendicare videtur. Eam quoque apud Deum fuiſſe ſubiunxit: vt ſummam ſapientiã à ſua origine reipſa vel eſſentia minimè diuidi, ſed ambas perpetuò coniunctiſſimas eſſe demonſtraret. Iucundiſſimas etiã formas, & delitias omnes ex ea in mundum tam cęleſtem, quàm terrenũ deriuari pronuntiauit; & terreſtres pulchritudines, ſi cum formis

nis hominum conferantur, obscuras & quasi deridendas esse conclusit: quoniam, vt iam diximus, sicut lucis Solaris formositas longè perfectius in subtilibus & perspicuis, quàm in concretis opacisq; corporibus imprimitur: ita quoque prima forma, summaq; sapientia sui vestigium multò magis in procreatis intellectibus, angelicis videlicet ac humanis, quàm in cunctis vniuersi corporibus impressum relinquit. Nec tantùm sapientissimus Rex hanc Idæalem effluxionem, mundanæ procreationis principium, summæ sapientiæ nomine & habitu figurauit: verùmetiam in Cantica eandem pulchritudinis nomine & specie designauit, vbi in eius incidens mentionem verba illa protulisse reperitur. Tota pulchra es amica mea, nec vlla in te macula prorsus existit. Quàm clarè summam ac Idæalem diuinæ sapientiæ pulchritudinem Salomon purissimam formam, nec vlla quãuis minima labe obscuratam ei concedendo expressisse videtur: quæ quidem laus ipsius tantùmmodo propria cum nulla cæterarũ rerum, quæ formę participes esse dicuntur, cõmunicari potest. Quæ enim pulchritudinem participant, quatenus eam recipiunt, nequaquam formosa, sed imperfecta potius existere comperiũtur: & profectò quæ pulchritudinis aliquam partem sibi vendicant, tota formosa esse minimè possunt. Dei autem socia vocatur,

quia ipsa cũ Deo ad mundi procreationem na secus ac ars cum opifice ad opus aliquod artificiosum extruendum consociata fuisse reperitur. Aliâs autem prudentissimũ Regem eius unitatem atq; simplicitatem legimus declarasse, cùm dicit: Septuaginta sunt Reginæ & cætera. Item: vna est columba mea, perfecta mea. Deinde eam inuocat dicens. Tu columba mea in altissimo dignitatis latens fastigio, fac ut tuum aspectum discernere; & uocem tuam audire queam: tuus nanque aspectus pulcherrimus, & uox tua suauissima nimirũ existit. Quàm dilucidè his uerbis sapientissimus Salomon simplicissimã summæ pulchritudinis vnitatem declarauit: & quàm elegãter eam, propterea quòd in supremo gradu collocata rerũ omniũ procreatarũ uniuersitatem moderatur, a nobis vix sciri aut conspici posse significauit. Quapropter Rex tandem supplices ipsi adhibuit preces, vt pulchritudinis suæ presentiã corporibus quidem visibili et apparenti ratione cõcedere; creatis autem intellectibus voce dũtaxat & verbo, hoc est sapienti quadam ratione cõmunicare dignetur. Plura insuper, quæ ad summã pulchritudinem attinent, Rex ille eius maximo captus amore in sua Cantica tradidisse reperitur: quæ quidem omnia, ne in verbosi aut garruli fortaße notam incurram, silentio præterire decreui. Id vnũ superioribus addam, quod

quòd ſicut ipſe Idæali ſapientiæ ſummæ pulchritudinis nomen: ita etiã ſupremo omniũ Deo, ex quo tãquã exvberrimo fonte ſumma pulchritudo emanare cenſetur, ſummi pulchri appellationem aptauit: dicit enim. Ecce tu pulcher es mi dilecte atq; decorus: lectulus noſter adhuc floridus exiſtit. Id nẽpè Rex his uerbis ſignificaſſe uidetur, quòd Deus nequaquã, ut cetera formã participãtia, formoſus eſt nuncupãdus: ſed tãquã omniũ ſupremus pulchritudinẽ ipſam produxit. Summe inſuper ac emanantis pulchritudinis cũ ſummo pulchro, è quo ipſa emanare cẽſetur, nexũ atq; coniũctionem his potiſſimũ vերbis deſignauit. Lectulus noſter adhuc floridus exiſtit. Deus enim cũ ſumma pulchritudine cõiunctus uera propriaq; cauſa dicitur eſſe, vt rerum procreatarum vniuerſitas floreat, formoſaq; nũcupari mereatur. Salomon etiã in Eccleſiaſte pulchritudinẽ vniuerſo impertitã eleganter admodũ tetigit dicẽs. Deus cuncta fecit bona tẽporis opportunitate ſeruata. Quam quidẽ loquendi rationem Salomon à Moyſe ſumpſiſſe videtur dicente. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualdè bona. Dignũ eſt autẽ conſideratione quòd propheta ſingulas partes vniuerſi deſcribens inquit Deum vidiſſe, quòd earum vnaquæque bona exiſtebat. At vniuerſo iam abſoluto dicit Deum uidiſſe cuncta, quæ fecerat, eſſe ualde bona. Bonum quidem pul-

 chrum

chrum significare id nobis est maximo argu-
mento, quòd Moyses bonum ad sensum re-
fert videndi. Quin autem visibilis bonitas pul-
chritudinem significet, nemo ambigere debet.
Huiuscemodi uerò bonum à Deo Optimo Ma-
ximo uisum fuiße idcirco propheta inquit, ut
significet diuinam uisionem, summamq; Dei sa
pientiam singulas partes uniuersi propria pul
chritudine eis impertita formosa reddidisse: uni
uersum autem ipsum, tota sapientia & pulchri
tudine in id simul collata, pulcherrimum opti
mumq; effecisse. S O. Tibi quidem pro tui in
me studio singulari, quod tam promptè & ala
criter omnes propositas difficultates soluendo
ostendisti, innumerabiles gratias ago. eoq; ma-
gis, quia earũ solutiones Mosaicæ Theologiæ
præclaram atque reconditam quandam scien-
tiam patefecisse uidentur. Nec quicquã, quod
ad uerę pulchritudinis attinet cognitioné, am-
plius a te requiro: eam enim cum summa ipsa
diuinaq; sapientia, quæ in toto ac uniuerso re-
fulgere conspicitur, necnon singulas ipsius par-
tes cum toto simul decenti pulchritudine exor
nat, unam eandemque prorsus existere intelli-
go. Nunc eius tantùmmodo amoris, quem Rex
Salomon in Cantica inter summum pulchrũ,
summamq; pulchritudinem uersari descripsit,
à te explicationem desiderarem. Cùm enim
summũ pulchrum amantis rationem obtineat,

ama-

amata pulchritudine inferius nimirũ existeret: nam, quemadmodũ suprà iam ostendisti, amans amato semper ignobilior esse uidetur. Tu uerò summum pulchrum summæ pulchritudinis originem & principium esse modò dixisti. Ecce clara atque aperta uerborum tuorũ dissensio.

PH. Huiusce rei quoque rationem tibi reddere tentabo. Salomon, cæteriq́ue Theologi, qui Moysis doctrinam profitentur, mundum quasi filium quendam ex summo pulchro tanquã ex patre, & ex summa sapientia ueraq́ue pulchritudine tanquã ex matre ortum suum traxisse arbitrantur. Summam autem sapientiam summi pulchri quasi fœminam perfectissimi uiri amore irretitam, eo quoq; mutua beneuolentia ipsam prosequente, ex summi pulchri maxima potestate concepisse, & vniuersum cõmunem amborum progeniem unà cum singulis eius partibus enixam fuisse subiungunt. Et hoc nempè amor, quo Salomon in Cantica amicã suam pulcherrimum amatum dilexisse testatur, significare videtur. Vnde quoniam ipse superior, & producentis munere fungens longè magis, quàm illa inferior, & productæ conditionem sortita amati appellationem meretur: idcirco illam hunc quasi inferiorem superiorem semper amati nomine tanquam honoris gratia cõpellare uidebis. Hic autem illam nunquã amatam, sed quasi superior inferiorem, sociã meã,

Amorẽ illũ inter summũ pulchrũ, summãq; pulchritudinẽ quasi ĩter virũ, & mulierẽ à Salomone in eius Cantica tam splendidè copiose que pertractatũ, tãquã cũctorũ amorũ supremũ, e quo rerũ procreatarum vniuersitas deinde effluxisse censetur, diligenter exponit.

columbam meam, perfectam meam, sororem meam vocare frequentissimè solet. Nec mirũ quidẽ: ipsa nanque amore suo potita ex eo sibi maximam perfectionem acquirit: & quasi fecunda mulier ex uiro suo concipiens mundum perfectissimũ opus in lucem edidisse cõspicitur. At amor ille, quo summũ pulchrũ summã pulchritudinem dicitur redamare, nullam summo ipsi pulchro aduenientem perfectionẽ largitur, quid enim ei obsecro addi potest? Sed mundũ tantũmodo velut cõmunem quendã filium perfectissimum reddere studet; etsi ex eo perfectio nonnulla, relatiua scilicet, ipsi quoque contingat: filij nanque perfectio in patrem etiã perfectionem quandã, non tamen essentialem, nec realem, quemadmodũ in summam ipsam pulchritudinem, inducere solet. Similiter quoque ex mare perfecto, imperfectaq; fœmina in diuiduum hominem, quem μικρόκοσμον, hoc est paruũ mundum veteres appellarunt, nasci videmus. Pariter etiam in cœlesti regione Sol & Luna uiri atque mulieris mutuo sese amore diligentium imaginem gerunt: ex quibus, ut suprà iam diximus, omnia in orbe hoc inferiori gigni & procreari conspiciuntur. SO. Viri igitur, & mulieris coniugium mutua eorum beneuolentia stabilitum sacrum, diuinumque summi pulchri, summæque pulchritudinis matrimonium, quo intercedente rerũ procreatarũ vni-

Summũ pulchrũ, summaq; pulchritudo mũdi ipsius primi, antiquissimiq; parentes existunt.

Solis & Lunæ coniugalis amor.

vniuersitas effluxisse censetur, repræsentare existimatur: in summa duntaxat pulchritudine differentia quadam latitante; quę summi pulchri non solum vxor, verum etiam eius filia omnium liberorum natu maxima existere prædicatur. PH. Id quoque in primorum parentum coniugio vsu venisse videmus. Eua enim ex Adamo tanquam filia ex patre principio originem traxit, postea tanquam legitima uxor cum eo in matrimonium fuit consociata. Ex his, quæ hucusq; diximus, quanam ratione primus amor in rerum uniuersitate conspectus ex prima pulchritudine quasi ex patre, & ex eius cognitione, quæ à prima omnium procreatarum intelligentiarũ habetur, primo mobili cũcta cætera corpora ambitu suo maximo continenti mouẽdo delegata quasi ex matre, quæ id summæ pulchritudinis, quod sibimet deesse cognoscit, uehementissimè appetit, originem duxerit, te satis superque cognoscere arbitror. Eadem quoq; ratione singuli amores ex summa pulchritudine rebus communicata ac impertita; & ex eius cognitione ab eo, cui ipsa deficit, quodq; eius coniunctionem assequi studet, habita nasci existimantur. Vnde quantò res maiorem summæ pulchritudinis obtinuerint portionem, vel vberiorem eiusdem cognitionem habuerint, tantò feruentiori ipsius amore flagrabunt. Quinetiam amantes quantò

Coniugium amor summi pulchri, summæq; pulchritudinis amorem optimè quodã repræsentare uidetur.

Primus amor in rerum omnium procreatarũ uniuersitate conspectus.

Amoris cuiuscunque origo.

tò præstantiorem formam sibi diligendã proposuerint, tantò excellentiores esse dicentur: res enim forma præstantes amantes earũ pulchritudine captos formosiores nimirũ reddere solent. Par igitur Sophia esse videtur, vt impuras imperfectasq; pulchritudines relinquamus, cuiusmodi omnes formæ cum materia et corpore consociatæ existere comperiuntur: utq; eatenus tantùm eas diligamus, quatenus ipsarum ope ad incorporales perfectasque pulchritudines cognoscendas diligendasq; contendere possimus; reliquum autem illarũ, quod à spiritalium formarum præclaris amoribus animos nostros abducere solet, totis viribus declinemus, et implacabili perpetuoq; odio prosequamur. Præcipuum autem hominis studiũ in excellentissimis formis illis à turpi materia, & corporea labe penitus separatis versari æquũ existimo: cuiusmodi uirtutes atque scientiæ perpetua forma virentes, & cuiuscunque turpitudinis atque imperfectionis prorsus expertes esse videntur. In quibus etiam ordinis nonnullam curam habere debemus: ex inferioribus nanque ad superiores, & ex puris ad purissimas per quosdam veluti gradus est nobis ascendendum; donec ad non tantùm formosissimarum intelligentiarum, quæ celestibus corporibus uitam motumq; subministrant; verùm etiam ad summæ ipsius pulchritudinis sum-

Formæ corporales uel à nobis prorsus sunt relinquendæ, uel totũ earum studiũ ad incorporaliũ formarum cognitionem amoremque duntaxat a nobis est referendum.

Præcipuũ hominis studium.

In spiritaliũ formarum cognitione atq; amore ab inferioribus ad superiores, quousq; ad omnium supremam atq; excellentissimam formam deniq; pertingamus, gradatim est nobis proficiscendum.

summique ipsius pulchri, ex quo tanquam ex primo authore omnes deinde pulchritudines, vitæ, intelligentiæ, essentiæq; deriuantur, cognitionem & amorem denique pertingamus. Hoc autem tam præclaro munere tunc beari poterimus, quando corporeis indumentis exuti, animiq; perturbationibus materiæ imperfectionem consequẽtibus sedatis haud tantùm corporales pulchritudines, ut summa illa forma potiamur, despiciemus, nihiliq; æstimabimus: uerùm etiam easdem utpote illas, quæ nobis ad veram pulchritudinem, ubi summum bonum consistit, properantibus maximum impedimentum solent afferre, & quasi nobis infensos atq; acerrimos hostes effugiemus. Insuper autem, ut tantam pulchritudinem contemplari valeamus, nos pro sordidis & corporalibus indumentis reiectis puras ac spirit ales uestes induere oportet, summum sacerdotem imitantes: qui cùm sacrum anniuersariũ ad Hæbreorum peccata condonanda celebraturus in adytum templi, quod sanctum sanctorum appellabatur, ingredi vellet, vestibus auro fulgentibus, gemmarũq; innumerabili ferè multitudine insignibus depositis, & earum loco puris & candidissimis uestimentis sibi assumptis, gratiam ac veniam scelerum superiorum Israelitico populo à diuina beneficentia impetrabat. Cùm enim homo ad summæ pulchritu-

Beatitudinis acquirendæ facillima ac tutissima ratio ea profectò existit, ut corporalibus formis spretis cõtẽptisq; incorporales tantùm ac spiritales amplectamur: donec ad supremã omnium formarum euecti estis acerrimæ contemplationi, & uehementissimò studio toto pectore hæreamus.

di-

dinis, summiq́; pulchri cognitionem pertinget, adeò uehementi flagrabit amore, vt omnibus postpositis atq; contemptis, necnon totis animæ viribus ad intellectum mentemq́; receptis diuino tantùmmodo incumbet amori, diuinæq́; pulchritudinis contemplationi intentus prorsus existet, quæ eum nimirum formosissimum reddet. Nec mirum quidem: Qui enim summi pulchri amore capiuntur, summa ipsius pulchritudine maximè exornari conspiciuntur. Si quando autem Deo annuente hoc nobis contigerit, tunc verè diuinæ copulationis, in qua illustrium animorum, purissimarumq; mentium postrema fœlicitas, expetitaq́; beatitudo collocatur, compotes esse dicemur. Cùm enim ex summo pulchro tanquam ex patre, et ex prima pulchritudine tanquam ex matre, & ex summa sapientia tanquam ex cœlesti patria descendisse videamur: summum bonum humanum, humanaq́; beatitudo in eo potissimùm consistit, ut in patriam nostram denique reuertamur, & ad diuinos vniuscuiusq; nostrum parentes complectendos redeamus; ex eorum gratissimo aspectu, iucundissimaq́; copulatione postremam nobis fœlicitatem acquirentes. S O. Deus, vt tā iucundis voluptatibus potiamur, vtq́; ad tantam fœlicitatem ac beatitudinem perducamur, annuat atq; consentiat. Et Quartæ superius à me iam proposite

Humani generis cœlestis patria, diuiniq; parentes. Humana beatitudo ubi potissimū consistit.

sitæ difficultati, ex quibus parentibus amor natus fuisse dicatur, optimè quidem; sicut etiã tribus cæteris, utrum scilicet, quando, & ubi primùm ipse exortus fuerit, satisfecisse videris. Quinta duntaxat propositarum difficultatum, cur videlicet amor in uniuersum fuerit introductus, & ad quem finem siue vsum editus esse putetur, nunc tibi restat dissoluenda.

PH. Ex quatuor iam pertractatarum quæstionum solutionibus huius etiam quintæ responsionem nullo negotio quiuis deducere potest. Finem, cur amor in rerum procreatarũ vniuersitatem satus fuerit, facillimè inueniemus, si finem singulorũ amorum, qui tùm inter homines, tùm etiam inter cætera animantia frequenter accidere conspiciuntur, ante oculos nobis proposuerimus. Scopum omnium amorum in voluptate, quam amans ex re ipsa capit amata, consequenda reponi; quemadmodum odii finem in molestia, quam res odio habita nobis afferret, declinanda consistere Sophia clarissimè cernis: finis enim, quem amore suadente acquirere homines student, fini, quem odio cogente iidem declinare contendunt, quàm maximè opponi videtur. Vnde minimè mirum existit, si media quoq; ad tam oppositos fines accommodata contraria esse dicuntur. Amoris nãnq; spes, & iucundi prosecutio: odij verò timor, & doloris effugium op-

Ad postremam quinque supertus iam propositarũ difficultatum determinãdam accedit.

Amoris cuiuscunque finis in ipsius amantis voluptate potissimùm reponi uidetur.

por-

portuna admodum media eſſe existimantur. Si igitur doloris quaſi mali ac turpis alienatio finis odij eſſe cenſetur, finis amoris voluptatis tanquam bonæ & pulchræ appropinquatio nimirum exiſtet. SO. Cuiuſcunq; ergo amoris finem in voluptate ſtatuendum eſſe Philo arbitraris? PH. Vtiq;. SO. Haud igitur omnis amor, ut ſuperius definiſti, pulchri deſiderium eſſe dicetur. PH. Cur? S.O. Quoniam complures reperiuntur voluptates, quibus pulchritudinis laus nequaquã aptari poſſe videtur. Quinimo quæ nobis maiorem iucunditatem ſolent afferre; quemadmodum dulces ſapores guſtui; & ſuaues odores olfactui; necnon primæ qualitates, calidum ſcilicet, frigidum, humidum, & ſiccum, contrariorum exceſſibus caſtigatis, & ad placidum quoddam temperamentum redactis, tactui; præcipuè autem Venerei complexus, qui ſenſibilium voluptatum maximi exiſtere ſentiuntur: cuncta huiuſcemodi generis omni penitus pulchritudine deſtituta eſſe videntur, nec pulchra nec turpia prorſus queunt appellari: quæ tamen ſi tibi cõſtare volueris, fines amoris utiq; vocari debebunt; cùm omnia modò cõmemorata, voluntate & deſiderio tanquam medijs quibuſdam intercedentibus, à nobis deniq; comparentur. Amor igitur haud pulchri, quemadmodum ſuperius eum definiſti, deſiderium: ſed iu-

cundi

cundi potius, vel pulchrum, vel minimè pulchrum ipsum existat, appetitus esse dicetur. PH. Etsi, vt supra quoq; admonuimus, amor, desiderium, appetitus, voluntas, cæteraq; similia nomina communiter sumpta idem significare videntur: tamen si propriè loqui volue rimus, in eorũ significationibus vel parem ali quam diuersitatem, vel maiorem minorem'ue communitatem reperiri intelligemus. Omnem amorem desiderium quidem existere fateor, non tamen contrà omne desiderium verè proprieq; acceptum amorem, quem pulchrũ semper appetere definiuimus, esse cõcedo. Quamlibet enim voluptatem desideriũ consequi videtur, & quodcunq; desiderium ad iucundũ semper refertur: non tamen omnis voluptas amorem sibi habet adiunctũ, etsi omnis amor voluptatem tanquam propriũ finem sibi proponit. Nonnullæ igitur voluptates omnium amorum, & cunctæ omnium desideriorum fines esse dicuntur. Quapropter desideriũ quasi commune quoddam genus tùm amorem, tùm etiam aliam quandam speciem ab amore diuersam complecti videtur. SO. Amor igitur altera desiderij species nuncupari debebit. PH. Maximè. SO. Reliquam verò speciem desiderij quo nomine significabis? PH. Eam sensibilem quendam appetitũ vocabo. SO. Ecquid amorem ab appetitu differre

Omnis amor desiderium quidem existit: haud tamen omne desiderium amoris propriè appellatione meretur.

Desideriũ quasi genus quoddam commune & amorem, & sensibilem appetitum tanquam duas uarias species ac differentes ambitu suo complectitur.

ferre arbitraris? An non amborũ unus illis finis, iucundum uidelicet ipsum, prorsus exstit? Cur igitur unum ab altero distingui ac separari contendis? PH. Eorum utrunq; iucundum tanquam finem sibi proposuisse concedo: at in eo potissimum amborum differentiam sitam esse existimo, quòd amor ad pulchram voluptatem, appetitus verò ad voluptatem non pulchram tanquam ad proprium finem dirigatur. SO. Hoc quidem à communi hominum sensu ita alienum uidetur, ut illud uix credere possim. Si enim finis, ad quem appetitus refertur, in uoluptate non pulchra cõstitueretur, tunc deformis nimirum existeret. Quòd autem deforme ullam prorsus uoluptatem afferre dicatur, non tantum rerum usui aduersatur; cùm natura deforme, ut sibi contrarium effugere, & pulchrum ut sibi dilectũ prosequi frequenter conspiciatur: uerùm etiam contingere minimè potest. Omne enim deforme malum, quemadmodum contrà omne pulchrum bonum esse uidetur: desiderium autem siue appetitus ad malum nunquam refertur, præsertim cùm Aristoteles bonum illud esse definiat, quod cuncta desiderant appetuntq;. PH. Me aliàs quoq; tibi dixisse recordor, ne quodcunq; non pulchrum deforme seu turpe existere putes: complura enim, quorum natura neutrum duorum istorum contrariorum, nec

Amor pulchram uoluptatem, appetitus uerò uoluptatem non pulchram tanquam proprium & accommodatum finem sibi proposuisse uidetur.

Bonum id, quod cuncta desiderãt appetuntq;, esse definitur.

Inter pulchrũ ac turpe media com

nec formam scilicet, nec deformitatem suscipere potest, nec pulchra, nec turpia esse comperiuntur; quãuis ex eis non mediocrem voluptatem capiamus, quemadmodũ sunt ea, quæ tandudum enumerasti. S O. Quin omne pulchrum bonum existat, profectò nunquam te arbitror negaturum. P H. Minimè. S O. Ergo non pulchrum non bonum esse dicetur: omne autem non bonum malum necessariò existit; quemadmodum enim tute dixisti, inter bonum & malum nihil interiacet mediũ. Igitur omne non pulchrum in malorum numero reponi debebit. Vnde voluptates non pulchras malas nimirum esse consequetur, quod meo quidẽ iudicio à veritate quàmmaximè est alienum: huiuscemodi enim voluptates à nobis sępissimè expetuntur, quodcunque autem expeti solet, boni semper rationem habere existimatur. P H. Hic quoque Sophia imprudens erras. Etsi enim omne pulchrum bonum existit, haud propterea omne bonum pulchrum esse oportet. Similiter etiam quãuis omne non bonum malum, & non pulchrum esse dicatur; haud tamen omne non pulchrum malum, & non bonum est appellandum. Bonũ enim plura quàm pulchrum ambire complectiq; videtur: & ideo bonorum quædam pulchra, quædam non pulchra esse comperiuntur. Omne autem iucundum, quatenus iucunditatem affert, bonum esse

plura, quæ nec pulchra nec turpia existunt, profectò reperiũtur.

Inter bonum & malũ nihil interiacet medium.

Bonũ longè amplius atq; cõmunius, quàm pulchrum ipsum existit.

Bonorũ quædã pulchra, quædam non pulchra esse dicuntur.

Voluptates bonæ simul et pulchræ amoris: bonæ verò dũtaxat, minimeq; pulchræ sensibilis appetitus proprij accõmodatiq; fines esse censentur.

censetur, & propterea à nobis expeti solet. At non omne iucundum pulchrum quoque habet existimari. Quinimo iucundorũ nonnulla bona simul & pulchra esse dicuntur, quæ quidem desiderij cum amore in vnum conuenientis fines existunt: nonnulla verò bona tantũ, minimè autem pulchra esse perspiciũtur, quemadmodum ea, quæ iandudum enumerasti; & hæc desiderij ab amore seiuncti, quod sensibilis propriè nuncupatur appetitus, accõmodati fines esse videntur. SO. Differentiam, quam inter amatorium desiderium, & sensibilem appetitum posuisti; & qua ratione amatoria desideria bonas simul et pulchras voluptates, appetibilia verò bonas tantũmodo, minimè autem pulchras iucunditates tanquam proprios fines sibi determinarunt, optimè intellexi. At ex eo non mediocrem quidem capio admirationem, quòd omnem voluptatem, ꝓptereà quòd expetitur, & omne expetibile boni rationem habere existimatur, bonam esse concessisti. Hoc enim etsi Aristotelis authoritate confirmatur, qui illud bonum existere definiuit, quod cuncta appetunt: & propter legem conuersionis, quæ in definitione & definito potissimùm requiritur, sicut omne bonum expeti solet, ita quodcunque expetibile boni habet rationem; attamen contrarium vsuuenire sæpè videmus. Cũ plures enim voluptates minimè bonæ, sed malæ po-

Definitio, & definitũ semper inuicẽ cõuertũtur

potius, atque exitiales esse; nec corpori tantũ & valetudini, verũetiam animo, eiusque inco lumitati maximum detrimentum afferre cõperiantur, quę tamen à quàmplurimis expetuntur: secus enim pro earũ acquisitione non tan topere homines laborarent. Quapropter haud omne desiderium circa bonũ versari, nec quodcunque desiderium bonũ existere, nec omnem voluptatem bonam esse concedendũ videtur: quinimo & plura desideria praua, & complures voluptates pessimæ, et humano bono quàm maximè aduersantes passim reperiuntur. P H. Ex Aristotelis sententia omne expetitum bonum esse nequaquam arbitror assentiendum. Nec enim philosophũ bonum id esse, quod expeti solet, dixisse inuenimus: sed ipse bonum illud existere, quòd omnes appetunt, definiuit. Hæc autem boni definitio in bonum ipsum definitum optimè quidem recurrit: quod enim omnes appetunt, verè bonum vocatur. S O. Verùm quodnam obsecrò tam præclarum bonum reperitur, vt omnes homines ad sui desiderium adducat? P H. Ipsemet Aristoteles quasi sese declarans, huiuscemodi bonum scientiam ipsam, vel sapientiam esse testatur: ab hoc enim principio Metaphysicã suam exorsus fuisse conspicitur. Omnes homines naturaliter scire desiderant. Huiuscemodi autem desiderium haud tantũmodo boni, sed etiam veri & pul-

Bonum id esse, quod oẽs appetũt, ab Aristotele definitur.

Oẽs hoĩes natura duce scire desiderant.

pulchri esse uidetur. Vnde ex Aristotelis sententia, quòd omne expetitum bonum existat, nequaquam arbitror colligendum. SO. Cur igitur id modò tam facilè concessisti, idq; insuper asseuerasti? PH. Quoniam hoc ita uerũ esse existimo, ut nihil eo verius ne excogitari quidem possit. Voluntatis nanque & desiderij finis in bono profectò consistit, & quodcunque expetitur, sub boni iucundique ratione semper expetitur: omneq; iucundum, quatenus iucundum existit, bonum quoque & expetitum esse contingit. Verùm desideria, expetitaq; uoluptates eandem, quam expetentes ipsi diuersitatem habere conspiciuntur. Expetentum enim qui animo rectè cõposito esse uidentur, moderatas appetunt uoluptates: Qui uerò animũ incõpositum gerunt, immodicas uoluptates expetere solent. SO. Ergo postremæ hæ uoluptates bonæ minimè existerent. PH. Ipsæ quidem propriarum merito naturarũ consideratæ bonę uocari minimè debent; uerùm eas expetentibus tantùmmodo bonę esse dicentur; quia illi huiuscemodi uoluptates bonas esse existimant, & tanquam bonas eas appetere solent: nam propter prauam & uitiosam eorum naturam tùm in iudicando, tùm etiã in expetendo, & in ipsismet concupitis quoque uoluptatibus malũ pro bono capientes quàmplurimos errores cõmittere perspiciuntur. SO. Sunt igitur

Omnis amor, omnisq; appetitus ad bonũ semper contendit.

Voluptates pro hoĩum eas amantiũ, atq; expetentiũ naturis differentibus variæ quoq;, dißimilesque redduntur.

non-

nonnullæ voluptates, quæ etsi bonę videntur, bonæ tamen minimè existũt. Pariter etiam desideria nonnulla ad bonũ minimè diriguntur. Hac autẽ ijs, quæ superius concessisti atq; asseverasti, quã maximè profectò repugnant. PH. Cùm omne iucundũ bonũ quoddam existere videatur, id rei alicuius bonæ particeps esse oportet, cuius merito homines ipsum tanquã bonũ approbant, appetũt, & prosequũtur. Quinimo voluptatẽ suapte natura bonã, quemadmodũ dolorẽ voluptati contrariũ ex natura doloris malũ esse videmus. Haud igitur temerè, sed cõsultò evenisse dicemus, quòd sicut humanũ ingeniũ omnem doloris speciem aversatur, formidat, atq; refugit: ita omnem voluptatem appetat, speret, ac prosequatur. SO. Cur igitur plures voluptates malas, cõpluraq; desideria immoderata pro expetẽtiũ pravis temperaturis reperiri dixisti? PH. Bonũ quidem, & malũ in eodem subiecto nõ eiusdem, sed diversarũ partiũ merito cõcorditer habitare optimè possunt. Vnum enim & idem boni parum, et specie tenus; mali autem plurimum, atq; interius sine reipsa particeps esse potest: in quo quidẽ genere pravæ inordinatæq; voluptates sunt reponendę; quæ eatenus tantũ bonitatis laude commẽdantur, quatenus iucunditatem nobis afferre perspiciuntur. At si earum interiorem naturam diligenter perpenderis, pravas nimirum

Voluptas suapte natura bona semper existit.

Voluptatũ quędã puræ, quędã ipuræ: & item quædam reipsa, quędã specie exteriori tantũmodo bonæ.

eas esse cõperies. Bonum enim, quod ipsę à propria forma acceperunt, cum materiæ prauitate adeò implicitum esse, & in cænosa materia ita demergi videtur, vt eiusmodi voluptates reipsa malæ, & specie dũtaxat exteriori propter circũfusam quandam suauitatem bonæ sint appellandæ. Quinimo nec species illa exterior simpliciter bona, nec omnibus iucunda existit; sed ijs tantùmmodo delectationem afferre comperitur, qui huiuscemodi voluptates præter æquum & bonum appetunt: quique à minimo earum, & exterius circũfuso bono decepti, nulla penitus complurium malorum sub exteriori illa suauitate latitantiũ habita consideratione, ad illas appetendas prosequendasque præcipites ruunt. Qui verò immodicas animi appetitiones ad mediocritatem redegerunt, a minimo illo apparentique bono nequaquam falluntur, cum eo enim quamplurimũ mali admixtũ esse cognoscũt. Quapropter nec iucundum, nec appetibile id esse existimant: sed ipsum potius vt ingens aliquod malũ execrantur, timent, atque refugiunt. Huiuscemodi autem prauæ & exitiales voluptates ab imperfectioribus potissimùm sensibus, gustu videlicet, tactuque appetuntur: quemadmodum ex ciborum, potuum, venereorùmque complexuũ immodica appetentia; necnon ex complurium luxui, mollitiei, ac otio indulgentium ediosissi-

ma

ma viuendi ratione quiuis dignoſcere poteſt. SO. Non'ne ſenſibilium quoque voluptatum nonnullæ verè proprieque bonæ appellantur? PH. Maximè quidem; eæ videlicet, quæ temperatæ, & ad humanæ vitæ conſeruationem, humanæque ſpeciei propagationem neceſſariæ eſſe dicuntur: huiuſcemodi enim uoluptates quãuis ſenſibiles, honeſtatem tamen ſibi habẽt adiunctam: ab intellectu nanque totius honeſtatis præſtantiſſimo authore laudabilem menſuram, optimumque temperamentum acceperunt: quiq; etiam moderatas iſtas voluptates appetunt, necnon earum quoque deſideria virtutis et honeſtatis laude meritò cõmendantur. SO. Agè in pulchris voluptatibus eadem'ne bonarum & malarũ, quæ in non pulchris verſatur, differentia quoque reperitur? PH. Maximè: complura enim tãquam pulchra amari ab hominibus conſpiciuntur, quę etſi merito formæ apparentem quandam pulchritudinem, cuius gratia amabilia eſse dicuntur, ſortita fuerunt: materiæ tamen deformitate ac turpitudine ita obſcurantur, vt turpia potius quàm pulchra; & execranda magis ac fugienda, quàm amanda, ſeu proſequenda eſſe videantur. In hoc autem genere aurum, ornamenta, vniones, pretioſique lapilli, cæteraque huiuſcemodi pulchra, quę materiam redolere dicuntur, & ſuperflua, nec ad vitæ conſeruationem

Voluptatũ ſenſibiliũ eæ dũtaxat, quæ ad laudabilẽ mediocritatem redactæ fuerunt, verè proprieq; bonæ, honeſtæque ſunt appellandæ.

Voluptates tam pulchræ, quàm nõ pulchræ eandẽ ſuſcipiunt diuiſionẽ: ambæ enim vel reuera, vel ſpecie duntaxat bonæ eẽ vidẽtur.

 ad-

admodum necessaria esse existimantur, sunt ponenda. Horum enim omnium uehemens studium cupiditas, & auaritia propriè nuncupatur. In eadem serie elegantes sermones, compositæ orationes, resonantia carmina, quæ etsi salibus atq; facetijs quasi floribus quibusdam conspersa, inhonestas tamen turpesq; sententias complectuntur, sunt collocanda. Idem prorsus de imaginationibus atq; cogitationibus, quæ specie duntaxat pulchræ esse videntur; at ab intellectuali ratione improbantur, & turpitudinis conuincuntur, sentiendum existimo. Nec aliter de gloria & honore, necnon de Dominatione & imperio iniustè acquisitis dicendum opinor: quæ quidem omnia etsi propter eorum apparentem tantùmmodo pulchritudinem ab hominibus vehementissimè appetuntur, re ipsa tamen deformia atq; inhonesta esse comperiuntur: Et idcirco nimium ipsorum studium ambitionem appellare solemus. Vt autem summatim rē perstringamus: omnium rerum, quæ specie duntaxat bonæ uidentur, bonę autem minimè existunt, vehemens desiderium libido communiter nuncupatur. SO. Quatuor igitur voluptatum species ex prædictis colligi possunt: quarum duæ bonæ simul & pulchrę, duæ autem bonæ solùm, minimeque pulchræ esse dicentur. Ambæ autem bifariam diuiduntur: nam voluptates bonæ simul & pulchræ

Voluptatū integra absolutaque diuisio.

chræ vel existentes, vel apparentes esse; similiter quoq; voluptates bonæ tantùm, minimè autem pulchræ vel circa bonū existens, uel circa bonum apparens versari existimantur. Hæc autem quadripartita diuisio posset'ne & desiderijs, & expetentibus forsitan ipsis accommodari? P H. In desiderijs quatuor expetitarum voluptatum differentias optimè reperies. At expetentibus ipsis duę tantùmmodo species, nec plures certè aptari posse videntur, temperatum scilicet ac intemperatum, vel honestum ac inhonestum. Qui in voluptatibus tùm bonis simul & pulchris, tùm etiam bonis tantùm, minimeq; pulchris, temperanter sese gerunt, eas nimirum appetunt, quæ uerè & reipsa, nequaquam autem specie duntaxat tales existunt. Intemperantes verò in earum tantùmmodo voluptatum, quæ pulchræ & bonæ videntur, nec uerè tales existunt, appetitionibus versari conspiciuntur. Hæc autem expetentium differentia a bonitate & pulchritudine interiori animorum ipsorum proficisci videtur: qui nanque verè boni & pulchri interius existunt, voluptates quoque uerè bonas & pulchras appetunt diliguntque. At qui interiorem bonitatem, & pulchritudinem neque veram, neque existentem, sed falsam, ac apparentem duntaxat obtinuerunt,

Desideria quadripartitā diuisionē nō secus ac voluptates ipsæ expetitæ suscipere existimantur. Expetētium ipsorum in tēperantes ac intēperantes, vel in honestos atq; inhonestos perelegans diuisio.

Expetentiū differētia ab animorū ipsorū uera, aut apparente dūtaxat bonitate ac pulchritudine originem ducit.

runt, consimilibus quoque voluptatibus delectantur. Inter hæc duo contraria complura media ex ambobus extremis cõposita reperiuntur. Nonnullos enim in quibusdam voluptatibus temperãter honesteq;, in alijs verò intemperanter ac inhonestè sese gerere cernes: Nonnulli insuper in pluribus temperati, in paucioribus intemperati, uel contra esse perspiciuntur. Qui quidem omnes honestatis, vel turpitudinis nomen ab ea parte, ad quam propensiores esse dicuntur, sibi sumpserunt. SO. Qua

Rerum hactenus dictarum epilogus.

ratione cunctæ voluptates vel bonę reuera existant, vel bonæ saltem uideantur, & has de causa appetuntur, probè intellexi. Id insuper quoque cognosco, quòd voluptates illæ, quæ prę ter bonitatem pulchritudinem etiam vel existentem, vel apparentem sibi habent adiunctam, non tantùm expetuntur, verùmetiam diliguntur. Qua quidem de causa finem amoris

Amoris, & desiderij cuiuscunq; finis in voluptate consistit.

in uoluptate, quam amans ex re tandem capit amata, collocasti: ad cuius nimirum similitudinem desiderij quoq; finem in voluptate, quam appetens ipse ex re denique percipit concupita, statuendum esse iudico. Nec enim ambo in alio differre uidentur, nisi quòd qui expetit tantùm, nec amat; rem non pulchrã sub boni vel existentis, vel apparentis saltem ratione expetere dicitur: Qui verò appetit simul ac amat, pulchrum uel uerum, uel sibi tantùm apparens di-

diligere existimatur. Nunc id insuper Philo intelligere vellem, quo pacto finem amoris à te modò excogitatum cum superiori eiusdem amoris definitione conciliabis, ubi scilicet amorem copulationis desiderium esse dixisti: copulatio enim à uoluptate diuersum quid profectò uidetur. P H. Quin ambo unum potius ac idem existunt: nec enim aliud, quàm iucundi copulationem uoluptatem ipsam significare opinor. Iucundum autem, ut iam diximus, vel bonum tantūmodo, uel pulchrum quoq; ; siue uerum, siue expetenti saltem apparens existat, esse existimatur. Quapropter finem amoris in uoluptate, quam amãs ex re capit amata, statue retantundem est, ac si eundem in amantis cum re sibi dilecta arctissima copulatione situm esse diceremus. S O. Hoc quoque optimè teneo. Verùm id nunc mihi dubium occurrit, quòd tu cuiuscunque amoris finem in uoluptate statuisse uideris, adeò ut quilibet amor in iucundo uersari hac ratione diceretur. Superius verò ex Aristotelis sententia triplicem amorem esse determinasti, iucundi uidelicet, utilis, atque honesti. Cur igitur tu nunc quasi iam dicta retractans, duabus præcipuis amoris speciebus omissis, omnes simul ad iucundum reducis, et amoris cuiuscunque finem in uoluptate dũtaxat consistere affirmas? P H. Etsi Aristoteles, ut iam diximus, amorem in tres species distribuerit

In amore copulatio cum re amata ab amãte tãtopere expetita; et voluptas, quã amãs ex re amata sibi cõparare quàm maximè studet, vnum idẽq; prorsus esse cõperitur.

Finis cōmunnißimus oīnm trium amoris specierū, vtilis scilicet, iucundi, atq; honesti in voluptate consistit.

rit, & vnam earum iucundi nomine tantum-
modo appellauerit: ignorare tamen Sophia
minimè oportet, quòd uoluptas cunctarum si-
mul trium specierum amoris cōmunissimus fi-
nis existit. Sicut enim qui corporalium volu-
ptatum amore tenentur, ex earum copulatione
voluptatem sibi acquirere student: Pariter e-
tiam qui bona utilia sibi diligenda proposue-
runt, eaque uehementer exoptant, à volupta-
te, quā ex ipsorum acquisitione & vsu sese per-
cepturos arbitrātur, ad huiuscemodi amorem
ac desiderium inducuntur. Quin insuper com-
plures reperiuntur, qui utilium bonorum posses-
sione longè magis, quàm cibo, potu, Venereisq;
complexibus delectantur. Vnde ipsos, ut illa
sibi comparent, hæc sæpè paruipendere & con-
temnere cernes. Honestum quoque viris sui
studiosissimis summā iucunditatem afferre con-
spicitur: qui ut honestis uoluptatibus iucundis-
simè fruantur, nullum quāuis arduum laborem
subire recusant. Quapropter finis vniuscuius-
que trium cōmemoratarum specierum amoris
in voluptate, quam amans ex rei amatæ, uel iu-
cunda, uel utilis, uel honesta ea esse dicatur, co-
pulatione percipit, situs esse videtur. SO.
Cur igitur Aristoteles vnam tantùmmodo a-
moris speciem in iucundis seu voluptatibus,
cæteras autem in aliјs versari pronuntiauit?
PH. Quia hominum vulgus sensibiles vo-
lu-

Cōplures reddit rōnes, cur cū vo-

luptates veras propriasque uoluptates tùm uocare, tùm existimare consueuit: etsi res alia sese habet ratione. Ipsæ enim, cùm omnium infimæ existant, & ad materiam quàmmaxime accedant; & omni ferè pulchritudine sint destitutæ, exiguas tenuissimasq; delectationes nimirum valent afferre: vtq; iam admonuimus, verius propriusque desiderari, quàm amari dicuntur. Quòd si pulchritudinis nonnullam fortaße portionem habere existimantur: illa materię tenebris adeò est inuoluta, vt earum minima forma maxima deformitate materię, ipsarumque exigua bonitas ingenti eiusdem prauitate quasi obscurari corrumpique videatur. Quapropter huiuscemodi res bonæ, & pulchræ videri potius, quàm eße à doctissimis viris iudicantur: At Aristoteles popularem opinionem secutus hanc amoris speciem iucundi nomine inscripsit. Vtilium autem bonorum studium, etsi his non minus, quàm illis homines delectari frequenter conspiciantur, vt à mox tamen commemorata specie separaret, amorem vtilis appellauit: ijs insuper adhoc agendum rationibus quoque impulsus, tùm quia huiuscemodi amor utilitatis magis quàm iucunditatis particeps existit; tùm etiam quia propriæ eius uoluptates cùm ad cogitationem spiritalem admodum animi nostri spectent facultatem, non adeò sicut uoluptates carnem et ma-

luptas amorum oīum cōmunißimus finis eße dicatur: Aristoteles tamen amorē in tres species, vtilē, voluptariū, atq; honestum distribuerit.

*materiam redolentes exterioribus ſenſibus ex-
poſitæ eſſe videntur. Virtutum deniq; & ſcien-
tiarum ſtudijs, etſi ipſa ſuapte natura longè iu-
cundiora quàm ſenſibilium uoluptatũ fruitio,
& bonorum utilium acquiſitio eſſe comperiun-
tur, honeſti amoris nomen accommodauit: tùm
ut propria differentia, honeſtate uidelicet, ea
exprimeret atq; ſignificaret: tùm etiam quia
uoluptates, quæ honeſtos amores concomitan-
tur, cùm ad mentem omnium animi noſtri fa-
cultatũ quãmaximè ſpiritalem pertingant, ab
ĩperfectioribus ſenſibus, quemadmodũ uolupta
tes ſenſibiles diſcerni minimè poſſunt: quę etſi
beſtijs, & hominum uulgui principatũ obtine-
re uidentur; quia tamen uel nihil penitus, uel
parum admodũ ſinceræ bonitatis aut pulchri-
tudinis ſortitę fuerunt, in infima voluptatum
omniũ ſede meritò ſunt reponendæ. SO. Quid
ais Philo? Non'ne ſenſibilium quoque volu-
ptatum cõplures reperiuntur, quæ & ad ſingu-
lorum indiuiduorũ incolumitatem, & ad ſpeciei
perpetuã conſeruationem neceſſariò requirun-
tur? Quibus quidem explendis naturã, ſummo
Opifice ita præſcribente, admirabili artificio,
maximaq; ſapientia propria inſtrumenta fabri-
catam fuiſſe, ad earumq; ſæpius repetitã exer-
citationem mira ſuauitate ipſis circumfuſa ho-
mines inuitari frequenter uidemus. Cur igitur
huiuſcemodi uoluptates, quãuis ſenſibiles exi-
ſtant,*

stant, reipsa minimè, sed specie duntaxat bonas esse arbitraris? hoc certè nequaquã uerisimile mihi uidetur. PH. Huiusce generis uolupta tes nunquam uel reipsa prauas, uel specie tantummodo bonas esse me dixisse reperies, quin eas uerè proprieq; bonas existere tibi confirmo. SO. Attamen ipsæ in sensibilium voluptatũ numero collocantur, & ad iucundi amoris speciem reducuntur. PH. Eas sensibiles quidem voluptates esse concedo: haud tamen in solius iucundi pprie, sed magis in honesti amoris specie reponendas existimo; dũmodo earum modica exercitatio ad indiuidui salutem, speciei'que conseruationem tantũmodo referatur. Quòd si ipsæ hoc forsitan laudabile temperamentũ excesserint, tunc turpes immoderateq; esse dicentur: & ad purã, omniq; prorsus honestate destitutam iucunditatem redactæ boni pulchriq; apparentis dũtaxat, minimè autem existentis participes erunt. SO. Cur Philo sensibiles voluptates propter temperamentum in eis adhibitum ex proprio genere iucundorum in alienum honestorum traducis? Nescio certè qua ratiõe id fieri liceat. PH. Haud penitus ex proprio genere eas eximendas opinor. Verùm id vnũ dico, quòd ipsæ nequaquam in solo iucundorum genere ab omni prorsus honestate seiuncto sunt reponendæ: huiuscemodi nãque voluptates honestæ nimirum esse conspiciuntur. SO. Ergò

Sensibiles voluptates mediocritatem atq; tẽperamentum assecutæ præter iucunditatẽ honestatis quoque participes eẽ videntur.

ea-

eadem voluptas sub duobus diuersis ac differẽtibus amoris generibus, iucundo scilicet ac honesto, statuetur. PH. Maximè quidem, discrimine tamen nonnullo intercedente. Hæ nãque necessariæ uoluptates à iucunditate materiam, et ab honestate formam, optimamq; temperiem accepisse uidentur, cuius merito ipsæ ad necessarios et laudabiles usus relatæ tum ad indiuiduorũ salutem, tùm ad conseruationem speciei tantùmmodo diriguntur. Idem etiam in vtilium amorum genere usuenire perspicitur. Illud enim solam utilitatem, & cuiuscunq; honestatis prorsus expertem immoderatamque, nec vitæ necessitatibus prospicientem, nec studiosis actionibus inseruientem quasi finem sibi consequendum proponit: & in eis, quæ bona quidem pulchraq; videntur, mala autẽ atque deformia existunt, potissimùm uersari conspicitur: cuius quidem rei cupiditas, & auaritia certissimam fidem nobis efficere possunt. At si quando vtilium amor laudabili temperamento accepto ad duos cõmemoratos fines, tùm singularem, tùm specificum ordinatur; tunc uerè bonus, uereque pulcher euadit; & in duobus amoris generibus, vtili uidelicet honestoq; iure maximo collocatur: vtile nãque materiam, honestum autem formam atque temperamentũ ipsi præstare uidetur. SO. Ergo amor honesti, ratione materiæ ad iucundum quandoque, quan-

Iucundorum, & item vtiliũ amor ad laudabilẽ mediocritatem redactus à materia quidẽ vtilitatẽ, siue iucunditatẽ; a forma verò honestatẽ accepisse videtur.

quandoque ad vtile declinare censetur. Verùm possemus'ne adeo præstantem amorẽ forsitan reperire, vt & ratione materiæ, & ratione formæ honestus prorsus existeret, nec quicquam omnino ab alijs duobus generibus sibi traditum, aut cõmunicatum quasi mutuũ acciperet? PH. Amor honesti in moralibus potissimum, atque intellectualibus virtutibus singulari studio prosequendis versari existimatur. Cùm autem morales virtutes humanas actiones pertractent, earum materiam pro humanarum actionum, quæ ipsis subijciuntur, multiplici diuersáque natura, variam quoque ac multiplicem existere oportet. Vnde continentia seu temperãtia in sensibilibus voluptatibus sensibiles ipsas voluptates quasi materiã, & moderationem ac temperamentũ ipsarum quasi formã habere videtur: quę quidem tantò maiorem ac præstãtiorem iucunditatem sui amantibus, quàm earum impura & corporalis materia solet afferre, quantò spiritale ipsi corporeo præstat. Pariter etiam liberalitas, & continentia abstinentiaq; à superfluis atque inutilis possessionibus, vtilia bona tãquam materiã pertractant: animi autem moderatione, & abstinentia tùm à rapinis, tùm ab immodica vtilium bonorũ acquisitione vnà cum liberali eorum distributione tãquam excellentissima quadam forma perficiuntur, quæ quidem vtilium ip-

Amor honesti duplex existit: vel enim ad morales, vel ad intellectuales refertur virtutes.

Virtutes morales haud purã simplicemue honestatẽ: sed vel cum sensibilibus voluptatibus ĩplicitã, vel cum vtilibus bonis cõiunctã, uel cum huiuscemodi rebus ad materiã corpusq; accedẽtibus inuolutã cõplectuntur.

Virtutes morales vtilia bona, sensibilesq; voluptates, cæteraq; cõsimilia quasi materiã pertractantes ab honestate quasi forma perficiũtur, conspicuæque redduntur.

ipsorum possessionem honesto amanti profes-
iucundissimam reddit. Consimili quoque ratio-
ne cæteræ morales, quæ in humanis actionibus
sese exercent, virtutes, quemadmodum Forti-
tudo, Iustitia, Prudentia, aliæque cõplures, ma
teriam ab actionum ipsarum sibi petunt natu-
ra; earumq́; forma in habitus ac temperamen
ti honestate sita esse censetur.

Virtutes intellectuales solam puramq; honestatẽ, & a materiæ sordibus, & à corporea labe quàm maxime alienam quasi diuino quodam amore corruptæ prosequũtur.

At intellectua
les virtutes totæ quidem & vndique honestæ
existunt, nec quicquam cum materia negotij
siue cõmercij habere videntur. Nec enim cir-
ca actiones sensibiles, nec circa corporales vo-
luptates, à quibus materiæ nonnullam sibi por
tionem acquirant; sed circa res ęternas, à cor
pore prorsus seiunctas, atque intelligentes ver
sari conspiciũtur: quę quidem omnes formæ in
telligentes, et à materia penitus separatę haud
immeritò à doctissimis uiris esse censentur; &
puræ honestæque suapte natura, nõ autem pro
pter rei alicuius sibi impertitæ cõmunicationẽ,
quemadmodum morales, existunt.

Plato intellectualium virtutum amorẽ cælestem diuinumq; uocauit.

Vnde ista-
rum amorem iurè Plato cælestem diuinumque
uocauit. S O. Cæterùm reliquę amoris specie-
quibus nominibus à tanto Philosopho signifi-
cantur? P H. Plato quidẽ non secus ac Ari-

Amoris Platonicam in ferinum, humanum, diuinumq; partitionẽ declarat: eamq; cum Aristotelica

stoteles, diuersa tamen quadam ratione, amo-
rem in tria genera distribuisse uidetur, in amo-
rem scilicet ferinum, humanum, atque diuini
Per ferinum eum utique amorem ipse intelle-
xit,

xit, qui in rebus, quæ ad corpora spectant, excedens neque ab honestate temperatur, neque à recta ratiōe intra mediocritatis terminos coercetur: siue ipse in sensibilium voluptatū luxu, siue in vtiliū bonorum cupiditate ac auaritia, siue in honorum immoderata appetentia peccare conspiciatur. Hæc enim omnia moderatione ac temperamento ab intellectu humano adhibito destituta in furentes, rationis prorsus expertes, & bestijs potius quàm hominibus conuenientes amores mox conuertuntur. Humanum autem amorem eum nimirum Plato appellauit, quo morales virtutes omnium humanarum tùm sub sensus, tùm sub cogitationem cadentium actionum; necnon voluptatum ab eis proficiscentium moderatrices prosequi solemus: qui quidem amor, quoniam ex corporali materia, intellectualiq; forma, honestate videlicet ipsa non secus ac homo ex corpore atque intellectu quodammodo constat, idcirco à præstantissimo isto philosopho humanus vocatur. Sapientiæ denique, & altissimarū contemplationum amorem Plato diuinum existere prædicauit vtpote illum, qui totus intellectualis, honestus, &, vt ita dicam, formalis, nec ulla prorsus materiæ corporis ue societate pollutus esse uidetur: hoc nanque uno intercedente homines pro eorū uiribus diuinæ pulchritudinis participes fiunt. Quantum autem humanus amor

eiusdem in prauum, moralē, atque intellectualē diuisione unanā eandēq; prorsus esse contendit.

Voluptates ex mēte Platonis ...

Secus ac amor ipse in ferinas, humanas, diuinasq; partiuntur.

ferinum exuperat, tantum uoluptates humanum amorem cōsequentes cæcis, ferinis, & sensibilibus voluptatibus præstant: etsi vulgus has, quæ reuera omnium uoluptatum infimæ ac tenuissimę existunt, reliquarum principatū obtinere falsò sibi persuadeat. Pariter etiam quantum diuinus amor humanū antecellit, tantum diuinę uoluptates maiores, iucūdiores, gratiores, uehementiusq; ab earum præstantia cognoscentibus expetitæ, quàm voluptates, quæ morales uirtutes, humanosq; amores concomitantur, debent existimari. Quapropter in amore diuidēdo siue Peripateticos, siue Stoicos vnà cum Platone sequaris: nullum prorsus amorē inuenies, quin uoluptatem, quam amans ex re tandem capit amata, tāquam scopum sibi deinde que attingendum proposuisse, vt iam diximus, videatur. S O. Singulorum quidem finem amorum in uoluptate, quam amans ex rei amatæ sibi acquirit copulatione, consistere probè intellexi. Modò ad superiorem quæstionem definiendam te propius accedere vellem, idque in primis declarare, quinam finis ille siue usus cōmunissimus esse dicatur, cur amor in uniuersum fuerit satus, ac introductus. Ei nanque, sicut hominum, cæterorumq; animātium amoribus voluptatem quasi finem assignare vix posse videmur. P H. Id quoque explicare opportunè iam esse existimo. Mundum à summo

Voluptatē amoris finē esse tandē concludit.

Mūdus Dei Optimi Maximi quasi

opi-

opifice amore intercedente editum olim fuisse ignorare Sophia te minimè arbitror. Cùm enī summum bonum immensam suam pulchritudinem, sibi quàm maximè cognitam uehementi prosequeretur amore, & ab ipsa quoque sub summi pulchri ratione uehementissimè diligeretur: hinc euenit, ut formosissimam rerū uniuersitatem ad formæ suæ exemplum genuerit, ac procreauerit. Finis enim amoris, ut Plato testatur, partus ad puchrum dicitur esse. Quā primùm igitur uniuersitas rerū à summo conditore ad imensæ eius sapientiæ imaginem atq; similitudinem fuit extructa, mox amor creatoris in vniuersum incepisse existimatur, nō quasi imperfecti erga rem sese perfectiorem; sed tā quam perfectissimi artificis erga opus aliquod eo minus perfectum, uel superioris in inferius, vel patris in filiū, uel causæ in singularem eius effectum. Quapropter diuini huiusce amoris intentio nec in pulchritudine, quæ amanti deficiat, acquirenda, nec in iucūditate ex amati copulatione sibi comparanda sita esse uidetur: sed eiusmodi potius existit, ut amans ipsius amati, quàmmaxime fieri potest, perfectioni consulat atque prospiciat, quam quidem amantis amore sublato amatū ipsum inpetrare minimè posset; atq; diuinus amans ex maxima pulchritudine, quam mundus ab eo adamatus diuino intercedente amore fuit consecutus, iucūdissimam capiat

Si pulcherrimus partus ac fœtus quidam existit.

Plato amoris finē partum ad pulchrum esse existimauit.

Amor Dei Optimi Maximi in mundum à sese iam procreatum qualis existat.

Diuini amoris in mundum iam procreatum intentio.

piat uoluptatē: Quemadmodum causæ quoque suos effectus, superiora inferiora, parentes liberos, præceptores discipulos, & benefici beneficiarios suos adamare dicuntur. Horum enim omnium amor nihil aliud profectò quàm desiderium quoddam, vt inferiora ad summū perfectionis & pulchritudinis sibi cōuenientis gradum efferantur, esse videtur: qua quidem ab ipso amato acquisita, cum eoq; copulata amās incredibili quadam afficitur voluptate. Hæc autem amantis voluptas, quam ipse ex rei sibi dilectæ perfectione & pulchritudine capit, amoris ipsius amantis finis perquàm accommodatus esse censetur. SO. Hanc differentiam, quæ in superioris erga inferius, atq; inferioris erga superius amore versatur, te aliàs egregiè nimirum pertractasse recordor: & quāuis diuersa quadam ratione ibi, atque hic de re hac disserueris, vtrobique tamen eandem sententiā conclusisti. Id insuper etiam intelligo, quòd et si finis amborum propositorū amorum in amantis voluptate, quam ipse ex rei sibi dilectæ pulchritudine percipit, acquisita consistit, ea tamē ratione huiuscemodi amores inter sese distinguūtur: quòd inferius, vt superioris amati pulchritudinem sibi deficientem acquirat, ad ipsum impellitur diligēdum; ita vt finis huiuscemodi amoris in voluptate, quā amans inferius ex superioris amati pulchritudine, quę prius sibi

Amor superiorū in inferiora inferiorū ipsorū perfectioni atq; ornamento quàmmaximè incumbit.

Amor tam superiorum in inferiora, quàm inferiorum in superiora amantis voluptatem, etsi diuersa quadam rōne, tan quam cōmunissimum finem sibi propofuisse videtur.

sibi deficiebat, tãdem acquisita sit reponendus. At ratio, quæ superius ad inferius diligendum deducit, est pulchritudo ipsa, quam inferius adamatũ sibi tunc fortasse deficientem superioris amantis copulatione impetrata denique cõsequetur: qua tandem ab eo acquisita amans ipse, quasi amoris sui scopum fuerit assecutus, quàmmaximè gaudet, non secus ac ipsum amatum, propterea quòd eam à sese antea vehementissimè expetitam sibi postremò adiunxerit & copulaverit, ingenti afficitur uoluptate. Tali autem amoris specie summũ opificem rerum procreatarum vniuersitatem diligere sentio. Cui quidem excellentissimi huius amoris conditiones magis verè propriéque, quàm cunctis alijs cæterorum superiorum erga inferiora amoribus conuenire videntur: etsi alij quoque superiores amantes ipsi primo omnium amanti huius amoris nomine perquàm similes esse conspiciuntur. Huiusce autem diuini amoris præstantia eo potissimũ argumento corroboratur, quòd ipsius merito, ut modò dixisti, uniuersum pulchritudinis sibi conuenientis supremã metã attingit, quemadmodum in præceptoris erga discipulũ spiritali amore usu quoque uenire perspicitur: eo namque intercedente in intellectuali splendore ac perfectione discipulum quàmmaximè proficere cernis, quod quidem nulli fermè cæterorum amorum, quibus reliqui superiores sibi

Diuini amoris in mundum præstantia, atque excellentia.

Amor præceptoris in discipulum quàmmaximè spiritalis.

Amor Dei in ea, quæ ipſe iam procreauit, rerũ potius Deo dilectarũ, quàm Dei eas ſummoperè diligentis defectũ atq; ĩperfectionẽ ſignificat.

ſibi ſubditos proſequuntur, contigiſſe uidetur. Quapropter diuinus amor tantum abeſt ut in ſupremum amantem defectum vllum inducat, vt eius potius ſummã perfectionem rerum uniuerſitati pro ſingularum meritis liberaliter diſtributam nobis aperiat, atq; recludat: niſi imaginariam quandam & relatiuam imperfectionis ſpeciem, quæ ab effectu, aut opere malè cõpoſito obſcurè admodũ ad eius cauſam, uel authorem recurrit, vt aliás dixiſti, Deo forſitan accõmodare vellemus. Diſtinctionem duorum cõmemoratorũ amorum, tùm ſuperioris erga inferius, tùm inferioris erga ſuperius cum cõmuni voluptate vtrũque ipſorum concomitante non'ne Philo tibi videor optimè percepiſſe? PH. Egregiè quidem, ita memoriter ſuperius dicta retuliſti. Verùm quid amplius dicere velis, expecto. SO. Id nempè ſignificare intendo, quòd tu petitioni meæ nequaquã adhuc ſatisfeciſti. Nec enim ego, cur diuinus amor natus olim fuiſſe dicatur, tibi diſcutiendum propoſui, qui vnà cum mundo exordiente editus quondã fuiſſe cenſetur: verùm id à te in primis requiſiui, vt rationẽ aliquã afferres, ad quem vſum, ſiue ad quem finem amor vniuerſi iam procreati in lucem editus fuerit. PH. Huius quoque rei dilucidam à me explicationem habebis, ſi reliqua, quibus hactenus dicta quaſi exordium quoddam præmiſimus, audire æquo animo fe-

res.

res. Cùm primus simpliciter omniũ amorum is esse dicatur, quo supremus Deus sui met excellentissimam formam sapientiamq; prosequitur, ille nimirum vt causa quædã proxima vniuersum diuinæ formæ quàm simillimum olim produxit, perpetuoque ipsum conseruat: idem namque amor, qui mundum vniuersum primò produxit, cùm merito indissolubilis suæ naturæ semper ipsum producat, perpetuò quoque eundem conseruat. Diuinus autem amor in vniuersum productum huic primo succedens ille nimirum existit, quo intercedente mundus procreatus postremã suam nanciscitur perfectionem: sicut nãque vniuersitatis rerum essentia à primo amore eam antecedente originem ducit, ita quoque postrema eiusdem perfectio ex Dei secundo in mundum scilicet iam procreatũ amore proficisci videtur. Quam quidem in rem Sophia si animũ intenderis, hos ambos Dei, tùm in sese, tùm in mundum iam procreatum, amores paterno amori quàm simillimos esse reperies. Pater enim sui met primùm impulsus amore similitudinem suam in pulchro exprimere appetit, cuius quidem amoris antecedentis merito filium gignit: quo statim exorto mox nouus quoque & secundus parentis in filium exoritur amor, quo parens ipse cõmotus filium sibi dilectum ad postremã perfectionem, summamque pulchritudinem eius quidem captui accõmo-

Amor Dei in seipsum tãquã amorum oĩum supremus & mũdum quondã peperisse, & ipsum perpetuò conseruare existimatur.

Amor Dei in mundum iam productum mundo debitam et conuenientem perfectionem largiri censetur.

Amorẽ Dei tùm in seipsum primò, tùm ĩ mundum iã procreatum postremò cum patris tùm in sese mox tùm in filium iã editum deinceps amore elegantissimè confert.

modatam perducere studet. SO. Hoc etiam
non secus atque superiora optimè teneo, idque
intellexisse maximè gaudeo: non tamen ex his
finem, cur amor vniuersi incepisse dicatur, per-
spicere valeo: sed duos fines tantùmmodo pro
duorum diuinorum amorum diuersitate, primi
quidem amoris vniuersi procreationem, secun-
di autem eiusdem perfectionem reperiri cogno-
sco. Finis igitur, cur vniuersi ipsius amor pri-
mùm exortus fuerit, adhuc tibi restat aperien-
dus. PH. Hoc quoque mox declarabo. Ve-
rùm id prius intelligi oportet, quidnam sit il-
lud, in quo perfectio vniuersi procreati consi-
stere potissimùm existimatur. SO. Hoc aliàs
quoque memini me intellexisse: nec pro re mihi
cognita declaranda te vanum laborem suscipe-
re, nec otium malè consumere vellem. Cùm
enim vniuersitas rerum, vt superius dixisti, ad
summæ sapientiæ imaginem atque similitudi-
nem fuerit extructa, eius perfectio in eo præ-
sertim sita esse videtur, vt quasi optimũ quod-
dam simulachrum summam ipsam sapientiam
referat ac repræsentet., quem quidem propriũ
finem supremum opificem in mundi procrea-
tione sibi proposuisse iam ostendisti: quemad-
modum etiam artificiosè elaboratis operibus
vsu venire persæpè videmus, quorum perfectio
in eo potissimùm consistit, vt ipsa formæ Ideæ-
que artis in artificis mente existenti quàm si-
mil-

millima reddantur: hic enim proprius finis ab artifice opus aliquod aggrediente maximè intentus esse censetur. Idem autem prorsus de ipso quoq; uniuerso procreato est sentiendum. PH. Primā uniuersi in lucem editi perfectionem, primamque supremi opificis mundi procreationem aggredientis intētionem in vniuersicum summi Creatoris sapientię quàm maxima similitudine repositam esse verè nimirum dixisti, idq; artis operibus elegātissimè quidem declarasti. Haud tamen diuini artificis vltimū finem, postremāq; mundi perfectionem in hoc consistere opinor. Quemadmodū enim quodlibet opus ab artifice extructum, uerbicausa poculum aliquod duas perfectiones, duosq; fines habere conspicitur: primò quidem ut ad formæ interioris in artificis mente existentis propriam ueramque similitudinem quàmmaximè accedat: Postremò autem vt proprio vsui, ad quem dirigitur atque refertur, optimè inseruiat, verbicausa poculum ut ad bibendum aptum atque accōmodatum existat: quarū quidem duarum perfectionum primam finem operæ, postremā autem finem operis haud ineptè appellabimus. Pariter etiam de rerū procreatarum vniuersitate sentiendū existimo. Primus namque procreantis ipsius finis, procreatique mundi prima perfectio in diuini operis tā quam proprij cuiusdam diuinæ sapientiæ simu- la-

Duo fines rerū omnium ab arte extructarū esse uidentur: quorū vnū operæ, & alterū operis rectè nuncupare solemus.

Mundi duplex perfectio, quarū altera in eius procreatione, altera verò ipso iā procreato à diuino artifice intenta fuisse videtur.

lachri absolutione versatur. At postremus illius finis, postremaq; istius perfectio in eo nimirum consistit, vt vniuersum ad propria munera obeunda, et ad proprium vsum, cuius gratia fuit institutum, consequendū perquàm accommodatum esse videatur. Hic autem finis operis haud immeritò nuncupatur: operis nāque essentia operæ ipsius operantis proprius finis existit: ipsumque ad propriū vsum tanquā ad proprium sui finem deinde ordinatur.

Opus operæ ipsius operantis proprius finis existit.

Opus vnumquodque ad propriū vsum tanquā ad proprium finem ordinatur.

SO. Quænam igitur actio, siue vsus, in quo vniuersi iam procreati finem, postremamq; ipsius perfectionem statuisti, tibi esse videtur? PH. Plures quidem vniuersi actiones, perfectionesq; reperiuntur: At postrema eius perfectio in summa, excellentissimaq; reliquarum omnium actionum profectò consistit. Cæteræ autem sub hac constitutæ veluti gradus quidam inferiores summum illum altissimumq; perfectionis fastigium petentes debent existimari. In hoc tamen omnes conuenire dicuntur, quòd sicut essentia vniuersi in eo sita esse censetur, vt diuinitas in rerum procreatarū vniuersitatem exeat ac diffundatur: ita actiones mundū perficientes in eo repositæ esse creduntur, vt re vniuersitas in ipsam diuinitatem, ex qua ef xit, tandem redeat atque recurrat. Vnde di nitas sicut mundi efficiens priucipiū dicitur titisse, ita eiusdem postremus finis esse putat

Mundi postrema absolutißimaque perfectio in ipsius ad diuinitatē, vnde iā effluxit, reditu atque reuersione consistit.

Deus

Deus enim Optimus Maximus mundi non tantùm efficiens causa, verùm etiam forma, finisq; eiusdem esse prædicatur: efficiens, eò quòd mundum produxit: forma, eò quòd ipsum tuetur, incolumemque conseruat: finis, propterea quòd eundem proprijs actionibus vniuersum perficientibus ad sese reuocat atque reducit. SO. Deum Optimum Maximum, si cum vniuerso conferatur, triplicis causæ rationem suscipere, efficientis videlicet, formæ, finisque probè intelligo: efficientis propter diuinitatis exitum pro creantem: formæ propter ipsius potentiam cōseruantem: finis propter eiusdem ad sese rerū cæterarum reductionem. Verùm actus isti uniuersum perficientes, ipsumque ad creatorem reducentes quinam obsecrò esse dicuntur? Et quinam omnium istorum actuum vltimus atq; absolutissimus existit, in quo postrema ipsius perfectio consistit? PH. Actus vniuersi partim corporales, partim incorporales esse dicuntur. Corporalibus autem actibus intercedentibus mundum ad supremum omnium Deum nequaquam posse reuerti clarissimè patet: illi enim suapte natura tales nimirum existunt, ut uniuersū à purissima diuinitate potius seiūgāt, quàm cum eadē ipsum coniungant. Quapropter mundi ad Deum recursus in actibus potius incorporalibus est statuendus, qui ab intellectu materiæ prorsus experte tantùmmodo profici-

Deus mundi ipsius efficiens, forma, & finis esse haud immeritò quidē existimatur.

Mundi ad Deū reditus atq; reuersio in eius actibus nō quidē corporalibus, sed in intellectualibus potiùs consistit.

scun-

ſcuntur. Rerum igitur omnium procreatarum vniuerſitas intellectualis naturæ, quam Deus mundo cõmunicauit, atque intellectualium actuum ope ad ſummum ipſum reducitur creatorem.. SO. Intellectus præter rerũ intelligentiam alicuius'ne alterius actus forſitan particeps exiſtit? PH. Minimè. SO. Haud igitur plures actus vniuerſum perficientes, ſed vnus tantummodo, intelligentia videlicet ipſa, introducendi eſſe videntur. PH. Etſi intellectum præter rerum intelligentiam nullum alium actum habere tibi conceſſero, cũ tamen ipſe plura diuerſaq; intelligat, eum plurium quoque ac differentium actuum participem eſſe dicam: qui quidem actus omnes etſi intellectum perficiunt, eique, vt ad Creatorem reuertatur, aliquid afferunt momenti: tamen actus intellectualis, qui rem procreatã ad Creatorem ipſum rectã perducit, ille nimirum exiſtit, qui diuinam eſſentiam, eiuſque ingentem ſapientiam intellectui contemplandam proponit. In hoc enim præſtantiſſimo actu, vt aliàs diximus, omnium rerum intellectarum, necnon omnium intelligendi rationum genera & conditiones profectò conſiſtunt, & continentur. Actus hic nempè totam intellectus poteſtatis eſſentiam ad cumulatiſſimum actum perducit: cæteros autem actuales intellectus, qui procreati fuerunt, ad ſummum perfectionis ſingu-

Plures naturæ intellectualis actus recenſet.

Dei ipſius recta intelligẽtia, acerrimaq; contẽplatio oĩum actuum ĩtellectualiũ, nec non cũctarũ intelligendi rõnũ ſuprema ac præſtantiſſima exiſtit.

gulorum captui accōmodatæ fastigium euehit atque extollit. Quin etiam in intellectuum, intelligentiarumque serie plures gradus sibi ordine quodam succedentes reperiuntur, quos varios differentesque actus forsitan appellare possemus. Insuper quoque, si rectè memini, in prima à nobis habita disputatione animam nostram intelligentem tribus actibus intercedentibus ad summum reuerti iam diximus Creatorem, intelligendo scilicet, amando, atq; fruendo. SO. In intellectu igitur alium quendam actum præter intelligentiam existimas reperiri? PH. Te adeò rudem Sophia existere nequaquam opinor, vt illud nescias, quòd etsi in corporibus amor ab intelligentia tanquam corporalis quædam affectio ab incorporali penitus actione differre conspiciatur: tamen in intelligentibus essentijs, materiaque prorsus expertibus ambo adeò coniuncta esse uidentur, ut earum amor intellectualis, intelligentiaque amatoria penitus esse dicatur: nec duo hęc nomina ibi re aut essentia, sed ratione tantùm differre dicuntur. Coniunctissima autem intellectuum à materia omnino separatorum fruitio nihil aliud profectò quàm vltima, perfectissimaque eorum intelligentia existit: quantò enim actus intelligendi perfectior esse conspicitur, tantò maior perfectiorque intellectus intelligentis, reique ipsius intellectæ copulatio esse cen-

Animus noster intelligens trium actuū beneficio, intelligendi scilicet, amandi, atq; fruēdi ad supremum reuertitur creatorem.

In intelligente natura intelligē-tia, amor, atque fruitio re aut essentia vnū idēq; sola aūt rōne differre existimantur.

censetur. SO. Hunc igitur tantùmmodo a-
tum intellectualem tanquam postremū finē
vniuersi, summamque ipsius perfectionem, re-
liquis duobus pretermissis, statuere satis super-
que videretur. PH. Haud rectè sentis. Hic
enim tertius actus, nisi duo superiores prece-
derent, subsequi minimè poßet. Nanque, vt
superius etiam diximus, cognitionum nonnul-
læ amore destitutæ, nonnullę cum amore con-
iunctæ reperiuntur: quæ rursus in duas species
diuiduntur; aut enim cognitio amorem prece-
dit, amorque velut finis eam consequi solet: aut
vice versa amor cognitionem quasi proximū
finem precurrit. SO. Compendiosè, ac dilu-
cidè simul te hanc diuisionem repetere uelim.
PH. Cognitiones amore destitutæ in rebus
bonis, minimeque pulchris, & idcirco non con-
cupitis versari dicuntur: quæ uel propterea
quòd turpes ac deformes existunt, odio maxi-
mo à nobis habentur: uel quia nec pulchræ
nec turpes eße uidentur, nec eas appetere, nec
odiße solemus. Præter has cunctæ cæterę co-
gnitiones, quæ circa bona simul & pulchra
versantur, vel amorem aut desiderium quasi
finem eas consequentem obtinuerunt; quem-
admodum cibi nobis deficientis cognitionē sta-
tim eius desiderium succedere videmus: quæ
ipsæmet desiderij fines existunt, quēadmodum
cùm esurientes cibo ipso tandem conti...

Cognitionū quædā amore destitutæ, quedā cum amore cōiunctæ.

Cognitio vel amorem præcedit, vel eundē subsequitur.

Cognitiones amore destitutæ in rebus bonis, minimeq; pulchris uersantur.

Cognitiones cū amore coniunctæ circa bona simul, & pulchra versantur.

mè fruimur. Quin autem hæc postrema unitaque cibi cognitio perfectissima esse dicatur, nemo prorsus ambigere debet: ea enim habita mox præcedens aufertur desiderium. Prima uerò alimenti notitia imperfecta admodum existebat: nec enim ipsa coniungendi, siue uniendi uim ullam habebat. Vnde propter absentem coniunctionem desiderium quod dam eam statim consequebatur, cuius merito ipsa ad coniunctissimam, adeoque exoptatam perfectionem contendit: qua tandem acquisita rudis illa, primaq; cognitio unà cum defectu sublato simul quoque auferri conspicitur. Quapropter desiderium, & amor nihil aliud profectò nisi uiæ quędam, quæ nos ab imperfecta seiunctaq; cognitione ad cognitionem absolutam coniunctamque perducunt, esse uidentur. Eiusmodi quoque tres actus uniuersum intellectionis merito perficientes, ipsumque ad primam causam reducentes nimirum existunt. Primus etenim actus, quo intercedente res pro creata ad Creatorem accedit, est diuinæ Sapientiæ, diuinæq; pulchritudinis cognitio, quæ ab intellectu primùm habetur: qui cùm sese à primæ causæ coniunctione assequenda quàm maximè abesse intelligat, ad eam uehementer diligendam accenditur; ipsaque frui, & cum ea perfectissimè copulari, necnon in illam non secus ac amans in pulcherrimam amicam

Cognitio duplex, vel ab obiecto cognito seiuncta, vel cum eodem coniuncta.

Amor & desiderium viæ quędã ab ĩperfecta seiũctaq; ad absolutã cõiũctamq; cognitionẽ nos perducentes esse dicuntur.

Tres actus intellectuales ad rerũ procreatarũ vniuersitatẽ perficiẽdã, atq; ad creatorem ipsum reducendã cõcurrẽtes.

EEE om-

omnino conuerti mirificè appetit. Quo quidem intenso diuinitatis ipsius amore ac desiderio perducente intellectus ad postremum illum ac perfectissimum finem, coniunctionem videlicet ipsam pertingit: in quo non tantùm intellectus in diuinitatem conuersi, cum eaque copulati, atque ut summatim dicam, in diuinorum ordinem cooptati beatitudo; verùm etiam rerum omnium procreatarum vniuersitatis postrema perfectio, summaque felicitas sita esse existimatur, cuius quidem intellectus præcipua dignissimaque portio esse censetur: quo intercedente vniuersum ipsum cum primo principio coniungi, & perfectissimum reddi, & ex diuinæ coniunctionis fruitione supremam sibi beatitudinem acquirere valet.

Copulatio naturæ intellectualis cũ supremo oĩum conditore rerum procreatarũ vniuersitatẽ ad primum principiũ reducit, cũ eoq; tandem coniungit.

SO. Qua ratione in hoc postremo actu coniunctissime fruitionis, cuius ope intellectus quilibet procreatus ad supremum reuertitur Creatorem, summa vltimaque perfectio vniuersi procreati sit reponenda, optimè quidem percepi. At ego singulorum amorum communissimum finem, & communissimum vsum, cur ipsi in vniuersum introducti fuerunt, animo mecum ipsa reuoluo. Postremum enim illum coniunctionis seu fruitionis actum, in quo perfectio vniuersi consistit, ei præsentem amorem infundere, necnon superioris alterius amoris perquàm accommodatum finem existere de-

rè

rè discerno. Et insuper finem præcedentis amoris, quo rerum omnium vniuersitatem affectam videmus, in eius perfectione collocari satis superque cognosco: quæ quidem postremus actus, & mundi cùm summo Creatore arctissima copulatio vnà cum diuinitatis iucundissima fruitione permixta esse videtur. Verùm cùm in rerum procreatarum vniuersitate, hoc naturæ intellectualis in primam ipsius causam amore secluso, complures alij reperiantur amores, omnium simul communissimum finem intelligere uehementer nimirum desiderarem. PH. Essentiarum, quibus Sophia vniuersum insignitum videmus, gradus mirifico ordine tùm à primo ad vltimum sibi inuicem succedere, tùm ab infimo ad supremum recurrere profectò conspiciuntur. Primum nanque subiectum ad elementa, elementa ad animam mixta, hęc ad plantas, plantæ ad animātia, animātia ad hominem, qui totius mundi inferioris dux & moderator esse existimatur, tanquam inferiores ad superiores essentias ordinari dirigique videntur. Pariter etiam facultates vnicuique nostrum insitæ atque infusæ eundem ordinem seruare comperiuntur: vires etenim animę nutrientis facultatibus animæ sentientis, & hæ virtutibus postremò animæ intelligentis, quæ non solùm humanarum, verùmetiam omnium mundi totius

Essentiæ vniuersi à primo subiecto rerū oīum infimo vsq; ad Deū cūctorum supremū gradatim ascendentes.

inferioris virtutum iurè sibi vendicant principatum, deseruiunt atque subijciuntur. Quin insuper si hanc animi nostri intelligentem ceperis facultatem, actus intellectuales pro rerum intelligibilium, quæ ipsis obiectæ expositæque esse dicuntur, serie ab inferioribus ad superiora sensim vsque ad supremum omnium, ac nouissimum intelligibile ascendere censes. Quod quidem sicut supremum ens, postremusque finis, ad quem cuncta diriguntur, existere prędicatur: pariter etiam actus ille tam humanę quàm angelicæ intelligentiæ, cum præstantissimum hoc intelligibile subiectum esse conspicitur, omnium actuum intellectualium, quæ vel ab humana, uel à cælesti, vel ab angelica mente exercentur, supremus esse videtur; ad quem scilicet ceteri omnes actus ipsius intellectus inferiores quasi ad vltimum finem, & cumulatissimam rerum omnium procreatarum absolutionem instituũtur. Eundem quoque ordinem amores in vniuersum diffusi atque distributi retinere existimantur: ipsi enim quoque sibi inuicem succedere, & ab inferiori semper ad superiorem gradatim ascendere, quousque in supremo omnium, vniuersi uidelicet in eius conditorem, amore tandem consistere profectò uidentur. Hunc autem præstantissimum amorem coniunctissima diuinitatis ipsius fruitio quasi postrema, ut iam diximus,

Amores nõ secus ac essentiæ vniuersi à prima materia incipientes, & gradatim ascendentes in primo efficiente tãdem consistunt.

ma-

moris perfectio, & absolutissimus eiusdem finis mox consequitur atque concomitatur. Quapropter, ut huic materię summam denique manum imponamus, finis ultimi supremique rerum omnium procreatarum in ipsum Creatorem amoris ultimus quoque & communissimus cunctorum amorum, qui in uniuerso repe riuntur, finis est statuendus. SO. Hoc quidem uerissimum esse cognosco: coniunctissima nanque Creatoris ipsius fruitio, quam procreatus assequitur intellectus, haud tantùm amoris procreatorum intellectuum, uerùmetiam omnium amorum, qui in rerum procreatarum uniuersitate reperiuntur, postremus & communissimus finis existit. Nunc uerò pergratum mihi faceres, si quemadmodum seriem & gradus essentiarum uniuersi, ab earum infima principio sumpto, & usque ad omnium supremam ascendendo ostendisti: ita cunctorum amorum à primo usque ad ultimum ordinem in præsentia recenseres. PH. Quid obsecrò à me Sophia requiris, semicirculum'ne tantùmmodo amorum uniuersi, quemadmodum cùm de essentijs sermonem habuimus, proximè fecisse uidemur, an integrum eorum circulum ac absolutum? SO. Etsi nec quid medius, nec quid integer circulus amorum vniuersitatis significet; nec cur series essentiarum à te iandudum enumerata semicirculi potius,

Amorũ omnium nouissimus atque postremus in ipsa diuinitate deniq; terminatur.

 quàm

Bonorum totū potius quàm pars eligi debet.

quàm circuli appellationem mereatur, satis intelligo: tamen quia bonorum totum potius quàm pars eligenda esse videtur; te & superiorem semicirculum essentiarum perficere, & amorum circulum integrum absolutumque exponere mallem. P H. R[illegible] omnium circulus is nempe appe[illegible] pri-mo earum principio originem [illegible] gradatim quasi ambitu quodam c[illegible] attingens, in primum principium non secus ac in postremum denique reuertitur finem: & circuli cuiusdam more, qui in idem signum, a quo iam fuit exorsus, tandem recurrit, omnes essentiarum complectitur gradus. Circulus iste in bina diuiditur media: quorum primum à signo punctorum omnium principe vsq; ad hoc oppositum, & quàmmaximè ab eo remotum percurrit: alterum autem ab hoc opposito, ac remotissimo incipiens signo ad principium ipsum contendit, atque reuertitur. S O. In circulari quidem figura hoc verum esse perspicio. At quomodo idem in circulo maximo rerum omnium vsu venire arbitraris? P H. Cùm principium & finis propositi circuli summus rerum opifex esse dicatur, medium ipsius à supremo conditore vsque ad rem omnium infimam, & à diuina perfectione quàmmaximè remotã descendendo tandem inuenietur. Ab eo enim mox natura angelica proficiscitur, quę

Rerū omniū circulus à Deo incipiens, & per cūctas essentias proficiscēs in Deum tandē reuertitur.

Rerū omniū circulus in duos diuiditur semicirculos.

Circuli rerum omnium vniuersitatem ambientis perelegans descriptio, dilucidaque iterpretatio.

quæ in plures claßes distributa à præstantiori ad minus præstantem gradatim semper procedit. Cui cælestis natura deinceps succedit: quæ, ordinis laudabili seruata ratione, à Cælo empyreo omnium maximo per intermedios orbes usque ad Lunarem omnium minimum percurrit. Hanc denique sublunaris globus, primaque materia cunctarum æternarum substantiarum imperfectißima, & à summa Creatoris ipsius perfectione quàm maximè remota consequitur. Quemadmodum enim Deus purus actus, ita primum subiectum pura potestas existit. Hic autem prima circuli iam commemorati medietas terminatur: quæ à Creat re incipiens, & per intermedias essentias, maximo ordine adhibito, descendens usque in primam materiam omnium eßentiarum infimam extenditur, ibique consistit. Hinc secunda circuli medietas à minori ad maius, ut iam diximus, semper ascendens exordiri conspicitur: quæ à prima materia ad elementa, mox ad mixta; postea ad plantas, deinde ad animantia, demùm ad hominem contendit: in quo rursus ab anima nutriente ad sentientem, & inde ad intelligentem eam proficisci uidemus. Quinetiam in actibus intellectualibus ipsam à minori semper ad maius intelligibile progredi reperimus, donec ad actum illum perfectißimum

Deus, primaque materia quàm plurimùm inter sese opponuntur.

circa supremum. omnium intelligibilium elaborantem, qui humanum intellectum haud tantùm cum natura angelica, sed cum ipsamet insuper diuinitate coniungere valet, pertingat. Vnde id quæso etiam atque etiam inde Sophia, quomodo secunda circuli iam commemorati medietas, rerum essentijs gradatim ascendentibus, in diuino principio quasi in communissimo omnium fine denique terminetur atque consistat, necnon ambitum rerum cunctarum quanuis dissimillimos gradus complectentem perficiat atque absoluat. SO. *Quo pacto essentiarum ordo ac series gradatim in orbem proficiscatur, optimè quidem percepi. Quam etsi aliâs, cæterùm diuersa pertractans, mihi significasti, eam tamen intellectui voluptatem affert atque iucunditatem, vt noua semper videatur. Nunc te alterum quoque circulum amorum omnium gradus ambientem interpretari gratissimum mihi foret, tanquam proposito nostro superiori magis vtilem et conducibilem.* PH. *Quemadmodum rerum essentiæ à priori iam commemorati circuli medietate figuratæ, à prima omnium exordio sumpto, & inde à maiori ad minorem semper gradatim descendentes vsque ad omnium infimam, quæ Chaos prima'ue materia appellatur, exitus cuiusdam & procreationis more delabuntur: & hinc quasi ab al-*

Amorū oīum circulum designat, eumq; cum essentiarum cunctarū circulo mirificè cōuenire demonstrat.

altera eiusdem circuli medietate circunducta, a minori ad maiorem semper ascendentes reditus atque reuersionis exemplo ad primam omnium quasi ad communem originem sese recipiunt. Pariter etiam amor a supremo cunctorum parente exorsus paterno quodam affectu a maiori ad minus, & a perfectiori ad minus perfectū; siue, ut magis propriè loquamur, a pulchriori ad minus pulchrum, vt perfectio & pulchritudo singulorum quidem captui accommodata ex superioribus in inferiora transfundatur, paulatim descendit: eaque ratione tam angelici quàm cælestis vniuersitatis essentias peruadit, vt superior essentia inferiori, suique succedentis procreationi atque saluti paterno quodam studio prospicere; necnon propriā essentiam, propriamque pulchritudinem pro inferioris captu & conditione ipsi impertire videatur. Et sic amorū series à supremo Deo per intermedias essentias vsque ad Chaos rerum omnium infimum descendit. Hinc postea amor ab altero semicirculo circunlatus ab inferiori ad superius, & ab imperfectiori ad perfectius, vt sibi conuenientem perfectionem acquirat, & a minus pulchro ad pulchrius, vt sibi debita pulchritudine decoretur, pedetentim ascendit. Primum nanque subiectum formas elementares, elementares formæ mixtas, mixtæ vegetantes, vegetantes

tantes sentientes naturali quodam studio tanquam sese pulchriores atque perfectiores amare, appetereque dicuntur. Sentientes autem formæ sensibili cuiusdam amoris specie formam ipsam intelligentem prosequuntur: quæ intellectuali amore deinde accensa ab uno intelligibili minus pulchro ad alterum pulchrius intelligendum; quousque supremi omnium, diuiniq; intelligibilis postremò intelligentiam consequatur, summæque tandem pulchritudinis excellentissimo amore fruatur, gradatim ascendit. Hic tandem amorum circulus in summum bonum, postremumque amatum, Deum videlicet ipsum, quem communissimum omnium parentem & creatorem, necnon primũ amantem eße iam diximus, reuersus consistit atque perficitur. S O. Prior igitur amorum semicirculus à pulchrioribus ad turpiora, & a perfectioribus ad imperfectiora descendit: alter verò huic oppositus a turpioribus contrà ad pulchriora, & ab imperfectioribus vice versa ad perfectiora contendit. Verùm prçterquàm illud absurdum existit, quòd pulchrũ aliquod rem turpiorem vehementi amore prosequi posit, cùm nihil alterum sese turpius imperfectiusue appetere soleat: amorum etiam vniuersitatem hac ratione distingui, nouum insuper, neque perspicuum admodum esse videtur. Et idcirco te huiusce rei causam in me-

Prior amorũ semicirculus in descensu, & posterior in ascensu nimirum consistit.

dium

dium afferre desiderarem. PH. Non minor, quin vehementior fortasse patris in filium, magistri in discipulum, causæque in effectum, quàm contrà horum in illa amor esse conspicitur: cùm superiora inferiora producendo, generando, & bonitate perficiendo magis ea diligere, quàm hæc, quæ ad superiorum perfectionem tantùmmodo accedere student, illa amare videantur. Vnde etsi inferiora haud ea pulchritudine, quę superioribus desit, ipsáque ad sui amorem ac desiderium deducat, prædita existant: superiora tamen cùm propriæ formæ maximo teneantur amore, eam quoque inferioribus illorum ope indigentibus communicare vehementer student appetuntque: qua quidem intercedente communicatione, cùm inferiora superiorum beneficio sibi conuenientem pulchritudinem fuerint adepta, superiorum quoque forma præstantior excellentiórque reddi haud immeritò existimatur. Altera insuper huiusce rei causa posset afferri, quòd scilicet superiora vniuersi ac totius pulchritudini, quemadmodũ suprà iam diximus, quàm maximè intenta idcirco ad inferiora diligenda potissimùm accendantur. Prior autem amorum semicirculus ex superioribus & pulchrioribus ad inferiora ac turpiora descendere idcirco videtur: Quia cùm ipse in exitu quodam procreationis consistat, & procreans re procreata formosior semper esse

Amor superiorũ in inferiora, atq; præstantiorum in deteriora longè maior uehementiorq;, quàm horum in illa studium atq; beneuolentia esse uidetur.

Amor superiorũ in inferiora rerũ procreationi prospicere: amor uerò inferiorum in superiora rerum perfectioni, ipsa-

rumq; ad suum principium reuersioni incumbere potissimum existimatur.

esse dicatur; hinc fit vt superiora, amore suadente, inferiora procreent, eisque pulchritudinis propriæ aliquam portionem ipsorum captui accommodatam largiantur. Hic nempè ordo è primo conditore vsque ad materiam primam rerum omnium procreatarum extremam deducitur, amor enim superioris in inferius procreationis ipsius potissima causa esse existimatur. At alter amorum semicirculus, qui a prima materia incipiens ad summum usque bonum contendit, cùm perficientis cuiusdam ascensionis merito inferiora ad superiora semper reducat: hinc amorem a minus pulchro ad pulchrius, vt inferius superioris pulchritudinis aliquam sibi partem acquirat, cumeaque, quàmmaximè fieri potest, coniungatur, ascendere gradatim contingit; donec tùm ad intellectualis, tùm etiam ad procreatæ totius naturæ cum summa ipsa pulchritudine copulationem, summique boni ab intellectu humano, postremo eius amore intercedente, habitam fruitionem tandem perueniatur: quem quidem copulationis & fruitionis actum vniuersum cum eius creatore tanquam cum postrema ipsius perfectione coniungere satis superque iam demostrauimus. SO. Amorum omnium, qui in rerum vniuersitate conspiciuntur, perfectum absolutumque circuitum, essentiarumque circuitioni mirifica quadam

dam proportione respondentem summopere ni mirum gaudeo didicisse. Quin id insuper quo- què cognosco, omnes vniuersi ipsius amores ad actum illum postremum, cuius merito mundus cum eius coniungitur creatore, tanquam ad vltimum finem tandem reduci. Procreantes enim amores ad reducentes ordinantur: reducentes autem gradatim ascendendo ad postremum illum amorem, qui vltimum fruitionis actum rerum vniuersitatem cum summo bono quasi cum postrema eius perfectione colligantem inducit, tanquam ad ultimum finem pertingunt, ac referuntur. Vnde omnia ex pura illa, pulcherrima, diuinaque unitate idcirco effluxisse creduntur, ut in eam demque reuerterentur, cum ipsaque circuli cuiusdam more tandem coniungerentur: ubi totius, ac uniuersi beatitudo sita esse iurè quidem existimatur. Verùm id te Philo meminisse oportet, quòd finem cuiuscunque amoris in uoluptate, quam amans exre capit amata, suprà iam statuisti: & amoris insuper, qui in rerum procreatarum vniuersitate reperitur, finem huiusce generis esse addidisti. Nunc tu, superiori sententia quasi mutata, eiusdem amoris finem in actu uniuersum cum diuino principio coniungente, qui à voluptate nonnihil differre uidetur,

Amores omnes uniuersi ad mundi cum eius conditore arctissimam copulationẽ tanquam ad actum postremum, & absolutissimum finem reducuntur.

Deus rerum cunctarum primum principium, postremusq; finis existit.

situm

situm esse pronuntiasti. PH. *Haud pugnantia, siue diuersa nos locutos fuisse tibi persuadeas volo. Quinimo quantò actus iste, qui vniuersum cum summa pulchritudine coniungere valet, cæteris actibus præstantior esse prædicatur: tantò voluptas, quę huiuscemodi excellentissimum actum concomitatur, & amoris proprius, vt iam diximus, finis existit, maior quamlibet finitę proportionis speciē excedens cæteris voluptatibus esse existimatur: ipsaque vna voluptatum omnium, quibus res procreatæ afficiuntur, suprema & maxima dici meretur. Quemadmodum enim suprà iam diximus, amantium voluptas nihil aliud profectò, quàm eorum cum adamata pulchritudine copulatio quædam esse videtur. Qua quidem pulchritudine finita existente, voluptas quoque finita modò maior, modò minor pro ipsius pulchritudinis adamatæ copulatæque ratione esse censetur. Illa autem infinita existente, quemadmodum in rerum omnium procreatarum vltimo, partis ipsius intellectualis merito, in summum bonum amore vsu venire videmus; huiuscemodi quoque amoris finem in immensa infinitaque voluptate repositum esse oportet: quæ quidem omnium amorum, qui in mundo procreato reperiuntur, absolutissimus finis existit, cuius scilicet gratia amor in vniuersum ipsum descendisse existimatur.* Non enim

Voluptas uel cū ipsomet copulationis, & fruitionis actu una eademq; existere, uel eum semper subsequi atq; cōmitari uidetur.

Voluptas amantium cum adamata pulchritudine copulatio quędā esse definitur.

Voluptas pro pulchritudinis ipsius adamatæ copulatæq; ratione uel maior, uel minor: uel maxima, uel minima: vel finita, uel infinita existere prædicatur.

Voluptatem rerum omnium procreatarum cum ipsomet Deo copulationē atq; cōiunctionē conse-

enim res in summam pulchritudinem redeundi amore ac desiderio denique tangerentur, nunquam profectò sese in lucem prius exire, & a diuinitate magis magisque semper recedere perpessæ fuissent. Nam sine paterna quadam beneuolentia, & desiderio procreandi diuinum amorem ac studium repræsentante nunquam certè superior essentia gradatim inferiorem, sibique proximam procreare seu producere potuisset: nec rerum procreatarum series tantam a diuinitate distantiam consecuta fuisset, ut ipsæ pedetentim, sibique inuicem succedentes ad postremam usque materiam descendissent. Paterna etenim beneuolentia, procreandique studium totum nimirum prioris semicirculi ambitum a suprema omnium vsque ad infimam, quæ Chaos nuncupatur, essentiã complecti videtur. Fieri insuper minimè poterat, vt essentiæ iam procreatę cum diuinitate unquam copularentur, vel maximam illam voluptatẽ, in qua fælicitas perfectioque vniuersi consistit, degustarent; præsertim cùm in materiam primam tanquam in Tartarum quendam a diuinitate quàm maximè remotum detrusæ fuissent: nisi ab amore ac desiderio in diuinitatem tanquam in postremam earum perfectionem reuertendi ad vltimum illum actum, in quo vniuersi fælicitas sita esse censetur, tandem perducerentur. Quapropter cùm amor priori semicirculo

quentem, cunctorum amorũ, qui ĩ uniuerso consistunt, summũ & absolutissimum finem esse concludit.

micirculo figuratus, & procreantis munere fungens ad amorem altero semicirculo designatum, & reducentis partes agentem ordinetur; & hic ad postremam vniuersi perfectionem ac beatitudinem referatur: amorem, qui in rerum conspicitur vniuersitate, vt postremam ipsi mundo fœlicitatem denique largiatur, exortum fuisse, concludendum profectò videtur.

S O. *Amorem in vniuersum introductum fuisse: primò quidem, vt mundum procreationis auxilio essentiarum sibi inuicem succedentium multitudine ditaret, atque ampliaret: deinde, vt eum ad summum bonum tandem reducendo, & cum primo principio denique coniungendo bearet, summaq; ipsum iucunditate perfunderet, clarè perspicio. Et Quintæ superius iam propositæ difficultati, cur scilicet amor rerum omnium procreatarum vniuersitatem complectens fuerit exortus, abundè nimirum satisfecisti. Verùm tria tantùmmodo, quæ ad presens propositum spectant, adhuc mihi intelligenda supersunt. Primò quidem etsi voluptas cuiuscunque naturalis, vel sensibilis amoris; propterea quòd huiuscemodi amores vel ab anima materiæ contagio infecta, vel a corporalibus virtutibus proficiscuntur, finis perquàm accommodatus esse existimatur: ipsa tamen amori intellectuali quasi conueniens finis nequaquam aptari posse videtur. Voluptas enim affectio*

fectio quædam esse censetur: intellectus verò materiæ penitus expers neque affici seu perpeti posse, neq; vlli affectionis speciei obnoxius esse prædicatur. Quod quidem si humano, quantò magis, angelico diuinoque intellectui congruere debet? Quapropter nulli intellectui prorsus voluptas quasi proprius finis assignanda esse videtur. Haud igitur ipsa amorum omnium, vt modò dixisti, communissimus finis existit. Secundò etsi omnes amores, quos reducentes appellas, voluptatem tanquam proprium finem sibi proposuisse concessero: haud tamen alterum genus amorum, qui producentes vocantur, ad eundem finem referendum esse consentiam. Nihil enim ex non pulchri appropinquatione iucunditatem vllam percipere potest. Quamobrem producentium finis amorum in pulchritudine rebus ea indigentibus distribuenda atque impertienda potius quàm in voluptate vlla reponendus esse videtur: quam enim obsecrò iucunditatem res pulchræ ex nõ pulchris percipere queunt? Tertiò amorem Creatoris in rerum procreatarum vniuersitatem, mundũ ad ei conuenientem perfectionem reducere; quemadmodum amorem, quo summus opifex suimet pulchritudinem prosequi existimatur, mundum in lucem edidisse suprà dixisti. Nunc verò amorem, qui vniuersum ad propriam perfectionem reducit, eum esse

contendis, quo rerum procreatarum vniuersitas, intellectu eius præstantissima quadam parte intercedente, erga summam diuinamq; afficitur pulchritudinem. Vniuersum igitur haud quidem à Dei in ipsum, sed ab ipsius in Deum potius amore ad suam deducitur perfectionem. Harum trium propositarum difficultatum solutiones à te audire vehementer desidero: tumque omnia, quę ad originem spectant amoris, plenè cumulateque explicuisse videberis. PH. Cùm exigua quædam nomina adhuc expedienda mihi supersint, eorum solutionem alacriter nimirum aggrediendam esse existimo. Sensibilis quidem voluptas animæ sentientis affectio quædam existit non secus, ac sensibilis etiam amor eiusdemmet animæ affectio esse censetur: ea tantùmmodo inter hæc duo differentia intercedente, quòd harum duarum sentientis animę perturbationũ amor primum, voluptas autem quasi finis amoris postremum locum sibi vendicaunt. At intellectualis voluptas intellectus ipsius amantis affectio nequaquam debet existimari. Si enim intellectuales eßentias amoris cuiusdam, qui affectio minimè existit, specie præditos esse assentiris: te quoque voluptatem quandam cuiuscunque affectionis prorsus expertem eisdem tribuere oportet, quæ intellectualis amoris finis, eoq; perfectior nimirum ac absolutior esse cen-

Amor sensibilis, sensibilisq; voluptas animæ sentientis affectiones quædã existunt.

Amor intellectualis, ĩtellectualisq; voluptas intellectus ipsius affectiones vocari minimè debent.

censetur. SO. Verùm dic obsecrò, si nec amor, nec voluptas intelligentum essentiarum propriè affectionis appellationẽ meretur, quid igitur erunt? PH. Actus quidam intellectuales, ut iam diximus, cuiuscunque naturalis affectionis prorsus expertes nimirum existunt, qui à nobis propter vocabulorum inopiam proprio nomine significari minimè possunt. Quemadmodum autem suprà iam admonuimus, amor cuicunque procreato insitus intellectui nihil aliud profectò nisi intellectus ipsius à prima, seiunctaque, atque imperfecta ad postremam, copulantem, ac perfectissimam pulcherrimi intelligibilis intelligentiam progressio quædam esse definitur. Similiter etiam intellectualis voluptas nihil aliud certè quàm hæc vltima, coniungens, atque absolutissima pulcherrimi ipsius intelligibilis intelligentia à procreato aliquo intellectu habita esse determinatur. SO. Verùm quidnam hæc ambo diuino intellectui applicata tandem esse dicentur? PH. Diuinus amor est pulcherrimæ Dei ipsius Sapientiæ in eius formosissimam imaginem, hoc est in rerum ab eo procreatarum vniuersitatem quasi exitus quidam vnà cum ardentissimo studio coniunctus, ut mundus ad summam Dei ipsius pulchritudinem reuertatur, cum eaque tandem copuletur. Pariter quoque diuina uoluptas nihil aliud

Amor, & uoluptas intelligentiũ essentiarum sunt actus quidã intellectuales cuiuscũq; naturalis affectionis prorsus expertes.

Amor ĩtellectualis quid esse definiatur.

Intellectualis voluptas quid esse dicatur.

Amor diuinus quid esse existimetur.

Diuina voluptas quid existat.

profectò quàm imaginis cum eius exẽplari, hoc est vniuersi cum immensa Dei pulchritudine, procreatiq́ue mundi cum supremo eius conditore absolutissima quædam arctissimaq́ue copulatio esse definitur. Vnde non immeritò Dauidem cecinisse reperimus. Dominus proprijs effectibus delectatur. Ex illa enim rerum procreatarum cum supremo earum opifice copulatione haud tantùmmodo res ipsæ procreatę summam iucunditatem percipiunt, maximamq́ue salutem consequuntur, quemadmodum apud Dauidem legimus dicentem. Summo salutis nostræ principio delectabimur. Verùm etiam ipsemet Deus ex eadem copulatione relatiuam quandam iucunditatem, propter proprij videlicet effectus felicitatem, percipere existimatur. Nec tibi absurdum videatur quòd in Deo voluptatem ponamus. Ipse enim summa vniuersi voluptas esse prædicatur: & propter æternum illum ac immortalem, quo Deus suammet formam prosequi existimatur, amorem in eo, ab eo, & ad eum, summam voluptatem reponi, proficisci, & contendere profectò sentiendum videtur. Qua quidem ratione adducti antiquissimi Hebræi aliquam eorum internam, reconditamq́ue lætitiam huiusce modi oratione significare consueuerunt. Fælix beatusq́ue sit ille, in quo voluptas dicitur cõmorari, & vna eademq́ue tum

Voluptatẽ in diuinã quoq; naturã cadere, & rõnibus demõstrat, et sacris etiã authoritatibus confirmat.

Hebræi aliquod ingens gaudium significare volentes quibus verbis vti solebant.

tùm cum afferente, tùm etiam cum percipien te voluptatem esse conspicitur. Verùm quid Deum ex rerum ab eo conditarum perfectione uoluptatem nonnullam percipere tantopere admiramur? Cùm sacra quoque uolumina uniuersi humani generis scelera, quæ priscis temporibus memorabili illa aquarum alluuie purgata expiataque fuerunt, huiuscemodi ora tione prosequantur. Videns autem Deus quòd hominum nequitia supra modum in terris cre uisset, cunctaque ipsorum cogitationes in dete- rius quotidie prolaberentur, penituit eum ho- minem edidisse, atque interno affectus dolore: Delebo, inquit, hominem unà cum cæteris a- nimantibus, quæ in terris sata ac procreata fuerunt. Si igitur hominum nequitia Deum uehementi internoque excruciat dolore, quan tò magis eorum perfectione atque beatitudine diuinam mentem gauisuram existimas? Ve- rùm nec dolorem, nec lætitiam aliquam Deo perturbationem inferre uelim existimes. At diuina uoluptas gratam inter Deum, eiusque perfectissimum effectum conuenientiam quan- dam, sicut contrà diuina tristitia huiuscemodi conuenientiæ priuationem ab ipsius effectus im perfectione proficiscentem significare uidetur. *Voluptas diuina, diuinaq; tristitia quid propriè signi ficare creduntur.*

SO. Primæ difficultati egregiè quidem sa- tisfecisti. Intelligentium enim essentiarum iucunditatem affectionis prorsus expertem

magis ueriusque, quàm iucunditatem corporalium essentiarum cum perturbatione coniunctam uoluptatis appellationem mereri ex iam dictis clarè discerno. Quinetiam id optimè intelligo, quòd intellectualis amor, proptereà quòd ab omni perturbatione uacuus solusque esse uidetur, uehementior uteriorque quàm amor cum corporali quadam perturbatione coniunctus existit. Prima igitur expedita secundæ difficultatis iã aggredere solutionem. PH. Ex ijs, quæ hucusque diximus, haud magnum quid erit secundę quoque ambiguitatis explicationem deducere. Cùm de priori semicirculo agentes, qui a Deo incipiens vsque ad nouissimam materiam extenditur, superiorem essentiam inferiorem, suæque fidei commendatam diximus adamare; uoluptas, quam superior essentia uelut amoris finem sibi proponit, nequaquam in non pulchrę, uel minus saltem pulchræ essentiæ sibi subiectæ copulatione assequenda reponenda esse uidetur; sed in non pulchro, uel minus saltem pulchro sibi adiungendo, idque propria pulchritudine ipsi impertita exornando atque perficiendo magis consistit: quæ quidem communicata pulchritudo perfectionem atque iucunditatem haud tantùm in inferiorem effectum, uerùmetiam in causam superiorem vtpote illam, quæ ad proprium effectum necessariò refertur, in-

Voluptas superiorũ amantiũ in propria pulchritudine inferioribus ipertiẽda, eisq; si bi adiungẽdis copulandisq; nimirum consistit.

inducit. Effectus enim perfectio ac pulchritudo causam quoq; pulchriorem atq; perfectiorem; necnon, quemadmodum iam diximus, relatiua hac, sibiq; addita perfectione quasi exultantem reddere solet. Quòd si Deum suorum effectuum perfectione delectari, & eorundem defectibus mœrere demonstrauimus: multò magis hoc singulis procreatis essentijs eventurũ uidebitur, quòd scilicet unaqueque ipsarum effectus sibi succedentis bono lætari, eiusdemque malo dolere iurè quidem dicetur. SO. In secũda quoque non secus, ac in prima difficultate soluẽda optimè nimirum te gessisti. Idq; apertè insuper ostendisti, quòd res oẽs procreatæ in amoribus suis uoluptatem ab amante ex rei adamatæ, uel ipso inferior, uel eodem superior hac esse dicatur, copulatione perceptam quasi finem sibi proponere solent. Tertia duntaxat, postremaque difficultas nunc tibi superest expedienda. Si nanque amor, quo rerum omnium procreatarum vniuersitas Deum ipsum prosequitur, is esse dicitur, quo intercedente mundus vltimam suam nanciscitur perfectionem, & cum diuino numine tandem copulatur: cur obsecrò hunc eundem effectum, mundique cum suprema illa pulchritudine copulationem in amorem, quo Deus vniuersum quasi parens filium diligit, tãquam in causam paulò ante conieciſti? PH. Quin sicut amor, quo uniuersum in

Volup'as & superiorũ, et inferiorũ amantium, quanuis diuersa quadã rõne, cõmunissimus finis existit.

Amorẽ haud tantùm mundi in

eius cōditorē, veri etiā ipsius cōditoris in mūdū iā procreatū rerum vniuersitatem ad primū earū principium reuocare, easq; cū ipsamet diuinitate postremò ei iungere copulareq; demonstrat.

in Deum afficitur, uniuersum ipsum ad diuinā copulationem, postremam fœlicitatem, summāque iucunditatem perducit: ita amor, quo Deus rerum uniuersitatem prosequitur, eam ad diuinam pertrahat copulationem, postremamque beatitudinem unà cum summa quadam iucunditate permixtam, profectò negari minimè potest. Quemadmodum enim suprà iam declarauimus, paternus amor liberorum procreandorum haud unus & idem cum parentis in filios, qui nondum tunc in lucem venerunt, amore debet existimari. At amor liberorum procreandorum is nempè existit, quo parens seipsum diligit, qui vt propriam sibi perfectionem acquirat, filium sibi similem edendo uerè proprieq; parens euadere studet. Cui quidem primo parentis seipsum diligentis amori alter deinde eiusdem in filium iam procreatum amor succedit: quo pater impulsus in filio alendo, educando, & ad summam, quatenus fieri potest, perfectionem deducendo maximam diligentiā adhibere conspicitur. Pariter quoque diuinus amor uniuersi producendi cum diuino in vniuersum iam productum amore haud unus idemq; penitus debet existimari, quinimo ille hūc absq; vlla controuersia præcurrit: est enim amor, quo diuinum numen seipsum diligendo immensam suam pulchritudinem vniuerso ad eius imaginem speciemq; cōposito impertiri quàm maximè

Amor Dei in mūdum nondum procreatum, & amor eiusdem in mundum iam procreatum inter sese nō nihil differre uidentur.

mè studet. Omnis enim perfectio & pulchritudo pluribus distributa vires atq; incrementum sibi sumpsisse videtur: cùm & frugiferas arbores, quàm steriles formosiores; & Latices fluẽtes atq; emanantes, quàm in fontibus consistentes inclusosq; prestantiores esse passim conspiciamus. Vniuerso autem iam procreato, mox vnà cum eo Dei quoque in ipsum quasi parentis in filium iam natum amor incepisse existimatur: qui mundum non tantùm in priori statu ex procreatione acquisito conseruare; verùm insuper, & multò magis eum ad postremam fœlicitatẽ perfectionemq; deducere, & rerum procreatarum vniuersitatem cum diuina pulchritudine coniungere studet. SO. Etsi propter paternam quandam similitudinem diuinus amor in vniuersum iam procreatum is esse existimatur, qui ad postremum finem, vltimamq; perfectionem ipsum perducit: hoc tamen amoris potius, quo vniuersum diuinam prosequitur formam, proprium opus esse videtur: eo nanq; intercedente mundus statim diuinam copulationem assecutus postremam, sibiq; conuenientem nanciscitur fœlicitatem. Dei uerò in rerum omnium procreatarum uniuersitatem studium, ac amor etsi huiusce quoq; effectus causa ratioq; dicitur esse: quomodo tamen hic mundanus effectus ad diuinũ amorẽ tanquam ad propriã causam reducatur, haud satis adhuc mihi videor perspexisse,

Perfectio quæcunq; pluribus distributa maior atq; potentior redditur.

xiße. Huiusce quoq; rei explicationem Philote aggredi vehementer desiderarem. PH. *Diuinus amor eodem modo ad humano generi, & toti insuper mundo fælicitatem largiendam concurrit, sicut Sol, ut eius opera nos pulcherrimum illud astrum uidere possimus. Profectò quin a cernendi facultate oculis nostris insita, desiderio quodam adiuncto lucem ipsam cognoscendi, tùm ad lucem, tùm ad corpus Solare intuendum perducamur, nemo ambigere debet: ex cuius quidem splendidissimi corporis visione maximam capere voluptatem solemus. Verùm etsi oculorum opera ad hoc munus exequendum in primis requiritur; nisi tamen oculi a Sole, Solariq; luce antea illuminarentur, nunquam certè fulgentissimum illud astrum videre possemus: absq; Solis enim ope Sol ipse videri minimè potest, cùm Solis beneficio Solem ipsum videamus. Pariter etiam etsi tùm noster, tùm vniuersi in diuinam pulchritudinem amor is uerè proprieq; esse dicatur, quo intercedente & nos, & illud diuinam copulationem cũ postrema fælicitate, summaq; iucunditate permixtam assequimur: tamen nec nos, nec vniuersum, nec noster, nec illius studiũ tantam coniunctionem aßequi, nec ad tam sublime perfectionis iucunditatisq; fastigium unquã euehi poßet, nisi pars animi nostri, quæ intellectus appellatur, a summa ipsa diuinaque pul-*

Amorem Dei in mundum iam procreatũ ad hoc, ut mundus ipse diuinam copulationẽ tandem aßequatur, potissimùm concurrere, elegãti & perquàm accommodato Solis exẽplo declarat.

pulchritudine, necnon a diuino in vniuersum ipsum amore pro tanta perfectione capessenda & vires conuenientes, & purissimum sibi lumen prius acciperet. Dei enim in rerum omniũ procreatarum vniuersitatem amor is nempè existit, qui vniuersum ipsum, intellectu prestantissima quadam eius parte antea illustrato, ad Deum adamandum erigit acceditq́; vt mundum deniq; cum diuina forma coniungere, eũq́; tandem postrema fœlicitate donare beareq́; possit. Quamobrem Dauidem ita cecinisse repetimus. Propter lucem tuam lucem ipsam uidemus. Quinetiam apud prophetam legimus: Reuoca nos ad te Deus, & statim redibimus. Alium quoq; in eandem sententiam ita dixisse inuenimus. Reuoca me, atq; redibo: Tu enim es Dominus ac Deus meus. Et rectè quidẽ: Nos enim soli diuino auxilio destituti nunquam ad Deum ipsum profectò reuerti possemus. Longè autem clarius hoc idem a Salomone, animæ intelligentis, diuinamq́; pulchritudinem vehementer adamantis persona suscepta, in eius Cantica expressum reperimus ita dicente. Trahe me, & post te curremus: Si Rex in cubiculũ sua me introduxerit, exultabimus & lætabimur in te memores amorum tuorum magis quàm vini: Rectitudines te diligunt. Considera quæso Sophia, quàm suppliciter sapientissimus Salomon Deum precatur, vt primò animã intelligentem

Amor Dei in mũdum iam procreatum, & in humanum præsertim genus mundum ipsum, & intellectum præcipuè tã quam mundi totius præstantissimam partem ad suum principium reuocare, eumq; cum suo opifice cõiungere copulareq; sacrorum quoq; uoluminum authoritatibus confirmat.

gentem ad diuinitatis amorem pertrahat atque compellat: id eeuenturum prædicens, quòd ipsa statim ardentissimo quodam, & quasi furente amore correpta diuinitatem ipsam celerrimè, & currentum more consequetur. Idque insuper addit, quòd si anima in Regia cubicula fuerit introducta, hoc est si ipsa numinis auxilio in diuinam summi Regis pulchritudinem sese insinuauerit, & cum ea fuerit copulata, maximam voluptatem quasi sui in Deum amoris præstantissimum finem huiusce copulationis beneficio consequetur. Illud demùm promittit, quòd diuinorum amorum plus quàm vini memoriam retinebit, hoc est quòd diuinos multò magis quàm mundanos amores in mente vegetos, incolumesque, & quasi præsentes perpetuò conseruabit. Mundanarum autem rerum studium cum vino, quod homines ebrios frequenter reddere solet, & rectissimæ mentis alienationem inducit, iurè contulisse videtur. Vnde haud immeritò concludit. Rectitudines te diligunt, hoc est homines diuinæ sapientiæ pulchritudine capti haud quidem, sicut qui corporales amores exercent, aberrare dicuntur: quinimo huiuscemodi spiritales amantes cùm ab intelligentis animæ certissima regula in amando dirigantur, rectà semper incedere, nec unquam a proposito itinere, ne minimum quidem, deerrare videntur. Id quoque Sophis in

insuprà iam commemorata Salomonis oratione maxima profectò consideratione dignum exsistit, quòd ipse postquam a singulari numero fuit exorsus dicens, Trahe me: statim plurali numero vsus subiungit, Et post te curremus. Deinde ad numerum singularem redeundo: Si Rex in cubicula sua me introduxerit, inquit. Postremò plurali numero sermonem suum ita concludit: Exultabimus, & lætabimur in te amorum tuorum plus quàm vini memoriam conseruantes. Hac numerorum varietate idcirco Rex ille sapientissimus vsus fuisse videtur, vt illud in primis demonstraret: quòd intellectu, tùm hominis, tùm etiam rerum omnium procreatarum vniuersitatis præstantissima parte, cum ipsa diuinitate copulato; haud ipse tantùm beatus euadit, verùm etiam omnes simul vniuersitatis partes vnà cum eo postremam sibi fælicitatem acquirunt. Quapropter plurali numero rursus assumpto sapiens ille Hebræorum moderator ait. Te rectitudines amant: Verè enim rectitudines omnes intellectualis merito facultatis ad diuinum amorem contendere existimantur. Quamobrem vt ad iam propositam difficultatem soluendam accedamus: diuini amoris in humanum potissimum genus splendore quodam primùm

Qua ratione humanum genus ad postremam beatitudinem, diuinamq; copulationem tandem assequendam perducatur, exponit: idq; insuper duorum amantium exemplo eleganter declarat.

primùm diffuso, mox ad nostram fœlicitatem atq; iucunditatem amplectendam excitamur: Posteà ardentissimæ nostri in diuinitatem amoris faces quædam consequuntur, quę nos ad summam illam cum diuina pulchritudine coniunctionem, beatitudinemq́; tandem perducunt. Quod quidem vt melius faciliusque intelligatur, exemplum viri & mulieris sese perfecto amore diligentium proposito nostro satis accõmodatum in medium adducere libet. Etsi enim vir amans adamatæ mulieris ardentissimo amore depereat, nunquam tamen eius suauissima coniunctione frueretur, in qua finis amantium amoris consistere solet, nisi amica æquis oculis, blandis verbis, amatorijs nutibus, faustis indicijs, & efficacissimis gestibus sese amantis ipsius amori respondere significaret: eiusq́; in sese studium adeò accenderet & confirmaret, ut amans hac spe delinitus rei adamatæ suauissimam copulationem quasi amoris sui finem postremum, consummatamq́; perfectionem assequi audacter aggrederetur. SO. Omnibus iam propositis difficultatibus plenè quidem cumulateq́; satisfecisti. Et quod de amoris origine interpretandum iam recepisti, optima fide nimirum persoluisse, perfecisseque videris; quemadmodum etiam amoris & desiderij essentiam primò, deinde eiusdem communitatem pertractans duabus suprà habitis disputationibus

Totã hanc tertiã disceptationẽ unà cum duabus supra iã habitis disputationibus breuissimo quodam epilogo colligit atq; concludit.

tationibus

tationibus olim egisti. Ex hac autem postrema nouissimaque disputatione & amorem verè propriéq; natum fuisse; & tùm Dei in vniuersum, tùm etiam vniuersi in Deum, necnon mutuum singularum ipsius partium atque reciprocantem amorem unà cum rerum procreatarũ vniuersitate incepisse satis superque cognosco. Quin etiam amorem in mundo angelico prius quàm in cæteris vniuersitatis partibus natum fuisse, eiusque nobilissimam genealogiam, ipsumque ex cognitione, & pulchritudine quasi ex parentibus originem suam traxisse; necnon defectum in eius natalibus Lucinæ partes egisse clarè discerno. Id insuper quoq; optimè intelligo, quòd finis amoris in voluptate, quã amans ex sibi dilectæ pulchritudinis copulatione ac fruitione tandem acquirit, profectò consistit. Pariter etiam scopus vniuersi in suprema diuinaq; pulchritudine, quasi in postremo & fælicissimo rerum omnium procreatarum fine, quemadmodum tute dixisti, reponendus certè videtur: quem Deus pro sua maxima liberalitate, summaq; ipsius benignitate nobis prestare tandè dignetur. Id tamen Philo mihi antea persuadebam, quòd amantium, qui amicas suas vehementissimo prosequuntur amore, ægritudines, impatibilesque animi cruciatus, consentanei quoque fines, cur scilicet amor in vniuersum fuerit introductus, appellari vocariq; possent.

Amoris ipsius finis haud quidem in amantium doloribus atq; tormentis, uerùm in voluptate potius est reponendus.

sent. PH. Etsi amor amantium animis curas, ęgritudines, tormenta, & cruciatus innumerabiles afferre frequenter conspicitur: haud tamen in his, verùm in iucundissima potius uoluptate, quæ illis quàm maximè opponitur, proprius amoris ipsius finis reponendus certè videtur. Nec tamen te idcirco mentitam prorsus fuisse existimo: quod enim dixisti, etsi non in omni, in meo saltem erga te studio ac amore verum esse perspicitur. Cuius quidem finis nec lætus, nec iucundus existit: quinimo & principium, & medium, & finē ipsius in doloribus potius, ærumnis, atque ægritudinibus versari intelligo. SO. Cur obsecro quod omnibus conuenit, tibi vni repugnat? Et cur tuus duntaxat in me amor, communissimum illum, & fælicissimum amantium ferè omnium finem attingere minimè valet? PH. Hoc quidem ex te potius quam ex me percontari deberes. Mihi enim sat est te solam omnibus animi mei viribus intentis petere, vnicéque diligere. Quòd si tu postea meum in te amorem perficere, eumque ad exoptatum finem perducere negligis; cur nunc a me erroris tui excusationem Sophia requiris? SO. Quinimo tu culpæ tuæ potius defensionem Philo in medium afferre deberes. Cùm enim tuus in me amor proprio, quem iandudum assignasti,

sti, amoris fine sit destitutus: aut eum veri amoris nequaquam appellationem mereri, aut finem ipsius à te nuper excogitatum mendacem, minimeque uerum profectò existere oportet. PH. Cuiuscunque amoris finis, in voluptate nimirum consistit. Vnde ego quoque cùm te verè vniceque diligam, te ipsa coniunctissimè & iucundissimè frui mirificè appeto. Hic quidem finis tùm à me amante, tùm etiam à mei in te amore, quàm maximè intenditur. Haud tamen quicunque ad aliquem sibi propositum finem contendit, eum semper attingit. Quinimo complures à proposito scopo frequenter aberrare conspiciuntur: quod quidem eò facilius contingit, cùm ad finem aliquem nobis acquirendum aliorum quoque opera indigemus, quemadmodum in amantis voluptate, quam ipsius amoris finem esse statuimus, vsu venire videmus: huiuscemodi nanque voluptas ipsi amanti profectò nunquam continget, nisi mutuus amor amicæ eum ad exoptatum hunc finem aliquando perduxerit. Quapropter nulla alia certè de causa meum in te studium proprio destituitur fine, nisi quia animi mei in te amori atque beneuolentiæ, minimum quidem respondes: Cùm enim & in omnium rerum procreatarum uniuersitate, & in singulis eius partibus amorem incepisse clarè discernam, in te sola eum nun-

Cuiuscunque amoris finis in voluptate consistit.

Finem propositum haud semper nobis attingere licet.

Rationem, cur Philo sui in Sophiam amoris ac studij finem attingere minimè valet, in Sophiæ ipsius duritiem atque seuitiam elegantissimè confert.

nunquam exortum fuisse mihi perspicere videor. SO. Vitiosæ forsitan sationis incommodo, amor nullum vnquã in me edidit fructum. PH. Verùm idcirco sationem haud rectam arbitror extitisse, quia aruum optimum semen sibi concreditum prorsus respuisse videtur. SO. Defectu igitur aliquo, aliquáue imperfectione laborat. PH. Maximè quidem. SO. Verùm cùm omne imperfectum, siue deficiens, turpe quoque esse dicatur, cur tu obsecrò Philo rem turpem tanto amore existimas prosequendam? Si in hunc errorem, propterea quòd turpe tibi pulchrum videtur, fortasse cecidisti, tuum igitur in me studium nec veri, nec recti, quemadmodũ sæpè iactare soles, amoris profectò appellationem meretur.

Præter Deum ipsum nihil aliud absolutè, simpliciterue pulchrũ dici meretur.

PH. Nihil certè (summo pulchro tantùmmodo excepto) tàm pulchrum reperitur, quin defectu aliquo quanuis minimo fortasse laboret. Vnde tu Sophia eximia forma atque excellenti pulchritudine adeò præstas, vt quanuis illam defectus iste, qui me infælicissimum reddit, concomitetur: multò maiorem tamen vim ad beneuolentiam sibi conciliandam venustas ac pulchritudo diuinitus tibi infusa, quàm exiguus iste defectus ærumnarum omnium mearum origo ad odium in sese concitandum habere videatur. SO. Quænam hæc mea forma tanta esse possit, vt animum tuum ad

ad me tam vehementer diligendam impellat, profectò displicere nequeo. Tu enim veram pulchritudinem in Sapientia versari suprà iam docuisti, cuius eam tantùmmodo, quam propter ingenij tui eximiam quandam mihi tribuis liberalitatem, à te portionem accipio. Tibi igitur potius, quàm mihi verè pulchritudinis laus aptari posse videtur. Vnde ego tui potius, quam tu mei amore flagrare deberem. T H. Rationem mei in te duntaxat amoris sat habeo reddidisse. Causam verò, cur tu mihi in amore nequaquam respondeas, prorsus ignoro: nisi fortasse ea posset adduci, quòd meum in te studium tale ac tantum existit, ut nullam omnino, quam occupes, sedem aut partem amoris vacuam tibi relinquat. S O. Te mei, quanuis non pulchrę, studiosum esse fateri satis superque habeo: vel enim pulchritudinem aliud quiddam, quàm sapientiam existere; vel tui in me beneuolentiam veri proprijque amoris nequaquam appellationem mereri, necesse est concedas. T H. Me summam pulchritudinem in diuina Sapientia statuisse, verè nimirum dixisti: quę in te tùm propter egregiam corporis formam ac venustatem, tùm etiam propter animi laudabilem diuinamque dispositionem, etsi exercitationis nondum suprema ipsi manus accessit, adeò refulget, ut mens mea formosissi-

Pulchritudo summa in diuina Sapientia proculdubio est statuenda, ac reponenda.

mum tui simulachrum sibi impressum, tanquam diuinum aliquod numen colat ac veneretur. SO. Nunquam ego ex ore tuo ficta simulataque verba effluxura credidissem, nec te callidè ac dolosè assentatorum more mecum vnquam acturum, profectò suspicata fuissem. Ego quidem cùm sapientia caream, te quoque iudice formosa verè proprieque nuncupari minimè possum. Tu verò me haud formosam tantùmmodo, verùmetiam diuinam appellas. PH. Sapientiæ dispositio ea forma nempe vocatur, quam Deus animabus intelligentibus earum procreationem aggressus, distribuisse existimatur. Vnde anima tantò formosior esse censetur, quantò maiorem dispositionem ad sapientiam capessendam à summo conditore fuit sortita, ad quam quidem animum tuum summopere dispositum esse quis vnquam negabit? Vt autem actu sapiens ipse denique euadat, hoc diuinæ in disciplinis eruditionis, atque exercitationis ope ei tandem contingit, non secus atque si naturali pulchritudini artificis manus superaddatur: Adeo'ne me rudem Sophia existimas, vt excellentissimam ac naturalem pulchritudinem, propterea quòd artificij ac diligentiæ parum ipsi defuerit, deseram aut derelinquam? Naturalem equidem formam artificij prorsus expertem, quàm artificiosam pulchritudinem à na-

Animæ intelligentis pulchritudo in eius ad Sapientiam dispositione consistit.

Pulchritudo naturalis artificiosæ pulchritudini

naturali omnino seiunctam, diligere malo. Falsò igitur mihi assentationis crimen obiecisse videris: Neque enim, nisi tuæ pulchritudinis species, quam mecum vbique circunfero, diuina potius quàm humana existeret, meus in te singularis amor rerum omnium aliarum obliuionem inducere, & cunctas animi mei cogitationes ad te solam contemplandam ac diligendam reuocare vnquam potuisset. S O. *Etsi assentationis forsitan crimen subterfugis, in eum tamen errorem incidisti, quòd mortalis caducęque mulieris imaginem ac simulachrum mente ita excepisti, vt illud in diuinam formam conuerti æquo animo pertuleris.* P H. *Nec me propterea errorem vllum commisisse tibi assentior: hoc enim & amantium & rerum amatarum proprium esse conspicitur, ut amatum in amantis ipsius mente collocatum diuinitatem acquirat, & tanquam diuinum aliquod numen ab eo colatur atque obseruetur.* S O. *Hunc igitur communem amantium omnium errorem esse dicemus.* P H. *Haud omnes quidem amantes communiter possunt errare, nisi ipsemet etiam amor communis quidam error forsitan esse dicere tur.* S O. *Verùm quì fieri potest, ut rei adamatæ simulachrum in amantis ipsius mente constitutum, tantam commutationem, vt ex humano diuinum reddatur, absque vllo erro-*

nimirum est præponenda.

Amatum in amantis ipsius mẽte collocatum diuinitatem sibi acquirit.

re suscipere queat? PH. Cùm animus noster summæ illius pulchritudinis imago quædam siue exemplum esse dicatur, cumque ipse naturali desiderio impulsus, in propriam diuinitatem postremò reuerti contendat: hinc fit, ut summa illa pulchritudine, naturali insuper desiderio concurrente, grauis semper esse conspiciatur. Vnde quàmprimùm animus noster formosam aliquam oculorum auxilio intuetur personam, mox diuinam quoque formam & in ea uidet impreßam, & per ipsam distinctius contemplatur: nam in illa etiam non secus ac in imagine, siue potius in speculo quodam diuina forma refulget. Imago autem personæ illius adamatæ in amantis ipsius mente collocata, conspicua sua pulchritudine diuinam illam atque latentem pulchritudinem, quam ipsammet amantis animam esse iam diximus, aperit atque recludit: eique similem quandam perfectionem largitur, ac si cum anima eiusdem amantis prima diuinaque forma copularetur. Quamobrem ipsa quoque diuinitatem nonnullam acquirit, sibique uires aßumit, tantoque formosior euadit, quantò diuina pulchritudo humanam antecellit. Hinc tandem euenire videmus, quòd amantis in adamatam pulchritudinem amor, adeò intenditur atque inflammatur, ut omnes ipsius sensus, totamque phantasiam, necnon vniuer-

Animus noster pulchritudinẽ naturaliter amat appetitque.

Amoris vis ac vehementia.

ſam inſuper mentem occupare videatur; quemadmodum diuina quoque ipſa pulchritudo efficere ſolet, cùm humanam animam eius acerrimæ contemplationi prorſus intentam, ad ſeſe cogit atque reducit. Tantò autem magis perſonæ adamatæ ſimulachrum in amantis ipſius mente repoſitum & collocatum, qua ſi diuinum ab eo colitur numen, quantò adamata perſona & propter animi pulchritudinem, & propter corporis uenuſtatem excellentior, diuinæque ipſi pulchritudini ſimilior eſſe conſpicitur: nec immeritò quidem, cùm in ea ſumma quoque Dei ſapientia magis refulgere uideatur. Ad hoc amantis etiam ingenium adamatæ rei formam ſuſcipere ſolitum, maximum afferre momentum exiſtimatur. Si enim illud diuinam pulchritudinem materiæ tenebris, & corporis mole depreſſam geſtat, atque inuolutam: etſi amatum forſitan perpulchrum exiſtit, parum tamen diuinitatis in eo collocatum ſibi acquirere ualet, quod quidem propter diuinitatis in amantis ipſius mente exiſtentis, paucitatem contingit. Cui id quoque inſuper accedit, quòd mens ignobiliſſimi huius amantis, nec rei adamatæ quanuis formoſæ pulchritudinem plenè cumulateque percipere, nec pulchritudinis illius ordinem ſeu conditionem

Pulchritudo quæcunque ſummi ipſius pulchri quaſi radius quidam exiſtit.

Diuinitas & in præclaro amante, & in pulchro adamato refulget.

stinguere valet. Quapropter viles animos & materiæ sordibus inquinatos, egregias atque excellentissimas formas perquàm rarò adamare videbis, nec vnquam ferè eorum amores ad ardua sublimia'ue contendere cernes. Verùm si quando adamatam personam & forma præstare, & ab illustri aliquo præclaróque ingenio, in quo diuina pulchritudo quàm maximè refulget, adamari contingit, tunc ipsa amantis purissimam mentem ingressa, mox & summam sibi nempe diuinitatem acquirit, & ab eo non secus ac sacrum quoddam numen maximo colitur atque obseruatur honore. Quin etiam præstantissimi huius amantis in excellentissimam formam adamatam studium ac amor, intensus, efficax, necnon vehementissimus esse meritò quidem prædicatur.

Ad amorem aliquem insignẽ et laudabilẽ constituendũ duo in primis requiruntur, tũ amati scilicet eximia diuinaq; propemodũ forma, tũ amãtis ipsius excellens atq; preclarũ ingenium.

Nunc, vt vnde digressi fuimus, denique reuertamur, id tibi Sophia etiam atque etiam dico, quòd tua & corporis & animi excellentissima pulchritudo ea nempe existit, quæ meo in te studio diuinitatem tribuit atque largitur. Etsi enim mens mea haud eo nitore prædita esse uidetur, vt formam tuam, sicut par esset, diuinam ac immortalem reddere queat: attamen formæ tuæ splendorem, mentis meæ quanuis suapte natura forsitan obscuræ, uniuersis tenebris fugatis, purissimum nempe ei lumen existimo contulisse.

Sophiæ & animi, & corporis formã quãmaximè commendat.

tulisse. SO. *Superiora igitur verba, quæ in laudem meam protulisti, nec ab errore, nec ab assentandi vlla cupiditate, sed ab amore magis profecta fuisse, & ad pulchri potius animæque naturam referenda esse videntur. At ego non adeò rudi aut hebeti sum ingenio, vt huiusce meæ ex mortali in Deam conuersionis rationem, mentis tuæ diuinitati potius ac sapientiæ, quàm meæ caducæ ac fragili formę ascribendã esse prorsus ignorem.* PH. *Tuum huiuscemodi errorem ad me potius ex animo diligendum, quemadmodum contingeret, si laudes, quas mihi tribuisti, veras esse tibi persuaderes; quàm ad verbis tantùmmodo specieq; diuinitatem ac sapientiam meam celebrandam, animum tuum inducere vellem. Verùm etsi tu, vt par est, fictè ac simulatè hæc locuta fuisti, id tamen negare nequaquam audebis, quin suprema Dei pulchritudo, quę cæteras omnes infinito quodam exuperat interuallo, ab humana mente: quanuis hæc, si cum ea conferatur, infima finitaque existat; ipsam diligente quasi prouocata, ad eam redamandam, ad eiusque postremam fęlicitatem, summamque iucunditatem, necnon beatissimam eiusdem cum ipso Deo copulationem procurandam, deducatur. Tu verò Sophia, quæ inter humana diuina illi formæ adeò similis esse videris, cur eam*

Amor noster in Deũ, ipsum quoq; ad nos redamãdos quasi prouocare deducereq; videtur.

eam quoque huiuscemodi grato atque reciprocante amore imitari non studes? SO. Verùm neque in hoc ab ea dissentire admodum credo. Sicut enim ipsa amantem ad nullam aliam, nisi ad spiritalem, mentisque propriam copulationem reuocare ac adducere studet, & idcirco eum redamare existimatur: Sic ego quoque te honesto ac liberali prosequens amore, mentem quidem haud tuam cum mea, sed meam potius cum tua tanquam cum perfectiori copulari quàmmaximè appeto. Hoc autem meum desiderium ex eo potissimum conijcere potes, quòd in reconditis mentis tuæ conceptibus intelligendis, diuinaque tua sapientia amplectenda perfruendaque solicita semper atque intenta prorsus existam, & ex hoc maximam iucunditatem sentire ac percipere soleam. Quod verò ad corporum attinet commixtionem, quam amantes tam vehementer exoptare consueuerunt, in nostrum vtroque nullam prorsus fœdi huiusce desiderij suspitionem vellem extare. Quemadmodùm enim spiritalis amor optimus quidem, & formosissimus esse, necnon iucundis vndique ac salutaribus effectibus exuberare videtur: Sic contrà corporalem amorem prauum potius ac turpem existere, necnon tristes plerunque, incommodosque effectus edere opinor. Verùm

vt hanc materiam distinctius absolutiusque intelligam, te effectus humanum amorem consequentes, quemadmodum suprà iam promisisti, recensere desiderarem: idque insuper addere, quinam boni & laudabiles, quique praui & vituperio digni effectus ab amore proficiscantur: & horum'ne, an illorum numerus maior ac amplior existat. His enim absolutis, atque superioribus adiectis, omnia, quæcunque pollicitus iam fuisti, optima fide persoluisse videberis. PHILO. *Te, vt iustas meas subterfugias accusationes, reliquarum pollicitationum solutionem callidè admodum Sophia a me requirere intelligo. At ego dubia quadam ambiguaque ratione me hæc tibi suprà iam promisisse recordor. Vt autem promissa nunc absoluantur, nec tempus, nec occasio profectò efflagitare videtur. In hac enim de amoris origine disceptatione pertractanda, nos plurimum nempe temporis vides insumpsisse. Iamque nox ipsa, vt somno ac quieti indulgeas, te propemodum adhortari videtur. Verùm tu potius eorum, quæ amore, ratione, atque virtute coacta, iandiu mihi debes, aggredere solutionem. Ego enim quoque, quàmprimùm otium nactus fuero, iis, quæ & sponte promisi, & amantium*

tium iniqua conditione compulsus, persol-uere cogor, satisfacere prorsus conten-dam. Vale.

Finis Tertij ac postremi Dialogi De amore a IOANNE CAROLO SARRACENO nonum et vigesimum annum adhuc agente purissima candidissimaque Latinitate donati.

VENETIIS, Apud Franciscum Senensem. M D LXIIII.